tas nō eſt virtus. Quarto. Vitia carnalis cōcupi-
ſcentie domari non poſſunt ergo nullus habitus
qui ad hoc ponitur vt huiuſmodi vicia domentur
eſt virtus: ſed caſtitas ad hoc tātuʒ ponit̄: ꝗ caſti-
tas nō eſt virtus. Añs probat̄ quia ſenſualitas
nō poteſt curari ab illicito appetitu ⁊ precipue ſe-
cūdū motus luxurie. Probat̄ ſecūdo auctoritate
Pau. qui ter rogauit dominū vt ſedaret̄ in eo ſti-
mulus libidinis et nō diſceſſit ab eo ¶ Ad p̄mā ꝯ-  Reſponſio
cedo maiorē ⁊ diſtingo minorē vel ꝙ ptinet ad
corp⁹ tanq̄ʒ ad ſubiectū ſuū et ſic nego vel tanq̄ʒ
ad id cuius actum imperat cohibet vel moderat̄
⁊ ſic concedo. Ad ſecūdaʒ cōcedo maiorē ⁊ nego
minorē. ⁊ ad probationē nego aſſumptū caſtitas
enim eſt actuale vel habituale ꝓpoſitū mētis cir-
ca libidineʒ vel moderandaʒ vel cohibendam ꝙ
quidem propoſitū non ſubiacet violētie: liceʒ act⁹
exterior libidinis poſſit per violentiam inferri ⁊
poſſit etiā quis cogi ad huiuſmodi violētā tolle-
rātiam. Ad terciā reſpondet beat⁹ Tho. ꝙ in infi-
delibus nulla eſt virtus quia infideles nō referūt
actus ſuos ad debitū finē ⁊ ad hoc allegat Aug.
li. x. contra iulianuʒ vbi exp̄ſſe habʒ ꝙ nō officijs
vel actib⁹ ſed finib⁹ a vicijs diſcernunt̄ virtutes.
hec opinio videt̄ multis dura ē tn̄ ſcd̄m vnū ſēſū
vera/ ⁊ ideo dico ꝙ per infideleʒ vnomō poſſum⁹
intelligere eum qui nundum ſuſcepit ſacramentū
id per quod fit de familia Xp̄i nec in opere nec in  Duplex in-
voto quem communiori appellatione gentilem  fidelis.
dicimus ⁊ tunc concedo ꝙ in infidelibus poteſt eſ-
ſe vera virtus ⁊ licet in eis non ſit habitus infu-
ſus per quem cum auditu credibilium poſſint in-
clinari ad aſſentiendum credibilibus poteſt tamē
eis mediante auxilio ſpeciali dei inſpirari cogni-
tio eorum que ad debitam ⁊ honeſtam operatio-
nem ſufficiunt ſicut eſt cognitio finis ⁊ aliarum
circunſtantiaruʒ neceſſariaruʒ. Aliomodo accipi-
tur infidelis pro eo qui nec eſt de familia chriſti
nec auxilio ac monitione ſpeciali eius ſuſcepit re-
ctam cognitionē eorum que ptinent ad operatio-
nem bonā ⁊ honeſtam: ⁊ de iſto infideli loquitur
Auguſ. ⁊ vt puto Tho. Auguſ. in hac parte ſecu-
tus aliās enim ſequeret̄ ꝙ nunq̄ʒ ex infideli poſſʒ
fieri fidelis quia cōſtat ꝙ infidelis non fiet fidelis
per malā operationē: ꝗ p bonā ergo oportʒ ꝙ an-
teq̄ʒ ſit fidelis ex īfideli factus ꝙ ī eo ſit aliqua bo-
na ⁊ laudabilis opatio. Ad quartā diſtiguo añs
quia aliq̄d dr̄ domari dupliciter. Vnomō ſimpli-
citer et pfecte ſcd̄m ſcʒ gradū temperantie ita ꝙ
non plus ab eo inſurgat notabilis motus in viti-
um añcedens. Alio mō aliq̄d dicit̄ domari quia
licet ab eo inſurgat motus in vitiū: ille tn̄ motus
rep̄mit̄ nec ducit in op⁹ ꝯcupiſcentie ⁊ ſic ego ne-
go. de primo aūt etiam dico cum Caſſiano ꝙ do-
mari poteſt id illum ſenſum ita ꝙ ſcʒ ardor libi-
dinis pōt totaliter extingui: qd̄ ꝓbat p̄mo q2 de-

ſiderium pecuniarum poteſt totaliter a corde reſ-
ſcindi ergo ⁊ ardoꝛ fornicationis totalr̃ extingui.
ꝯſequētia tenet. quia Apoſ. parimō vtrūqꝫ moꝛ-
tificandū precipit et conſtat ꝙ nō coiunxiſſet im-
poſſibile cū poſſibili Scḋo Apoſ. fornicationē et
immūditiā ita extirpandam cōſidit vt non nomi
netur in nobis: vt patet per illḋ. fornicatio et oīs
immundicia et auaricia ne nominetur in nobis
aut turpitudo aut ſtultiloquium aut ſcurrilitas
que ad rem nō pertinet. Tercio. fornicatio exclu
dit a regno dei: ergo poteſt eius ardoꝛ in nobis extin
gui. Antecedens patet per illud eiuſdem illḋ au
tem ſcitote quoniā fornicatoꝛ aut immundus aut
auarus ꝙ eſt idoloꝝ ſeruit⁹ nō hꝫ hereditatē in
regno xp̄i et dei et iterū nolite errare neqꝫ forni-
cari neqꝫ idolis ſeruiētes neqꝫ adulteri neqꝫ mol-
les neqꝫ maſculoꝛum concubitoꝛes neqꝫ fures ne
qꝫ auari neqꝫ ebrioſi neqꝫ maledici neqꝫ rapa-
ces regnum dei poſſidebunt. Ad primā ꝓbatōēꝫ
nego aſſumptū. dico enim ꝙ poteſt curari ſi dili
genter et cū confidentia auxilij diuini cure eius ī
tendatur Ad ſcḋam probationē dico ꝙ non expe
diebat Apoſ. ꝙ totalr̃ amoueret ab eo carnis ſti-
Cōtra ſecū- mulus et ideo nō fuit in eo totaliter ablat⁹. ¶ Cō
dā ꝯcl'onē tra ſecundam concluſionem Arguitur ſic ſecūdū
Aug. li. de mendacio caſtitas eſt motus animi
oꝛdinatus ſubdens maioꝛa minoꝛib⁹: ſed hoc ad
quamlibet virtutem pertinet: igitur. Scḋo oīs
habitus caſtigatiuus motuū appetitiue ptis eſt
caſtitas: ſed omnis virtus eſt habitus caſtigati-
uus motuum appetitiue partis: igitur omnis vir
tus eſt caſtitas. Maioꝛ probatur quia nomen ca
ſtitatis a caſtigatione ſumitur. Tercio. Caſtitati
fornicatio opponitur: ſed fornicatio pertinet ad
omne genus peccati ſecundū illud pſalm. pdes
Caſtitas du- omnes qui fornicant̄ abs te. Ad primā rn̄deo ꝙ
plr̄ accipit̄ caſtitas accipitur dupliciter. Uno modo vt dicit̄
a caſtigatione eoꝛum que maxime egent caſtiga-
tione et hoc modo accipitur cum ponitur ſpecies
temperantie. Aliomodo accipitur vt generaliter
dicitur a caſtigatione eoꝝ que in nobis caſtigā
da ſunt et hoc modo videtur accipere eam Aug.
Ad ſecundam ſimiliter Ad quartam dico ꝙ for-
nicatio accipitur dupliciter. Uno modo pꝛopꝛie
et ſic opponitur caſtitati pꝛopꝛie accepte ſecundū
vnam ſpeciem eius. Alio modo methaphoꝛice ⁊
ſic non opponitur caſtitati pꝛopꝛie accepte ſed
tantum methaphoꝛice aut communiter accepte
Cōtra qrtā ¶ Cōtra quartā ꝯcluſionē arguit̄ ſm̄ Aug. pri-
cōcluſionē mo de ci. dei. pudicitia eſt virt⁹ anime: ergo nō pti-
net ad caſtitatē: ſꝫ per ſe eſt virtus. Secundo. De
omni turpi actu eſt verecūdia et pudoꝛ: ſed pudi
citia dicitur a pudoꝛe: ergo pudicitia nō pertinet ſpe
cialiter ad caſtitatē. Tercio. ad pudicitiam perti
net fugere ea que ſunt exprobrabilia: ſed omnis ī
temperantia eſt exprobrabilis: igit̄ pudicitia per
tinet ad oēm tēperantiā. Quarto. pudicitia nō
abhoꝛret a ſignis exprobrabilib⁹ libidinis ſecū-
dum Hugu. ergo pudicitia non differt a caſtitate ſi-
cut dictum eſt. Quinto. ſi ſic ſequeret̄ ꝙ aliquis
poſſet eſſe caſtus et impudicus et pudicus et non
caſtus. Patet conſequentia quia poteſt aliquis
habere habitū domantē ardoꝛem libidinis et nō

domantē ſigna exterioꝛa et ecōtra. Sexto idē eſt
habitus circa actū interioꝛē ⁊ exterioꝛē ergo idē ha-
bitus caſtitatis moderat̄ et domat tam ardoꝛem
libidinis qꝫ ſigna exterioꝛa eius: ergo pudicitia
non eſt alius habitus a caſtitate. ¶ Ad pꝛimam Rn̄ſio ad
concedo an̄s et nego ꝯn̄am quia non dicitur pu- obiectiones
dicicia pertinere ad caſtitatem eo ꝙ ipſa non ſit
virtus ſine caſtitate: ſed quia eſt conſeruatiua ca-
ſtitatis: et oppoſitum eius eſt coꝛruptiuū caſtita-
tis. Ad ſecundā concedo vtramqꝫ partem an̄tis
et nego ꝯn̄am quia pudicicia nō eſt de omni pu-
dendo: ſed de eo qḋ eſt ſignum maxime pudendi
Et ſi inferas ꝙ magis debꝫ eſſe de ipſo actu qꝫ de
ſignis. nego ꝯn̄am quia actus pꝛopter maximā
turpitudinē eius maxime celat̄ et occultat̄ a no-
bis: ſigna aūt nō. ideo nō fuit ponēda pudicitia
circa ipſū actū qui raro innoteſcit: ſed circa ſigna
que frequētius veniunt in noticiā. verecundia
eñ et pudoꝛ non ſunt niſi de turpi qḋ vel innote
ſcit vel innoteſcere putamus. Ad terciā nego ma
ioꝛem ſed ad eam pertinet fugere vel moderari ſi
gna eoꝛum que maxime exprobrabilia ſunt. Ad
quartam videt̄ michi ꝙ ſcḋm eum pudicicia non
eſt ponēda in virginibus: ſed ī coꝛruptis ⁊ maxi-
me in coiugibus quia pudoꝛ virgineus: etas et a-
moꝛ integritatis ſatis inclināt virginē ad rep̄ſſi
onem ſignoꝛum libidinis: ſed quia iſta non repe-
riunt̄ in coꝛruptis ⁊ maxime in coiugibus quib⁹
et neceſſe eſt hm̄oi ſignis exterioꝛibus ad nutrien
dū amoꝛē ꝯiugalē indulgere moderate. ideo mo
derando hm̄oi ſigna generatur in eis virtus pu-
dicitie. qḋ ſi virgo ſentiret ſe inclinatā ad hm̄oi
motus impudicos et frequēter repꝛimere poſſet
in ea gn̄ari bon⁹ habitus inclinans eā ad hm̄oi
repꝛeſſionē: ſed qꝛ iſte habitus nō haberet duo ex
trema aut ſi haberet nō eſſent eiuſdē rōnis cū ex
tremis pudicitie coniugalis: ideo differret ſpecie
hec ab illa. poteſt eñ coiunx nimis indulgere his
ſignis ita ꝙ expꝛiment ⁊ rep̄ntabūt furioſā libi
dinē et nō caſtigatā poterit indulgere nimis pa
rum et cū ꝓpter defectū hoꝝ alter coiugū credit
nō ſe amari ab alia: aut ſi credat. poſſet tn̄ retine-
re eum in amoꝛe ſui et ꝓpter defectū hoꝛum acce
dit et rapitur ad amoꝛem alterius. pōt et medio
mō habere ſe ⁊ in iſta mediocritate poſita eſt ve-
ra pudicicia et perfecta. In virginibus aūt non
reperit̄ nimis parū indulgere ſignis copule vel
libidinis cum debeāt omnino fugere talia ſigna
ſicut ⁊ copulam: ſed oē ſignū qḋ in eis eſt: eſt ni-
mium. ꝙ ſi velis ibi dare defectū ſupabundantiā
et mediū aduerte ꝙ iſta ſigna ſunt ſigna equiuo
ca. aliqñ eñ oſculū eſt ſignū libidinis aliqñ eſt ſi
gnū amicicie ex ꝯſanguineitate aut alia neceſſita
te exoꝛte ita de tactu ⁊ aſpectu ⁊ alijs ſuo mō. Di
co ergo ꝙ vgo nimis indulgeret hūs ſignis cū idul
geret eis cū vel de facto eſſent ſigna libidinis vel
cū ꝓbabiliter dubitaretur an eſſent ſigna libidi-
nis. Nimis parum aūt cū deſiderio fugiendi pre
dicta ſcḋm ꝙ ſunt ſigna libidinis fugeret ea om
nimode etiā cū ꝯſtaret ea fieri bona ⁊ honeſta cā
vt ſi virgo frēm ex pegrinatiōe reuerſū recuſaret
oſculari aut ſi ꝓpter egritudinē graue cognoſcē
dā vel curandā recuſaret tactū ⁊ de hoc hꝫ exem-

plũ in Caſſ. de quodã heremita inuitato ab alio
ad prandiũ q̃ cũ celle vel domui in q̃ prãdere de
bebat appropinquit vidit mulierẽ ingredierẽ cu
ius aſpectu ita turbatꝰ eſt vt ad cellã illico q̃ lõge
diſtabat reuerteref: vt aũt intelligeret ſe peccaſſe
in hoc dñs dedit eum in egritudinẽ tam moleſtã
vt nullius viri attactũ pati poſſit et fuit tandem
coactus habere in cella ſua mulieres quarũ offi-
cijs et humanitate durante egritudine vteref me
diocriter. ſi autẽ indulgeret hijs ſi recuſaret que
conſtaret eſſe ſigna libidinis aut de quibus etiaꝫ
dubitaretur ita tamen vt nõ recuſaret ea que con
ſtaret nõ eſſe libidinoſa: ſed habere bonam ꝛ ho-
neſtam cauſam. Ad quintam cõcedo ꝙ infertur
Ad ſextam concedo antecedẽs de actu exteriore
ſubordinato interiori ſubordinatiõe actus impe-
rati ad imperãtem: aut de actu interiori ꝛ exterio
ri quã habet ille actus interior ꝓ obiecto princi-
pali et cõmuni ꝛ nego conſequentiam quia actus
caſtitatis nõ habet iſta ſigna exteriora pro obie-
ctis exterioribus: ſed volitio vel nolitio huiuſmo-
di ſignorum rationi conformis habet ea ꝓ obie-
ctis et ſubordinatur illi volitiõi vel nolitioni ſub
ordinatione actus imperati vel ꝓhibiti ad actuꝫ
imperantem vel ꝓhibentem licet tamẽ hmõi ſi-
gna aliq̃ñ ſubordinentur actui caſtitatis aut vi-
tij oppoſiti ſubordinatione que eſt medij ad fineꝫ
ſed iſta non ſufficit ad ſubordinationeꝫ que eſt in
ter actum exteriorem et interiorem. Contra quin-
tam concluſionem arguitur primo ſic: omniũ ca
ſtitatum vnus eſt finis ſcꝫ frenare cõcupiſcentiaꝫ
propter decorem honeſti: ergo quelibet caſtitas
eſt cuilibet caſtitati eiuſdem ſpeciei. cõſequentia
tenet quia ſecundum Ariſ. a finibus omnia deno
minantur. Secundo ſic illud quod eſt per acci-
dens non variat ſpeciem: ſed virginitas viduitas
eſt coniugium ſe habent ad caſtitatem per acci-
dens cũ non attingant eaꝫ niſi ex parte corporis
Tercio ſic. in quibuſcũqꝫ eſt ſimilis modꝰ trahen
di circa ea eſt vna virtus ſecũdum ſpecieꝫ: ſed om
nia venerea habẽt conſimilem moduꝫ trahendi
ſcilicet per modũ cõcupiſcentie veneree: igitur.
Quarto vbi non eſt diſtinctio delectatiõis ibi nõ
eſt alia et alia virtus ſcdm̃ ſpecieꝫ ſed virginitas
coniugum et viduitas non habent diſtinctas de-
lectationes: igitur nec ſunt diſtincte virtutes.
Quinto Idem eſt ſenſus ꝑceptiuus obiectorum
huiuſmodi caſtitatum ergo etiam idem habitus
directiuus. Sexto In omnibus talibus delecta
tionibus venereis eſt idem modus delectandi: er
go ꝛ vicia omnia luxurie ſunt eiuſdẽ ſpeciei: ergo
et omnes virtutes caſtitatis oppoſite ſunt eiuſdẽ
Rñſio ad obiecta ſpeciei. ¶ Ad primam concedo antecedens de fi
ne communi: ſed dico ꝙ quelibet caſtitas habet
ſuum fineꝫ proprium nec valet. cõſequẽtia alias
enim poſſet eadem ratione probari ꝙ omnis tem
perantia eſſet cuilibet tẽperantie eadem ſpecie/
ꝛ ꝙ omnis virtus eſſet eadem ſpecie omni virtuti
Ad ſecundaꝫ dico. ꝙ caſtitas ſe habet ꝑ ſe ad vir
ginitatem viduitatem ꝛ cõiugium ꝛ ꝙ ĩtegritas
importata per virginitatem ꝑſe: ſe habet ad ꝟgi
nitatẽ ſiue ad virginalẽ caſtitateꝫ ꝛ ſic eſt de cõ
ditionibus ĩportatis per alia puta ĩtegritas eſt
per ſe obiectũ actus illius q̃ eſt per ſe prio actus
virginitatis. actꝰ aũt viduitatis hꝫ circũſtantiaꝫ
perſone pro obiecto ſicut et actus aliarũ caſtita-
tũ: quia ergo ſunt alia et alia obiecta hic ꝛ ibi li-
cet ſit ideꝫ obiectum cõe ideo dico ꝙ et actus ab
actibus ꝛ habitꝰ ab habitibus ſpecie differũt Ad
terciam nego maiorẽ quia varietas ſpeciei nõ tñ
prouenit ex modo trahendi ſed ad eam ſufficit q̃
cunqꝫ alienitas vel diuerſitas obiectorũ et quia
iſte caſtitates vt dictũ eſt habent alia et alia pro
obiectis iõ ſpecie differũt Ad quartã nego maio
rem ꝓpter eandem cauſaꝫ. Ad quintaꝫ nego cõ
ſequentiam per eandem enim rõem ꝓbaretur ꝙ
q̃libet cognitio intellectiua cuilibet cognitioni in
tellectiue eſſꝫ eadẽ ſpecie: quia eſt eadeꝫ potentia
cognitiua Ad ſextaꝫ nego conſequentiam ꝓpter
cauſam iaꝫ ſepiſſime dictam cum idemtitate eñi
modi delectandi ſtat diuerſitas obiectorũ in acti
bus interioribꝰ q̃ ſufficit ad diuerſitatem ſpecifi-
cam ipſorũ actuum interiorum.

¶ Queſtio vndecima.

## Q Ueritur ſecundo.

Utruꝫ quis poſſit ita attingere ĩ hac
vita ꝑfectionem caſtitatis vt in eo ſit
omnis ardor libidinis extinctus: Arguitur ꝙ nõ
Nullus poteſt ita abſtinentiaꝫ aſſequi vt omnis
feruor gaſtrimargie ſit extinctus: ergo nec caſti-
tatem. Cõſequentia tenet quia eadem videtur de
vtraqꝫ ratio. In oppoſitũ arguitur auctoritate.
Caſ. collatione. xij. hoc diffinientis. ¶ Notandũ Septē gradꝰ
ꝙ ſcdm̃ Caſ. eadem collatione caſtitatis puritas caſtitatiſ ſʒ
ſeptẽ gradibus diſtincta eſt multuꝫ a ſe diſtanti- Caſſiodoꝝ
bus Primus eſt quo fit ne quis vigilans impu-
gnatione carnali ſubuertatur. Secundus eſt quo
fit ne mens voluntarijs cõcupiſcentie carnalis co
gitationibꝰ ĩmoretur. Tercíꝰ quo fit ne femineo
q̃ztũcunqꝫ tenuiter moueatur aſpectu. Quartus
quo ne cum vigilat etiam ſimpliceꝫ carnis perfo
rat motũ. Quintus quo fit ne cũ neceſſitas lectio
nis ĩgeſſerit memoriaꝫ generationis humane ſub
tiliſſius aſſēſꝰ mentẽ ꝑſtrigat. Sextꝰ q̃ fit ne ille
cebroſis fantaſmatibus feminaruꝫ ꝛ dormiendo
illudatur licet enim hmõi ludificatio non ſit pec
cato obnoxia eſt tamen indicium cõcupiſcentie
latitantis medullitus. hec autem illuſio accidit
multis modis Nam vnuſquiſqꝫ dormiens tenta
tur ſecundum illum vſum quem vigilans exerce-
re conſueuit. qui enim ſunt commixtionis femi-
nee expertes habent ſimpliciora ꝛ puriora ſom
nia ꝛ faciliore diligentia et minore labore curan
tur. qui autem carnalem copulã nouerunt habẽt
ſomnia ſordidiora et magis expreſſa fantaſmata
donec venerint in odium libidinis quam volun
tariam antea ſentiebant. Septimus in pauciſſi-
mis inuenitur quo fit vt ipſo carnalis concupi-
ſcentie motu emortuo obſeni liquoris ſiue mate-
rie emiſſionem non perferat. ¶ Prima conclu Pria ↄclꝰ
ſio. caſtitatem adepturus debet ſummo ſtudio ie
iunijs vigilijs operi ac lectioni intendere non ꝙ
eſtimet ſe eã per hec adeptuꝝ ſꝫ ꝙ ↄfidat ſe ꝑ hec
miaꝫ a dño ↄſeq̄ et eiꝰ auxilio ab hac ĩpugnatio

de deffendi. probaꝛ iſta concluſio qꝛ non poſſu-
mus exercitio iſtarum rerum perfectionem caſti
tatis conſequi niſi harum contemplatiōe diuine
gratie largitas nobis ad eam attingere conce-
dat. ꝙ ſi quis in protectione et auxilio dei potiſſi
mam ſpem poſuerit non ſuperbiet in virtute ſua
et intelliget ſe impura illa turpitudine maculan-
dum q̄ȝ primum paululum ab ea diuina prote-
ctio diſceſſerit et ideo indefeſſis oratiōibus apud
deum inſtare debet vt ſibi diuinum auxilium aſſit
¶ Propterea qui deſides ſunt in affectu et deſide-
rio caſtitatis illi nunq̄ȝ attingunt perfectionem
eius: ſed illi qui putant eam ſubeſſe viribus ſuis
et credunt ꝙ ex ſe poſſint ⁊ non habitam acquire-
re ⁊ acquiſitam conſeruare ſunt deſides ac tepi-
di in affectu ⁊ deſiderio eius ſicut patȝ de ſpado-
nibus eo ꝙ credunt ſe periculum non habere cor-
rumpende caſtitatis: ꝗ volēs attingere ad per-
fectionem caſtitatis non debet credere eam ſubeſ
ſe viribus ſuis neceſtimare ꝙ quibuſcunqȝ vigi-
lijs aut abſtinentijs poſſit eaȝ aſſequi niſi mediā
Scd̄a ɔcl̄o te auxilio diuine largitatis. ¶ Scd̄a ɔcluſio ade
pturus caſtitatis perfectionem debet eius deſide
rio et amore vehementer inflammari. probatur
quia ſicut ille qui appetit pecunias vel honores
aut ducitur amore mulieris pulcherrime vt que
deſiderat conſequatur deſpicit cibum potum et
ſomnū ita et ille qui erit deſiderio caſtitatis affe
ctus vt eam ɔſequatur ieiunijs vigilijs orationi
bus ⁊ lectionibus indefeſſus incūbet. ardor enim
ille deſiderij facit eum patienter tolerare ſitim vi
gilias nuditatem ⁊ ceteros labores corporis im-
mo etiam libenter ſuſtinere ſecundum illud. Ani
me egenti amara etiam dulcia videntur. Secun-
do non poſſunt deſideria carnalis concupiſcen-
tie auelli ⁊ eradicari niſi pro his alij ſalutares in
troducantur affectus. ⁊ nullus affectus ſalubrior
et ad eos auellendum efficatior introduci poteſt
q̄ȝ deſiderium vehemens caſtitatis cum contrari
etur deſiderijs libidinoſe cōcupiſcentie. maior p̄
batur quia mens non poteſt abſqȝ aliqua affecti
one ſubſiſtere. tum etiā quia per hoc animus ha
bet cui moretur et per quod illecebras tempora-
lium gaudiorum reſpuat. ¶ Tertia concluſio.
Tertia con cluſio ¶ Perfectionem caſtitatis adepturus eget ⁊ cura
anime ⁊ continentia ſiue abſtinentia corporis. p̄
batur illa q̄ tam anime q̄ȝ corporis vitio gene
rantur non niſi vtriuſqȝ labore et cura ſuperari
poſſunt: ſed vitia caſtitati oppoſita generantur
tam anime q̄ȝ corporis vitio: ergo ad retunden-
dum horum ſtimulos non ſufficit ſola mentis in
tentio niſi etiam caſtigatio corporalis acceſſerit
que conſiſtit in ieiunijs/ vigilijs/ aſſiduitate ope-
ris/ ſiue fuga ocij et elongatione locali. Confert
enim plurimum caſtitatem adipiſci ſtudentibus
ſubtrahere ſibiipſis materias paſſionum quibus
anime ad hec egrotanti preſtatur occaſio vel re-
cordatio earundem paſſionum. Secundo dupli-
ci morbo duplex adhibenda eſt curatio: ſed hic
eſt duplex morbus anime ſcȝ et corpis ꝗ opus eſt
duplici curatione. ſcȝ ſubſtractōe materie ne ɔcu
piſcenia tentet in effectum erumpere ⁊ apponen
da eſt attentior meditatio ſcripturarum ⁊ ſolici-
tudo: peruigil: ⁊ remotio humani cōſorcij ne concu
piſcentiam ipſam anima cogitatione concipiat.
In alijs enī vicijs cōſorcia humana conferunt ſe
ab his expedire volentibus/ in vicijs aūt carnali-
bus nocent vt dicit Caſſi. ¶ Quarta ɔcluſio. Et Q̄rta ɔcl̄o
ſi a gaſtrimargie ſtimulis omnino liberari nō poſ
ſumus ardor tamē libidinis poteſt in nobis tota
liter extingui. prima pars patet q̄ȝdiu durat in no
bis affectus cibi ⁊ potus tamdiu durat ſtimulus
gaſtrimargie: ſed ſemp̄ in nobis durat affectus ci
bi ⁊ pot⁹ ergo ⁊ ſtimulus gaſtrimargie. Maior
probaꝛ qꝛ ſup̄flui appetitus cibi ⁊ potus licet de
clinari poſſint non tamen deleri. Confirmaꝛ per
hoc ꝙ Apoſ. non precepit nos abſcindere curam
carnis ſed abſqȝ deſiderijs eam adhibere ſcd̄m il
lud et carnis curā ne feceritis in deſiderijs. tum
per illud eiuſdem ſed ſimus victu quotidiano in-
dumentoqȝ contenti. Probaꝛ ſecundo per illud
non abhominaberis egiptium quia fuiſti incola
in terra eius per quod figuratiue ſignificaꝛ. ꝙ vi
ctus neceſſarius non denegatur corpori ſine ipſi
us pernicie vel anime ſcelere. nemo eſt enī qui libe
rari poſſit prouidentia quotidiani victus. Ter-
cio probaꝛ. Nam ſicut videmus ꝙ aquila celſiſſi
mo volatu ſublimaꝛ ⁊ rurſum ad terrena ventris
neceſſitate deſcendere compellitur ita ⁊ q̄ȝtumcū
qȝ nos diuinis meditationib⁹ intendamus neceſ
ſe tamē eſt vt ad alendum corpus ipſa nature ne
ceſſitate redeamus. ¶ Quarto probatur per pa- Parabola
bolam cuiuſdam ſenis qui ita dicere ſolebat mul ſenis ꝙ ga
tis me creditorib⁹ pater meus debitorem reliquit ſtrimargia
ceteris ſatiſfeci: ſed vnus eſt cui quotidie ſoluēdo nō poſſit ex
ſatiſfacere non poſſum: ⁊ hanc parabolam ita ip tingui.
ſe expoſuit multis vicijs ſū naturali cōditione cō
ſtrictus: ſed inſpirante deo cūctis preter q̄ȝ vni ſa-
tiſfeci gaſtrimargie vero ſtimulis nullo modo ca
rere potui: ⁊ q̄ȝuis eam in paruiſſimam q̄ȝtitatem
redegerim ⁊ vim quotidiane compulſionis eua-
ſerim perpetuis tamen eius conuentionibus per
urgeor ⁊ interminabilem ei ſolutionem impendo.
Secunda pars probatur deſiderium pecuniarū
⁊ honorum poteſt taliter de cordibus auelli: er-
go et ardor fornicationis. Conſequentia tenet qꝛ
Apoſ. vtrumqȝ pari modo mortificandum prece
pit ⁊ conſtat ꝙ non coniunxiſſet impoſſibile cum
poſſibili. Secundo. Apoſ. immundiciam ⁊ forni
cationem ita de membris noſtris extirpandam
confidit vt non nominetur in nobis: ergo ſentit
eam poſſe extingui. antecedens patet per illud
fornicatio et omnis īmundicia ⁊ auaricia ne no-
minetur in vobis aut turpiloquiū aut ſcurrilitas
que eſt rem nō pertinet. Tertio fornicatio exclu-
dit a regno dei ergo poteſt eius ardor a nobis ex
tingui antecedens patet per illud Apoſ. Illud
autem ſcitote quoniam omnis fornicator aut im-
mundus aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus
non habet hereditatem in regno xp̄i dei. Et iterꝫ
nolite errare neqȝ fornicari neqȝ idolis ſeruientes
neqȝ adulteri neqȝ molles neqȝ maſculorum con-
cubitores neqȝ fures neqȝ auari neqȝ ebrioſi ne-
qȝ maledici neqȝ repaces regnum dei poſſide-
bunt. ¶ Iſtis rationibus probat Caſ. luxurie
ardorem poſſe totaliter extingui. tercia tamen

non videtur michi valida quia per eam eque faci
liter probaretur ꝙ gaſtrimargia poſſet totaliter
auelli cuius oppoſitum habetur in prima parte
concluſionis que eſt eiuſdem. Nam ex vltima au
croritate ebrietas excludit a regno dei: ebrietas
autem pertinet ad gaſtrimargiam niſi diceretur
ꝙ quilibet motus ad fornicationē eſſ3 peccatum
mortale: ſed non quilibet motus ad gaſtrimargi
am ꝙ ſupra rationabiliter vt puto reprobatu3 eſt
Quinta pclo ¶ Quinta concluſio ad perfectionem caſtitatis
conſequendam neceſſaria eſt lenitas et patientia
cordis ita ꝙ quantum quis in lenitate ac patien
tia cordis profecerit tantum et in corporis caſti
tate proficiet Hec concluſio eſt Caſſi. quam mul
tipliciter probat primo quanto quis iracundie
paſſionem longius propulerit tanto caſtitatem
tenatius obtinebit: igitur neceſſaria eſt lenitas
cordis. antecedens patet quia non declinatur
corporis eſtus niſi motus animi ſit ante cōpreſ-
ſus. Sunt eñ aliqui qui cū concupiſcentia libidi
nis agitur et impediunt a conſequtione rei cō
cupite exiſtimant ſe paruipenſos et vehementer
iraſcuntur in eos quos exiſtimant cauſas fuiſſe
impedimenti ſui et per hoc adhuc magis incen
duntur paſſione libidinis et ideo ad conſequen-
dum caſtitatem multum vtile eſt hanc lenitate3
cordis que oppoſita eſt iracundie aſſumere. Se-
cundo probatur per illud Saluatoris. Beati mi
tes quoniam ipſi poſſidebunt terram ſed terra
huius corporis non ſubijcitur ditioni noſtre niſi
mens prius fuerit patiētie lenitate fecūdata nec
poterit quis inſurgentia bella libidinis cōprime
re niſi prius armis manſuetudinis inſtruat vt pa
tet per illud. manſueti eñ poſſidebunt terram et
inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper ea3. Tertio
probatur per illud pſal. Expecta dñm et cuſtodi
vias eius et exaltabit te vt hereditate capias ter
ram: ꝙ illi ſoli terram corporis ſui poſſeſſuri ſunt
qui per immobilē patientie lenitate3: vias domi
ni duras ac ꝑcepta cuſtodiunt. Quarto nemo de
lectari poteſt in multitudine pacis in cuiꝰ carne
bella cōcupiſcentie ſuſcitant: ſed manſuetis ⁊ ter
ra poſſidēda et multitudo pacis promittit Mā
ſueti ait pſal. poſſidebunt terram et delectātur in
multitudine pacis. Quinto patientia eſt efficaciſ
ſima cordis medicina ſcdm̄ illud: manſuetus vir
cordis eſt medicus: ergo nō ſolum extirpat fomi-
tem ire/et triſticie/accidie/inuidie/⁊ ſuperbie. ſed
et libidinis et omnium vitiorum et ideo illud ve
rum eſt melior eſt patiens forti et qui cōtinet irā
q̃3 qui capiet vrbem. Sexto patientia et lenitas
promerentur maxime apud deum vt cu3 ad eum
tentationibus impediti clamamus ipſe nos audi
at et de lacu miſerie et de luto fecis. i. fetore libi-
dinis educat vt patet per multas auctoritates iā
allegatas. Et preterea per illud pſal. expectans
expectaui dominum et reſpexit me et exaudit de
precationem mea3 et eduxit me de lacu miſerie et
de luto fecis vbi per expectationem repetitā du-
ram patientiam ſignificat. ſed frequentiſſime in
ter tentationes libidinis clamare cogimur ad do
minu3 et dicere. Miſer factus ſum et curuatꝰ ſum
vſquequaꝙ tota die cōtriſtatus ingrediebar, quo
nia3 lumbi mei impleti ſunt illuſionibus et id ma
xime vere clamamus cū aduerſum nos inſurgūt
ſtimuli et impetus libidinis poſt longam obſer-
uationem caſtitatis et ſpem de ſuperatis ſtimu-
lis tantam ꝙ dicere audebamus ego dixi in abū
dantia mea non mouebor ineternum tunc eñ ad
dominum recurrere et ſibi cōfiteri cogimur. domi
ne non in mea ſed in tua voluntate preſtitiſti de
cori meo virtutem: auertiſti faciem tuam a me et
factus ſum conturbatus ⁊ rurſum illud Job. Si
lotus fuero quaſi aquis niuis et fulſerint q̃ſi mun
diſſime manus mee tamen ſordibus intinges me
et abhominabuntur me veſtimenta mea. Ex qui
bus patet ꝙ ad acquirendam caſtitatis perfecti
onem valet lenitas et patientia per modum me-
riti: valet etiam per modum cauſe naturalis du3
ſcilicet per patientiam tolleramus ieiunia/labo-
res/vigilias/orationes/lectiones/et meditatiōes
ſacrarum litterarum: moleſtiam tentationum: et
abſentiam delectationum ad luxuriam pertinen
tium. Et per lenitatem non iraſcimur aduerſan-
tibus nobis ne quod cupimus cōſequamur quia
vt dictum eſt iracundia inde ſuſcepta non extin-
git ſed inflammat deſiderium Per modum au-
tem meriti lenitas et manſuetudo circa res que
impertinentes videntur luxurie val3 ad extingen
dum ardorem: nam cum dimittimus per lenita-
tem offendentibus nos: nobis largitur deus vt re
pellat a nobis ea per que offendi poſſumus: nec
intelligo de lenitate tantū circa offendentes nos
ſed de lenitate in eos qui fetore libidinis deum of
fendunt in quos multi qui ſe caſtos putant et nō
ſunt mirabili indignatione incandeſcunt et ideo
ſit. ¶ Sexta concluſio qui luxurie ſordibus infe- Sexta pclo
ctis plus indignantur q̃3 commiſerationis com-
patiantur affectu hi q̃ntumcunꝙ corpore mundi
videantur: ſunt tamen longe a caſtitatis perfecti
tione remoti. probatur. Nullus eſt vere caſtus
qui putat ſe caſtitatis puritatem viribus ꝓprijs
et non munere diuino obtinere: ſed qui alijs indi
gnant et nōcompatiunt putant ſe viribus pro-
prijs caſtitatem obtinere. ergo tales non ſunt ve-
re caſti. minor probat. quia ſi quis putat ꝙ caſti-
tas non habet ſine munere diuino ⁊ ad eam non
ſufficit cura et diligentia quecunꝙ humano ſtu-
dio adhibita ille ſi eſt vere caſtus debet de mune
re ſibi conceſſo gratias deo et alijs compati qui
nō ſunt a deo ſimili munere donati: ergo illi qui
indignant ⁊ non compatiunt cōfidūt temerarie
de viribus ſuis ⁊ victoriam ſuam q̃3 de certami-
ne luxurie ſe habere putant non deo ſed ſibijpſis
tribuunt et per conſequens non ſunt vere caſti.
Secundo tales licet contineant hoc eſt aut quia
diffamationem magis odiunt q̃3 ament delecta-
tionem veneream: aut quia volunt in conſpectu
et in ore haminum de puritate caſtitatis laudari
et gloriam querere: aut quia ſperant per hoc ſe
ad maguna bona promouendos eſſe et propter
iſtas cauſas contigit ꝙ alios deſpiciunt et con-
temnunt et eos apud omnes contemptibiles ha-
beri procurant et multi ſunt qui q̃uis videan-
tur indignari: tamen mente gaudent de lapſu et
diffamatione ꝓximi. Indignantur aūt aut potius

indignatione ſimulant: nõ quia peccatum illud in proximo odio habeant ſed vt caſtitas videatur ab eis deſiderata et amata ⁊ in eis frequenter tã ta eſt impuritas mentis ꝙ ſi eſſẽt certi ſe poſſe po tiri et haberent ſpem certã occultandi peccatuꝫ ſuum ipſi forte ardentius q̃ꝫ alij quibus indignã ter in libidinem ruerent. tales ergo ꝓpter predi ctas cauſas inter maculas et ſordes mentis abſti nent a cõmaculatione corporis et nõ propter de um nec ob amorem caſtitatis quare non ſunt ve re caſti. Et ſi queras vtrum poſſit aſſignari certa temporis menſura in qua quis diligentiſſime va cans hijs que ad perfectionem caſtitatis haben dam neceſſaria et vtilia eſſe dicta ſunt poſſet eam aſſequi. ¶ R̃ndet Caſſi. primo ꝙ diffinire hoc aſ ſertiue et vniuiuerſaliter eſt temerarium. tum pro pter diuerſitatem voluntatum et virium. tum q2 hoc nõ facile diſcerni poteſt in alijs artibus et di ſciplinis. tum quia in diuerſis eſt alia ⁊ alia ap plicatio mentis in vno ſcꝫ intenſior: et in alio re miſſior. Secundo dicit ꝙ ſi quis abſtractus a cũ ctis confabulationibus mortificatus ab omni tra ſolicitudine et cura mũdana ex duobus paxima cijs in die fuerit contentus nec ad ſacietatem a quam biberit ⁊ ſomnũ tribus aut quattuor horis terminauerit nõ ſperans in labore ſuo: ſed in mi ſeratione dei ille infra ſex menſes cognoſcet perfe ctionem caſtitatis non eſſe ſibi impoſſibilem.

Septima ꝯ cluſio.

¶ Septima cõcluſio proxime puritatis euidens iudicium eſt incipere nõ ſperare eam de proprij laboris induſtria ſcd̃m illud. Niſi dominus edi ficauerit ciuitatem fruſtra laborant qui edificãt eam. Iſta concluſio poteſt probari. illud eſt eui dens iudicium ꝓxime puritatis quod eſt ad eam conſequendam efficaciſſimũ: ſed non ſperare ca ſtitatem induſtria proprij laboris ſed diuini nu minis largitate eſt efficaciſſimum ad eam conſe quendam igit̃. Minor patꝫ. Naꝫ vigilie/ ieiunia meditationes ſcripturarũ ſine hac ſpe ſunt inu tilia. hec autem ſpes ſine p̃dictis multis frequen ter eſt ad conſequendã caſtitatem vtilis. qđ patꝫ nam cuꝫ poſt ieiunia et vigilias aliqua portio ca ſtitatis nobis arridet continuo blandimur nobiſ ipſis et efferimur in conſcientie ſecreto et credi mus ꝙ ſimus eam conſequuti cura et diligentia noſtra ⁊ tunc derelinquimur et paululum denu damur preſidio ſuperno et illis ſordidis paſſioni bus tandiu opprimimur q̃ꝫdiu experientia docẽ te cognoſcamus nos viribus noſtris caſtitatis bo num adipiſci nõ poſſe. Ex quo patꝫ ꝙ dimicanti cõtra ſpiritum fornicationis victoria ſingularis eſt ex conatu et labore ſuo nõ ſperare remedium Ex hijs patet ad queſtionẽ reſponſio.

Cõtra p̃mã cõcluſioneꝫ

¶ Contra primã cõcluſionẽ arguitur. ieiunia/ vigilie/ medi tatio ſcripture: et reliqua hmõi aut ſunt vtilia ad caſtitatem cõſequendaꝫ aut nõ: ſi ſic: ergo poſſu mus exiſtimare nos per hec poſſe caſtitatẽ conſe qui. ſi nõ ergo vt caſtitatẽ conſequamur nõ eſt eis incũbendũ. Sc̃do hec omnia ſunt cauſe natura les reſpectu caſtitatiſ: ergo poſſumꝰ eſtimare nos per hec poſſe caſtitatem conſequi. antecedẽs pa tet: nã diminuũt materiam excitantẽ libidinem. ¶ Ad primam dico ꝙ ſunt vtilia tanq̃ꝫ quedam cauſe partialiter opus caſtitatis adiuuantes et di ſtingo conſequens vel ꝙ poſſumus eſtimare nos poſſe per hec tanq̃ꝫ per cauſas ſufficientes et ſic e go nego cõſequentiam vel tanq̃ꝫ per cauſas adiu uantes inſufficientes tamen et ſic cõcedo ſed ad p̃ muꝫ aſſumptum poſita eſt concluſio. Et ſi dicas ꝙ etiam auxiliũ diuinũ non eſt cauſa totalis dico primo ꝙ auxiliũ diuinuꝫ poteſt eſſe cauſa totalis reſpectu ſublationis impedimẽti vel eorũ que ac tum difficultare poſſũt. dico ſecũdo ꝙ eſt cauſa p̃n cipalis ſine qua reliqua nõ habent efficaciã. dico tercio ꝙ paruũ auxilium diuinum ſine reliquis ẽ aliquãdo cauſa caſtitatis: reliqua autẽ ſine auxi lio diuino nunq̃ꝫ. dico quarto ꝙ cõfidẽtia auxilij diuini eſt cauſa vt habeantur reliqua ſcꝫ ieiunia orationes vigilie et huiuſmodi. dico quinto ꝙ re liqua ſunt media quedã reſpectu auxilij diuini i petrandi ⁊ ipſum auxilium finis. Ad ſecundam concedo ꝙ ſunt cauſe naturales partiales et ne go conſequentiam quia cum eis concurrit cauſa non naturalis ſed libera ſcꝫ volũtas que non po teſt habere ad caſtitatẽ obtinendã per quaſcũqꝫ cauſas naturales ſufficientes motus niſi auxilio ſpeciali dei adiuuetur et moueatur.

Cõtra ſecũdã ꝯcluſionem

¶ Contra ſe cundam cõcluſionem arguitur ſic eſt tam diffici le deſiderio et amore caſtitatis ĩflãmari q̃ꝫ diffici le eſt eſſe caſtuꝫ ergo inflãmari deſiderio caſtita tis non eſt via cõgrua perueniendi ad caſtitateꝫ. antecedẽs probatur quia omnis qui amat caſtita tem eſt caſtus et q̃ꝫto magis amat tãto eſt caſtior Confirmatur ad habẽdum amorẽ caſtitatis exi guntur ieiunia vigilie orationes et cõfidentia di uini auxilij ſicut ad habendũ perfectionẽ caſtita tis ergo tam difficile eſt habere amorẽ caſtitatis q̃ꝫ difficile eſt habere ipſã caſtitatẽ. Secundo q cumqꝫ deſiderat vel amat caſtitatẽ odit delecta tiones aduerſas caſtitati: ſed quicũqꝫ odit delec tationes aduerſas caſtitati eſt caſtus ergo quicũ qꝫ amat caſtitatẽ vel deſiderat eſt caſtus. Tercio pauper per ſolũ actum interiorẽ dicitur liberalis eo ꝙ deſiderat facere opera liberalitatis ergo et quicũqꝫ deſiderat habere opera caſtitatis eſt ca ſtus.

Reſponſio

Ad primã nego antecedens et ad probatio nem nego aſſumptũ ſicut enim nõ omnis qui de ſiderat eſſe diues vel doctus vel liberalis ẽ diues doctus vel liberalis ita nec omnis qui deſiderat eſſe caſtus eſt caſtus. Ad cõfirmationem nego an tecedens ſcꝫ ꝙ hec omnia requirantur imo vide mus ꝙ luxurioſus incipit deteſtari luxuriã ſuam poſtq̃ꝫ patrato opere ceſſat inquietatio libidinis et gaſtrimargus cũ ſentit ſue ingluuiei moleſtias cõcedo tamen ꝙ ad hoc ꝙ deſiderium illud caſti tatis ſit bonũ exigitur diuinũ auxilium. Ad ſecũ dam dico ꝙ amare caſtitatem et odire delectatio nes aduerſas caſtitati contingit dupliciter vno modo ceſſante motione que fit per huiuſmodi de lectationes ad illicitum Aliomodo in particula ri et poſita motione actuali ad illicitum concedo ꝙ qui amat caſtitatem primomodo odit delecta tiones aduerſas primomodo et qui amat caſtita tem ſecundo modo odit delectationes aduerſas ſecundo modo non oportet tamen ꝙ omnis qui nunc amat vel deſiderat caſtitatem in abſentia

motionis ad illicitū ꝙ poſita motione odiat de
lectationes aduerſas quia cōtingit frequenter ꝙ
tunc deſinit amare caſtitatem. Et ad minorē ne-
go eam de odire delectationes aduerſas caſtita-
ti primo mō: de odire ſcd̃o mō dupliciter pōt rñ-
deri vno mō cōcedendo eam. qui em̄ preſente mo-
tione delectationis odit eam fugit ipſaȝ qꝛ odire
non eſt aliud q̄ȝ nolle et fugere. qui aūt fugit eam
vincit et ſuperat ⁊ ita habet actuȝ caſtitatis ⁊ ita
eſt caſtus caſtitate actus vl' habitus. ¶ Alio mō

Duplex odium.

poteſt reſponderi negando illā minorē dicendo
ꝙ duplex eſt odium ſcȝ efficax et ſopitū qui habȝ
odium efficax delectationū pñte motione ipſe eſt
vere caſtus ſȝ qui hȝ odiū ſopitū nō opȝ ꝙ ſit ca-
ſtus qꝛ cūȝ iſto odio ſopito voluntas permittit ſe
duci a concupiſcētia ⁊ impetu libidinis ſcd̃m il-
lud Ariſ. in ſeptimo de concupiſcentia ⁊ ratione
forte aūt cōcupiſcentia inexiſtente hec quid dicit
fugere hoc: ↄcupiſcētia aūt dicit mouere em̄ vnā
quāq; pōt particularis hic aūt per odiū efficax in
telligo odiū imperatiuū executionis conformis
aut prohibitioni executionis oppoſite. Sed per
odiū ſopitū non intelligo ceſſationeȝ a nolitione
actuali ſed intelligo nolitionē ſimplicē volūtati

Duplex deſideriū non actualit' exequutiuum operationis

nō prohibitiuā executionis oppoſite. ¶ Ad ter-
ciam dico ꝙ duplex eſt deſiderium vel pij operis
et etiaȝ caſtitatis nō actualiter īperatiuū executi
onis vnū eſt ꝙ eſt equiualenter īperatiuū execu-
tiōis ꝙ ſcȝ ē tale ꝙ ſi adeſſet vel facultas vl' opor
tunitas pij operis de facto imperaret executionē
eius et ſimiliter de deſiderio caſtitatis equiualen
ter imperatiuo executionis ↄformis vel ꝓhibiti-
uo executionis oppoſite qđ ſcȝ eſt tale ꝙ ſi adeēt
tētatio ꝓhiberet cōcupiſcētiaȝ ne duceret volun-
tatē ⁊ īperaret fugā cōcupiſcētie ⁊ loquendo de
tali actu interiori concedo añs ⁊ cōſequēs. Aliud
eſt deſideriū nec formaliter nec equiualēter īpera
tiuū executionis qđ ſcȝ facit' p illectionē ad op-
poſitū ſopitur quod deſideriū frequēter experimur
in nobis in abſentia cōcupiſcentie aut tētationis
⁊ de tali nego añs niſi diceret' ꝙ eſſet quedaȝ ca-
ſtitas actualis mētalis ⁊ multū īperfecta qꝛ ſcd̃ȝ
rei veritateȝ tale deſiderium ſi aſſint cetere circū
ſtantie eſt bonus motus ⁊ non videt' ad quā virtu
tem ptineat niſi ad caſtitatē ſicut ⁊ deſideriū ſim
plex pij operis ad liberalitatē ꝙ ſi quis velit ſim
pliciter ſuſtinere qđ dictū eſt dicet ↄſequēter ꝙ ſi
volitio nō ſit actualiter aut equiualenter īperati
ua executionis operans nō hȝ firmū ⁊ īmobile iu
diciū quod eſt vna de cōditionibus operantis vir
tuoſe vt patet in ſcd̃o ethi. Cōtra terciā cōcluſio
nē arguit' ſic multi experiunt' ꝙ tēpore ieiunioꝝ
⁊ abſtinentie magis incēduntur ad libidinem er
go adepturus caſtitatem non eget abſtinentia.
Ad hanc ratiōem diſtinguo antecedens vel in
his in quib⁹ abſtinentia eſt rara et exceſſus fre-
quens ⁊ ſic concedo vel in his in quibus abſti-
nētia eſt frequēs ⁊ exceſſus rarus ⁊ ſic ego nego ī
primis eni eſt multa reſolutio materie et interdū
multitudo cibi aut potus ita cōſopit vim nature
vt langueſcat nec ſufficiat ad motus naturales
diminuta autem materia p ieiuniū tūc minuit' pō
dus ⁊ grauitas: ⁊ vires que ſopite erāt ſūt liberio
res ⁊ ad motus ſuos naturales ſufficiūt. nō cōtin
git autem ſic in ſecūdis. Si dicas ergo ſaltem pri
mi non debēt abſtinēter viuere vt caſtitatem con
ſequant' nego cōſequentiā quia in illis ſicut vires
corporis ſunt propter multitudineȝ cibi ⁊ potus
conſopite ita ⁊ ratio ⁊ appetitus intellectus ⁊ ꝓ
pter hoc iſti tenuiſſimo motui ↄcupiſcentie et li-
bidinis ſtatim ſuccumbunt q̄ȝ diu ingluuiei va-
cant: cum aut interponūt ieiunia ⁊ abſtinentias
lȝ patiantur vehementiores impetus tētationis
qꝛ vires ſūt magis actuales tñ etiam multo viri-
lius reſiſtunt ſi in eis ſit amor ⁊ ſtudiū caſtitatis
eo ꝙ ratio ⁊ appetitus intellectiuus deſinunt eſ-
ſe ſopiti ⁊ quaſi ligati. Contra quartā concluſio-

Cōtra quartaȝ ↄcl'onē.

nē arguit' ſic materia libidinis ex materia gaſtrimar
gie cōſurgit ergo ſi non poſſumus liberari totaliter
a ſtimulis gaſtrimargie non poterim⁹ liberari to
taliter ab ardore libidinis. Secundo oīs motus
quo excitatur voluntas ad expulſionem materie
libidinoſe eſt tentatio libidinis ſȝ q̄ȝdiu eſt talis
materia poteſt eſſe excitatio voluntatis ad expul
ſionem ergo cum ſemper ſit talis materia in no-
bis ſequitur ꝙ ſemp pōt cadere in nobis tentatio
Tercio aut per totalē extinctionē ardoris intelli
git' deſitio ⁊ corruptio alicui⁹ qđ infuit ⁊ hoc nō
non q̄dam mali habitus cum multi adoleſcentes
in quibus nullus eſt ad hec habitus genitus pa-
tiant' graues tentationes libidinis nec qualita-
tes corporales cum non videatur a quo corrum-
perentur aut intelligit' poſitio habit⁹ noui ⁊ hoc
non quia habitus abſtinentie ponitur ita bene in
abſtinente ſicut habitus caſtitatis in caſto et tñ p
potentiam talis habitus nō eſt extinctio totalis
gaſtrimargie. ¶ Ad primā nego cōſequētiā qꝛ i

Reſponſio

multis eſt ſtimulus gaſtrimargie in quib⁹ non ē
gaſtrimargia ⁊ p ↄñs nec materia gaſtrimargie
licȝ ſit ibi materia ſcd̃ȝ ſpēm ſimilis. Ad ſecun-
dam concedo maiorē et minorē ⁊ cōcluſionē. ex-
tinctio enim libidinis nō dicit impoſſibilitatē ad
tentationeȝ libidinis: alias enim aliquis viator
daret' qui eſſet illo peccato īpeccabilis ſine quo-
cūq; defectu nature exiſtens quod non reputo ve
rum dico ergo ꝙ ardor libidinis dicitur extinct⁹
in aliquo quando ex longa caſtigatōe carnis cor
rupte ſunt male qualitates inclinantes ad libi-
dinoſe concupiſcendum diminuta eſt etiam ma-
teria ad libidinem incitans et per frequentes a-
ctus caſtitatis corrupti ſunt mali habitus tam
in volūtate q̄ȝ in appetitu ſenſitiuo ſi qui inerāt
et introducti ſunt oppoſitam vehemētiā magnā
⁊ impetuȝ facientes in actum caſtitatis ⁊ a qui
bus frequentiſſime compreſſi ſunt motus in libi-
dinem. his enim ſic ſe habentibus dico ꝙ non in
ſurgunt in nobis motus in libidinem et ꝙ illud
quod ſolebat excitare huiuſmodi motus ē ita cō-
preſſum et attritum vt nullos excitet ſi tamen la-
xetur diſciplina caſtitatis et homo fuerit aut mi
nus abſtinens aut incaute cauſis huius commo
tionis ſe abiecerit certe ardor qui erat extinctus
renouabit' et reuiueſcet ⁊ interdū fient nouiſſima
deteriora prioribus. Ad tertiam dico ꝙ ad extin
ctionem ardoris requiritur regulariter habitu-
um generatio licet talis generatio non ſit extin-

ctio requiritur aliquando malorum habituū cor
ruptio: aliquando malarum qualitatum corru-
ptio in his ſcʒ in quibus iſta prefuerūt aliquan-
do vero imo credo ſemper materie diminutio vt
pʒ in ſolutione p̄cedenti ⁊ ad ip̄robationē de ha
bente dico et cōcedo ꝙ poſitio habitus non ſuffi-
cit. Et ſi queras vnde ergo eſt ꝙ non extinguit̃
ſtimulus gaſtrimargie ⁊ tamen ardor libidinis
bene extinguit̃. Reſpondeo ꝙ hoc ideo eſt quia
huius vite neceſſitas cogit nos dietim experiri de-
lectationes ad gaſtrimargiā pertinentes et earū
deſiderium ad quarum deſiderium tanto magis
nos natura ſtimulat q̄ʒto diucius ad his abſtinui
mus non ſic eſt autem de delectationibus ad luxu
riā pertinētibꝰ quia ergo neceſſitas nature cogit
nos ad vſuʒ huiuſmodi delectabilium et frequen
ter neſcimus quantitatem conuenientem vere tē-
perantie et vt dicit etiā Auguſtinus in libro ɔfeſ
ſionum neſcimus vtrum deſiderium illud cōtine
tur neceſſitate nature aut importunitate concu-
piſcentie ideo q̄ʒdiu viuimus non caremus tota
liter ſtimulis gaſtrimargie. Et per hoc patet ſolu
tio ad rationem ante oppoſitum.

¶ Queſtio duodecima.

CОnſequenter agen
dum eſt de ſpeciebus caſtitatis Et pri
mo de virginitate. Circa quam queri-
tur primo Utrum ipſa cōſiſtat in integritate car
nis? Et arguit̃ ꝙ ſic ſecundum Auguſtinum li-
bro de nuptijs virginitas eſt in carne corruptibi
li incorruptionis perpetua meditatio ſed incor-
ruptio carnis nō pertinet niſi ad carnē igit̃. In
oppoſitū arguitur ex eadem auctoritate virgini
tas eſt ipſa meditatio ſʒ meditatio non conſiſtit
in integritate carnis ergo nec virginitas in inte

Tria ī ꝟgi-
nitate ſcðm
beatū tho-
mam.

gritate carnis conſiſtit. ¶ Notandum ꝙ opinio
Thome eſt ꝙ in virginitate tria reperiuntur / ſcʒ
integritas membri corporalis imunitas a dele-
ctatione ex reſolutione ſeminis prouenienſ et ꝓ
poſitum abſtinendi de tali delectatione primum
ſcðm eum ſe habet per accidens ad virginitateʒ
ſcðm ſe habet vt materiale. tercium ſe habet for-
maliter ⁊ completiue. hanc opinionē probat qꝛ
in delectatione venereoꝝ tria ſunt vnū eſt viola-
tio ſignaculi virginalis. ſcðm eſt reſolutio ſemi-
nis delectationē cauſans in quo ɔiungitur vt di
cit id qð eſt anime cum eo quod eſt corporis. ter
cium eſt propoſitum perueniendi in talem delecta
tionem primū ſe habet per accidens ad moraleʒ
actū qui non cōſideratur per ſe niſi ſcðm ea q̄ ſūt
aīe ſcðm ſe habet materialiter qꝛ ſenſibiles paſ-
ſiones ſunt materia moralium actuū / terciū ſe hʒ
formaliter ⁊ cōpletiue iſta opinio nō mihi pla-

Pͥa ɔclo

cet. ¶ Sit igit̃ prima cōcluſio non requirit̃ ad
virginitatem integritas ſignaculi virginalis. ꝓ
batur ſtat aliquē eē virginē ⁊ in eo ſignaculū vir
ginale eſſe corruptū aut ab egritudine aut ex le-
ſione aliq̄. nullus em̄ eſt q̄ dicat eā nō eſſe ꝟgineʒ
cuiꝰ ſignaculū virginale ꝓpt̃ aliquā talē cām cor
ruptū eſt. Scðo in viris ē virginitas ⁊ tñ nō vide
tur alia integritas in eis tp̄e virginitatis q̄ʒ eſt vl

Scða ɔclo

erit tp̄e quo a virginitate diſceſſerūt. ¶ Secūda
concluſio integritas ſignaculi virginalis oppoſi
ta corruptioni libidinoſe eſt de ratione virginita
tis ⁊ ad eā per ſe pertinens. probat̃ illud ꝑ ſe per
tinet ad virginitatē ſine quo nō cōſiſtit virginitas
ſed ſine huiuſmodi integritate nō ɔſiſtit virgini-
tas ergo huiuſmodi integritas per ſe ad virgini-
tatem pertinet. maior probatur quia ſi aliquid ꝑ
tinet per accidēs tm̄ ad virginitatē eo poſito vel
remoto nō minus ponit̃ virginitas: ergo ſi ipſuʒ
ſit tale / ꝙ eo nō poſito non ponit̃ virginitas ipſuʒ
per ſe pertinet ad virginitatē. Secundo illud qð
eſt ꝑ ſe obiectū volitionis vel propoſiti qð eſſenti
aliter eſt virginitas ꝑ ſe ꝑtinet ad virginitatē: ſed
huiuſmodi integritas oppoſita corruptioni libi-
dinoſe eſt obiectū volitionis vel ꝓpoſiti qð ē eſſēti
tialiter ꝟginitas cū oīs virgo velit ſeruare itegri
tatē dictā quā appellat Augu. incorruptionē in
carne corruptibili. Tercio quicquid eſt de diffiniti
one virginitatis illud per ſe pertinet ad virgini-
tatem. ſed integritas predicta eſt de diffinitione
virginitatis ergo integritas p̄dicta ꝑ ſe ꝑtinet ad
virginitatē. ¶ Tercia ɔcluſio ꝓpoſituʒ perpetue

Tercia ɔclo

virginitatis nō ꝑ ſe ꝑtinet ad ꝟginitatē. pʒ qꝛ ꝓ-
poſitū ⁊ volūtas nubēdi nō repugnat virginitati
ſed ꝓpoſitū ⁊ volūtas nubēdi regularit̃ repugnat
propoſito ꝑpetueītegritatis ergo nō eſt de ratiōe
virginitatis perpetue integritatis propoſitū. ma
ior probat̃ quia alias nunq̄ʒ virgo voluntarie de
ſponderet̃ viro. minor patet qꝛ eo facto ꝙ volūta
rie deſpondet̃ viro regulariter caret ꝓpoſito ꝑpe
tue caſtitatis. Dico aūt regulariter ꝓpter glorio-
ſā virginē in qua ſimul vtrūqꝫ repertū eſt ſcilʒ de
ſponſatio viri ⁊ ꝓpoſitū ꝑpetue integritatis. Ex
quibus patet ꝙ virginū q̄dam ſūt in quibus eſt ꝓ
poſitum firmū perpetue integritatis. Alie ſunt ī
quibus eſt propoſitum integritatis temporanee
tātū. Et q̄ʒuis prime habeant virginitatem excel
lentiorē ſecundū curſū qui nunc eſt. non video tñ
ꝙ ſecunde dignitatem virginitatis ꝑdiderit. Se
cundo tales ſunt caſte ⁊ nō ſunt vidue nec cōiu-
gate ergo ſūt virgines. ¶ Quarta cōcluſio imu

Quarta cō
cluſio

nitas a delectatione per ſeminis reſolutionem nō
eſt de ratione virginitatis nec tanq̄ʒ materiale
nec tanq̄ʒ formale: ꝙ non tanq̄ʒ formale conce
dit ſanctus Thomas probat̃ ergo cōcluſio poſi-
tis ꝓpoſito integritatis oppoſite corruptioni li-
bidinoſe ⁊ ipſa integritate ponit̃ virginitas. Al
tero aūt eorū remoto remouet̃ virginitas ergo i-
munitas a delectatione ex reſolutione ſeminis nō
eſt de ratione virginitatis. Antecedens proba-
tur quia ſi per poſſibile vel impoſſibile contin-
geret ꝙ ſine apertione ſignaculorum ꝟginaliuʒ
per actum libidinoſum reſolueret̃ ſemen et dele-
ctationem cauſaret et hoc non obſtante ipſa pu-
ella haberet propoſitum firmum ꝙ nunq̄ʒ clau-
ſtra virginalia corrumperentur in ea per actum
libidinoſum quantūcunqꝫ careret propoſito im-
munitatis a delectatione per reſolutionem ſemi-
nis: manente tamen ſupradicta integritate ma-
net virginitas et propoſituʒ illud quod habet eſt
propoſitum vere virginitatis ergo de ratione vir-
ginitatis non eſt huiuſmodi immunitas a dele-
ctatione. Secundo pono duas puellas quarum

vna dormiendo patiatur reſolutionem ſeminis ſi
ne quacunqꝫ corruptione integritatis et delecte[illegible]
non ſolum dormiendo ſed etiam vigilando cum
meminit volo tamen ꝙ huiuſmodi reſolutio nul
lo eius vicio procurata ſit ſicut frequenter con-
tingit ſit vero alia nichil penitus ſciens aut co-
gitans de reſolutione ſeminis ⁊ de delectatione
que inde conſueuit cauſari que pecunia seducta
conſentiat alicui ⁊ ſit in defloratione eius tantus
dolor ꝙ nullaꝫ penitꝰ delectationem ſentiat imo
nec ſemen emittat: quo facto ipſa poſtea īforma
ta de reſolutione ſeminis et delectatione eius pro
ponat perpetuo abſtinere a tali delectatione. Ar
guo ſic prima eſt virgo ⁊ non ſecunda ergo pro-
poſitum integritatis ſeruande et non propoſitū
immunitatis a delectatione eſt virginitas ergo
nec delectatio nec reſolutio ſeminis eſt materiale
pertinens ad rationem virginitatis ſed ipſa inte
gritas oppoſita libidinoſe corruptioni ſi eīn ibi
ponendum ſit materiale illud debet dici materia
quod eſt obiectum principale volitionis vel nol-
tionis interioris. Concluſio predicta videtur mi
chi probabilior qꝫ oppoſita de virginitate femi-
nei ſexus in maſculis aūt eſt ſatis difficile videre
in quo conſiſtit virginitas cū in maſculo nulla vi
detur corruptio ſignaculoꝝ virginaliū ſubſequi
coitū et ob hoc forte motus eſt beatus Thomas
non ſine magna apparentia ponere eā in delecta
tione conſequēte reſolutioneꝫ ſeminis quia nihil
apparet cōmune vtriqꝫ virginitati niſi hmōi re-
ſolutio. Sed ſicut dictuꝫ eſt virgo virginitate cor
poris pōt deſinere eſſe virgo ſine q̄cūqꝫ delectatio
ne tali ⁊ ſine quacūqꝫ reſolutione per ſolā ruptu-
rā ſignaculorū virginaliū per actuꝫ libidinoſuꝫ
dixi aūt per actuꝫ libidinoſū qr vt dictum eſt mē
bra illa ſiue ſignacula poſſūt multis alijs modis
rumpi ſine deperditione virginitatis corporee.
Et hoc hꝫ auguſti. primo libro de ciuitate dei ita
dicens mēbra illa poſſūt diuerſis caſibus vulne
rata vim perpeti ⁊ medici aliꝗ ſaluti opitulantes
hec ibi faciunt que horret aſpectus obſtetrix etiaꝫ
virginis cuiuſdā integritatem manu velut explo
rans dum inſpicit ꝑdidit. Et ſubdit non opinor
quēq̄ꝫ tā ſtulte ſapere vt hinc periſſe aliquid exi-
ſtimet etiam de corporis ſanctitate q̄ꝫuis illius
membri integritate iam perdita Ex hac auctori-
tate motus beatus Thomas q. c. lij. articulo pri
mo in reſponſione ad terciuꝫ dicit ꝙ integritas
corporalis mēbri ꝑ accñs ſe hꝫ ad virginitateꝫ in
q̄ꝫtum ſcꝫ per hoc ꝙ ex ꝓpoſito bonitatis abſti-
net q̄s a delectatione venerea remanet integritas
in membro corporeo: vnde ſi contingat ꝙ per a-
lium modum aliquo caſu membri in integritas
corrūpatur non magis preiudicat virginitati q̄ꝫ
ſi corrumpat manus aut pes Et in reſponſiōe ad
quartū dicit ꝙ delectatio que eſt ex ſeminis effu-
ſione dupliciter poteſt cōtingere vnomodo vt ꝓ-
cedit ex mentis ꝓpoſito ⁊ ſic tollit virginitatem
ſiue fiat ꝑ concubitū ſiue abſqꝫ concubitu. Nec
huic obſtat ꝙ Auguſtinus dicit in libro de virgi
nitate ꝙ virginis integritas ⁊ per piam cōſcien-
tiam ab omni cōcubitu immunitas angelica por
tio eſt facit enim hic mentionē Augꝰ de concu-
bitu vt dicit qr huiuſmodi reſolutio cōuenienter ⁊
naturaliter fit ex cōcubitu. Alio modo poteſt ꝙ
uenire preter ꝓpoſitum mentis vel in dormiēdo
vel per violentiam illatam cui mens non conſen
tit q̄ꝫuis tamen delectationem experiat̄ aut etiaꝫ
ex infirmitate nature vt patet in his qui fluxum
ſeminis patiuntur et ſic non perditur virginitas
quia talis pollutio non accidit per impudicitiaꝫ
quam virginitas ſecludit Ex his dictis Thome
infero aliqua correlaria primum eſt ꝙ que per vi
olentiam corrupta eſt et non conſentit corruptori
eſt vere virgo et hanc expreſſe concedit Thomas
Secundo ſequitur ꝙ illa que per experientiam
cognoſcit ꝙ cum de die cogitationem habet cir-
ca venerea de nocte in ſomno habet de eadem re
ſomnium et reſolutionem ſeminis in qua delectā
tur ſi talis ex propoſito habet huiuſmodi cogita
tionem et de nocte dormiendo ſequatur reſolutio
ſeminis et delectatio ꝙ ipa nō manet virgo q̄ꝫuis
tñ habeat ꝓpoſitū ꝑpetue integritatis ſeruande
quia delectatio in ea ex ſeminis effuſione ex mētis
propoſito ꝓcedit. Tercio ſequit̄ ꝙ ꝑfectꝰ ſciathi-
cus cōcubēs libidinoſe cū ꝑfecta ſciathica ſciēter
et voluntarie ex parte vtriuſqꝫ et ex lectione phi-
loſophie naturalis aut ex inſtructione alicuius
docti viri cui credunt conditionem perfecte ſcia-
thicorum cognoſcentes poſſunt multociens coha
bitare ſimul cum ruptura ſignaculorū virginaliū
per actum libidinoſum et ad huiuſmodi rupturā
a natura ordinatum ſine deꝑditione ſue virgini
tatis qꝫ ſuppono in eis fuiſſe vſqꝫ ad primum cō-
cubitum. et patet conſequentia quia ſecundum
Ariſtotelem libro probleumatū perfecte ſciathi-
cus non poteſt generare quia non fit ab eo reſolu
tio ſeminis ſi ergo iſti ſciant naturam et conditi-
onem perfecte ſciathicorum ipſi ſcient ꝙ non po
teſt in eis fieri ſeminis reſolutio et per conſequēs
neuter eorum habet propoſitū delectationis ex ſe
minis reſolutione ergo vterqꝫ eorū manebit vir-
go poſt multos concubitus et rupturā clauſtroꝝ
virginalium per actum libidinoſum. Quarto ſe
quitur ꝙ hec naturaliter poſſibilis et ſine quocū
qꝫ miraculo virgo parit ſequitur enim hec parit
hec eſt virgo demonſtrando vtrobiqꝫ illam que
corrupta eſt per violentiam ergo virgo parit.
Antecedens eſt poſſibile ergo et conſequēs. Quī
to ſequitur ꝙ ſi ſint due virgines quarum vna ꝓ
ponat cras et poſt cras concubere cum viro et
de facto faciat ſine emiſſione ſeminis tamen et
ita continuet per menſem integrum. Alia vero
proponat concubere cras ſed interueniat impe-
dimentum non ſolum cras ſed per totum men-
ſem prima erit ita immunis a corruptione op-
poſita virginitati ſicut ſecunda. De iſtis illatis
plura concedit albertus cuius opinionem vide
tur imitatus Thomas dicit ergo ꝙ ſcđm aucto-
ritates ſāctoꝝ virginitas eſt integritas carnis at
teſtās corruptionē mētis. Dicit̄ aūt īegritas car
nis nō quelꝫ ī corruptio puta a vulnere vel gladio
ſꝫ incorruptio ab actuali ⁊ cōpleta delectatiōe cō
cupiſcētie ex volūtate oꝑante vel cōſentiente vel
nō diſſētiente vel nō inq̄ꝫtuꝫ poteſt renitente. Ex
voluntate oꝑante ſicut in his qui digito vel ma-

na vel ligno vel quouis alio adiuncto ſanguĩ vł
cõprimũt neruos inferiores in mẽbris genitalibus
quatinus ſua ſenſibilitate ꝑfectã coitus delecta-
tionem conſequantur: qđ indubitanter verũ eſt ſi
clauſtra virginalia rumpanť: ſi aũt non rumpan
tur etiã ſi propter incitationẽ nature ſequereť
delectatio ex effuſione hoc remanet in queſtione
ſi perdatur virginitatis integritas corporalis vo
cat autem vt dicit completam delectationẽ omnẽ
illã q̃ eſt operis in tanta delectatione quanta eſt
coitus. dicit cõcupiſcentie ad differentiã purga-
tionis nature quia natura tã in viro q̃ĩ femina
purgat ſe a quibuſdã ſuꝑfluis ꝑ illum locum ad-
dit ꝙ ſi mulier cogitet de coitu ⁊ de membris il-
lis vt in ea excitetur eſtus cõcupiſcẽtie vt delecte
tur in eo ⁊ ſequať effuſio ſeminis ⁊ delectatio tũc
ipſa perdit virginitatẽ dicitur enĩ corrũpi corpꝰ
vt dicit corruptione vicij non paſſionis in viola-
tione virginitatis ⁊ laxatione venarum et viarũ
per quas expleť coitus non diſſentientẽ volunta-
tem dicit eſſe in non clamãtibus non renitentẽ in
his qui nõ corde ⁊ corpore renitũtur vt ſi non poſ
ſunt defendere corpus ſaltem cor a cõcupiſcẽtia
⁊ ſenſu delectationis impediant vt aũt ego breui
ter expediã de primo correlario cõcedit ipſũ ſecũ
dum tñ vltimã eius particulã opꝫ addere ꝙ vio
lentia fuerit tanta ꝙ non conſenſerit ſꝫ reniſa ſit
corde et opere ita ꝙ inq̃tum potuit ſe a ſenſu de
lectationis ĩpediuit ⁊ ĩ hoc non videť ſentire cũ
eo Thomas q̃ dicit ꝙ virginitas nõ ꝑdiť niſi ex
ꝓpoſito mentis ꝓcedat ſeminis effuſio ſcđꝫ corre
lariũ cõcedit terciũ aũt ⁊ quartũ vt videť nõ poſ
ſunt euadere. ꝓbatur preterea cõcluſio predicta
illa integritas eſt de ratiõe virginitatis ſcđꝫ quã
ſiũt aut feranť iudicia humana de virginibꝰ ⁊ nõ
virginibus ſed ex integritate ſignaculorum vir-
ginaliũ ſumiť iudicium de virginitate corporali
alicuiꝰ ⁊ non ex ĩmunitate a delectatione ex effu
ſione ſeminis prouenientẽ vt pꝫ per medicos ⁊ ob
ſtetrices. ⁊ hoc etiã pꝫ auctoritate ciprian i epiſto
la decima ita dicentis: Et idcirco cõſulte ⁊ cũ vi
gore feciſti frater cariſſime abſtinendo diaconũ
qui cum virgine ſepe manſit ſed et ceteros qui cũ
virginibus dormire conſueuerunt: ꝙ ſi peniten-
tiam huius illiciti concubitus ſui egerint ⁊ a ſe ĩ
uicẽ receſſerint inſpiciant interĩ ꝟgines ab obſte
tricibꝰ diligẽter ⁊ ſi ꝟgines inuẽte fuerĩt accepta
cõicatione ad eccleſiam admittantur. Preterea
ſi ſic ſequereť ꝙ virgo conſentiens corruptori in
qua ex coitu corrumpereť clauſtra virginalia ⁊
effundereť ſemẽ impedireť tamẽ propter vim do
loris ne delectareť illa ex emiſſione ſeminis eſſet
vere virgo ſecundũ corpus patet quia in ea non
eſſet delectatio illa quã Thomas ⁊ Albertus di-
cunt requirẽ ad corruptionẽ integritatis virgina
lis. Ex ſupradictis infero primo ꝙ virgines flu-
xum ſeminis patiẽtes nõ fiunt de nõ virginibꝰ cor
rupte per ſolam diſtillationẽ humoris ⁊ delecta
tionem inde conſequentem pꝫ quia ſtat hmõi
diſtillatio cum integritate ſignaculorũ virgina
lium. Secũdo infero ꝙ puelle q̃ in annis pueri-
libus anteq̃ incipiant pubeſcere agũt turpia qui
bus rũpuntur ſignacula pudoris debent dici cor
rupte quia cum hec faciunt diſcernũt talia facta
circa aliquas partes corporis eſſe cauſatiua ali-
cuiꝰ delectationis ⁊ nõ circa alias puta circa ma
nũ vł pedẽ ergo iſta faciẽdo intẽdũt delectationẽ
venereã ergo opus eorum eſt libidinoſũ: ſed om-
nis confractio ſignaculorũ virginaliũ per opꝰ li
bidinoſũ eſt corruptio virginitatis igiť. Confir-
mať quia puelle ante annos pubertatis habent
diſcretionem ſufficientem ad meritum vel deme-
ritum ergo poteſt opus earum eſſe libidinoſum ⁊
per conſequens ⁊ virginitatem perdere per tale
opus. Tercio ſi in illa etate patereñ ſine violen
tia coitum viri dicereñ corrupte ⁊ non videtur
rationabiliter poſſe negari quin dicereñ corrupte
ſi frequenter hoc paterentur ⁊ delectarentur non
in emiſſione ſeminis ſed in contactu ⁊ agitatione
membrorum libidinoſorũ ergo ſi hec eadem a ſe-
ipſis patiantur debebunt dici corrupte. Tercio
infero ꝙ vir non prius corruptus ⁊ ſimiliter fe-
mina qui per opus libidinoſum voluntariũ hu-
morem de genitalibus membris emittit cenſen-
dus eſt corruptus et non virgo. Contra alexa-
num dicentem ꝙ triplex humor fluit de genitali
bus membris ſcilicet ſemen vrina et humor ſimi
lis ſemini medius inter ſemen et vrinam qui di-
ſtillat aliquando propter ſolum femine tactum
vel aliquorum turpium auditum: et vult ꝙ per
ſolam ſeminis reſolutionem perdatur virgini-
tas quia ipſa ſola vt dicit locum coitus ſupplet
vel eius delectationem ꝯplet. probať quia alias
nõ videreť poſſe ꝓbari de aliquo ꝙ eſſet corruptꝰ
preſerti de muliere niſi per actũ generatiõis et
pꝫ cõſequẽtia quia incertũ eſt ſemper quis hu
mor ſit ex genitalibꝰ mẽbris emiſſus niſi ꝑ actũ
generationis quia huiuſmodi ille mediꝰ nõ ẽ ge
nerationi aptus. Secũdo tam femina q̃ maſcu-
lus poſſũt virginitatẽ ꝑdere vt dictũ eſt ſine quo
cunq̃ effuſione humoris ergo per effuſionẽ ſoliꝰ
humoris medij ꝑ opus libidinoſũ non perdiť vir
ginitas imo ſi poſſibile eſſet ꝙ ꝑ opꝰ libidinoſũ
emittereť vrina nõ minꝰ perdereť virginitas q̃
vt dictum eſt ſine emiſſione interdum perdiť. Et
ſi queras quid intelligiť per opus libidinoſum.
Reſponſio ꝙ q̃tũcũq̃ attactus et oſcula et alia
multa dici poſſunt opera libidinoſa denominati
oñe extrinſeca vel intrinſeca hic tamen per opus
libidinoſũ non intelligo niſi agitationem mem-
bri genitalis ſolum ſiue a ſe ſiue ab alio factam.
¶ Quinta concluſio in maſculis per opus libi- Quinta co
dinoſũ perditur virginitas pꝫ quia in eis per-
diť virginitas vt cõſtat aut ergo per ſolã effuſio-
nem ſeminis aut per rupturã ſignaculorum vir-
ginaliũ aut per laxationẽ venarũ aut per opus
libidinoſũ non primũ ſicut ſatis probatum eſt de
feminis vt patet ſatis per argumentum de ſcia-
thicis nec ſecũdũ quia in maſculis nõ videnť eſ-
ſe talia ſignacula virginalia nec terciũ quia tũc
oĩs emiſſio ſeminis ſine opere libidinoſo corrũpe
ret virginitatẽ cũ laxet ⁊ dilatet venas ergo dan
dũ eſt quartum. Secũdo opꝰ libidinoſũ viri cõiu
gati cum ea que non eſt ſua ſine quacunq̃ emiſ-
ſione de non adultero facit adulterũ ergo conſi-
mile opus maſculi virginis facit de virgine non

Cōtra ſecū-dā ⁊ q̄rtam cōcluſionez

virginem Añs ⁊ cōſequentia vident̄ ſatis certa.
¶Contra ſecundam ⁊ quartam concluſionem.
Arguit̄ primo ſic ſi integritas p̄dicta pertineat
per ſe ad virginitatē aut tanq̄ꝫ materiale aut tā
q̄ꝫ formale non tanq̄ꝫ formale q̄r virginitas for
maliter ⁊ eſſētialiter eſt propoſitum mētis nec tā
q̄ꝫ materiale. tū primo q̄r virginitas eſt forma ſi
plex ergo non eſt compoſita ex materiali et for=
mali. tū ſecundo quia nichil ſeparatū ab alijs pti
net ad illud tanq̄ꝫ materiale cū ex materiali ⁊ for
mali fiat vnū ſed integritas corporis ē in corpo=
re ⁊ propoſitū mētis eſt in anima ergo vnū non
ſe habet ſicut materiale reſpectu alterius. Secun
do omnis virt⁹ alia a iuſticia eſt circa paſſiones
ſed virginitas eſt virtus ergo ipſa eſt circa paſſi
ones et nō niſi circa delectatiōes venereorū ergo
virginitas eſt īmunitas ab huiuſmodi delectati=
oni bus ⁊ iſta videt̄ eſſe potiſſima rō Thome quā
tāgit cū ait nā ſēſibiles paſſiones ſūt materia cor
poraliū paſſionū. Tercio arguit̄ ſi ſic ſequeretur
ꝙ violenter corrupta non eſſet virgo ſed ꝯñs eſt
falſum igit̄. et conſequētia probat̄ quia in ea ſūt
corrupta ſignacula virginalia falſitas aūt conſe
quentis patet in ea non deperit corporis virgini
tas cui nichil deperit de ſanctitate corpis q̄r vir=
ginitas corporis eſt corporis ſāctitas quedā ſed
violēter corrupte nichil deperit de ſāctitate cor=
poris ſcðm illud Aug. primo de ciuitate dei mē
bra illa poſſunt diuerſis caſib⁹ vulnerata vim p
peti ⁊c̄. Et ſubdit non opinor quenq̄ꝫ tam ſtulte
ſape vt huic periſſe aliquid exiſtimet etiā de ipſi
us corporis ſanctitate q̄ꝫuis etiam illius membri
integritate iam perdita. Quarto omne illud quo
exuitur et perditur pudicicia ſufficit ad virgini=
tatē perdendam ſed per voluntariam reſolutio=
nem ſeminis perdit̄ pudicicia ergo ſequit̄ ꝙ illa
ſufficit ad perdēdum virginitatem Maior videt̄
eſſe Auguſtini primo de ciuitate dei vbi de violē
ter corruptis ꝓbat ꝙ non perdunt virginitatē q̄r
non perdunt pudiciciam. Quinto violenter cor=
rupte non p̄dunt integritatem corporis per actū
libidinoſū ergo non perdūt virginitatem añs ꝓ=
bat̄ quia ſi p̄dunt per actū libidinoſū aut p̄dūt p
actum ꝓprium aut per actū alienū. nō per actum
propriū quia tunc nō eſſet violēter corrupta. nec
per actum alienum quia aliena malicia nulli eſt
imputāda. Sexto per Auguſtinū loco ſupradi=
cto dicentem ꝙ non poteſt corrumpi corpus niſi
corrumpat̄ animus. Septimo probat̄ per illud
beate lucie: ſi inuitam me violaueris caſtitas mi=
chi duplicabit̄ ad coronam ſed ſi deſijſſet eſſe vir=
go nō fuiſſet in ea duplicādū premiū caſtitatis igi
tur. Septimo tali deberet̄ aureola ergo eſt virgo
corpore et mente ergo non perdidit virginitatem
corporis. Octauo ſi ſic ſequeret̄ ꝙ oppreſſa dor=
miendo non eſſet virgo ſed conſequens eſt falſum
igitur et patet conſequentia quia in ea corrupta
ſunt clauſtra virginalia et falſitas cōſequētis pa
tet ſicut de violenter corrupta. Nono nullus niſi
per actum proprium culpabilem poteſt pati de=
trimētum in his que virtutis ſunt ſed corrupta p
violentiam vel dormiendo nullū habet actū cul=
pabilem ergo non eſt impoſſibilitata ad virtutem
virginitatis. Decimo arguit̄ auctoritate ambro=
ſij dicentis in ſecūdo de virginitate aperte aurē
virgines dei virgo chriſti ꝓſtitui pōt adulterari
nō poteſt: vbicunq̄ꝫ virgo dei eſt templum dei eſt
nec lupanaria infamant caſtitatem ſed caſtitas
etiam loci abolet infamiaꝫ. Undecimo per illud
Auguſtini primo de ciuitate dei ita ne vt non ali
quā polluat aliena libido metuitur non polluit
ſi aliena erit ſi aūt polluet non aliena erit: ꝙ per
illud eiuſdē ibidem nullus magnanimus vel pu
dicus in poteſtate habet quid de ſua carne fiat ſꝫ
tm̄ quid annuat mente vel renuat. quis tandem
ſana mente putauerit ſe perdere pudiciciā ſi for=
te in apprehenſa carne ſua exerceat̄ expleat̄ libi=
do non ſua Decioterciop illud Hiero. in li. ebrai
carū queſtionū corpus mulieris nō vis maculat:
ſed voluntas Decioq̄rto p Augu. in epiſtola ad
victorianū Ad deuꝫ ingemiſcentib⁹ omnino ſuis
aderit qui adeſſe cōſueuit / ⁊ aut nichil in earū ca
ſtiſſimis mēbris libidine hoſtili perpetrari p̄mi
tit: aut ſi permittit cū earū anim⁹ nulla cōſentio
nis turpitudine ꝯmaculat̄ ⁊ carnē ſuam defēdūt
a crimine ⁊ quicq̄d in ea nec cōmiſit nec p̄miſit li
bido patientis ſolius erit culpa facientis. Oiſq̄ꝫ
illa violentia nō ꝓ corruptionis turpitudine: ſed
ꝓ paſſionis vulnere deputabitur. Decimoquin=
to. ſi caro patientis ꝓ xp̄o diuidat̄ ferro in manu
vel in alio loco laudat̄ ſed nō eſt plus in ptāte di
uidi ferro in vno loco q̄ꝫ alio mō diuidi ī loco pu
doris igt̄. Decioſexto. nulla paſſio violenta mere
tur vituperium: ſed veniaꝫ potius ⁊ miſericordiā
ergo talis violatio nihil habet verecundie vel tur
pitudinis: ſed amiſſio virginitatis eſt turpis ⁊ op
probrioſa: igt̄ Decimoſeptiō. Poluta dormien=
do ⁊ poſt pollutionez delectata virginitatem per
dit ⁊ tamē clauſtra pudoris in ea manēt integra
igit̄. Decimooctauo. In hijs quorū eſt eadē vir=
ginitas ſcðm ſpēm eſt idē modus corrūpēdi vir=
ginitatem: ſed virginitas in maſculis ⁊ feminis
eſt eadē ſcðm ſpeciē ⁊ nō corrūpit̄ in maſculis p
fractionē ſignaculorū virginaliū quia talia non
hñt: ergo nec in feminis per hmōi rupturā corrū
pitur virginitas. Decimo .ix. act⁹ exterior nihil
addit bonitatis vel malicie ſup actū interiorem ⁊
maxime ſup illū q̄ eſt formaliter imp̄atiuus exe=
cutionis. Tunc ſic. volo ꝙ ſint due virgines qua
rū queliꝫ hēat firmā voluntatē ꝯſentiendi corru=
ptori ⁊ vadat vtraq̄ꝫ ad locū ī quo dꝫ reperire cor
ruptorē ⁊ vna corrūpat̄ de facto ⁊ alia ꝓpter in=
diſpoſitionē alteri⁹ viri intēdētis eā corrūpere: ſꝫ
ꝓ tūc nō potentis nō corrūpat̄. Tunc ſic in vtra
q̄ꝫ eſt actus interior libidinoſus eque malus ⁊ eq̄
imperatiuus executionis: ſed vna per actum quē
habuit perdidit virginitatez: ergo talis. Da op
poſitum ſeq̄tur ꝙ cum nō differant niſi p actum
exteriorē ꝙ act⁹ exterior addet aliq̄d malicie ſup
actū interiorē cuius oppoſitū ſuppoſitū eſt. Uice
ſimo. virgo que p actum voluntariū delectationē
hꝫ ex reſolutione ſeminis perdit caſtitatez et nō
p̄dit caſtitatē vidualē neq̄ꝫ cōiugalē: ergo caſtita
tem v̄ginalē Uiceſimop̄mo. pono duas virgines
q̄rū vna habeat ſolū ꝓpoſitū mētis circa delecta
tionez venereaꝫ ſed nihil executōis. Alia vero cuꝫ

ꝓpoſito mẽtis habeat emiſſionẽ ſeminis et de-
lectationẽ conſequentẽ ſine corruptione tamẽ ſi-
gnaculorũ virginaliũ puta in multis caſibus ſu-
pra expreſſis.tũc omnis actꝰ malus quo nõ tãtũ
mẽs virginis ſʒ etiã corpꝰ eius polluit᷑ et macula
tur eſt corruptiuus virginitatis Sed actꝰ ſecũde
virginis eſt actus malus quo nõ tãtũ mẽs eius ſʒ
etiã corpus pollui᷑ cũ ſit in ea libidinoſa ſemi-
nis emiſſio:ergo actus eius eſt corruptiuus virgi
nitatis .Uiceſimo ſcðo. Argui᷑ auctoritate Ci-
priani epl'a.x. vbi de virginibus que dormierunt
cũ viris loquens ait. Nec aliqua putet ſe poſſe ex
cuſatione hac defendi ꝙ inſpici ⁊ ꝓbari poſſit an
virgo ſit.Cũ ⁊ manus obſtetricũ et oculi ſepe fal
lantur.Et ſi incorrupta inuenta fuerit ꝟgo ex ea ꝑ
te ſui qua mulier eſt.põt tamẽ ex alia corporis ꝑ-
te peccaſſe que corrũpi poteſt ⁊ tñ inſpici non po
teſt certe ip̃e concubitus ipſe cõplexus ipſa cõfa-
bulatio ⁊ inoſculatio ⁊ ꝯiacentiũ duorũ turpis et
feda dormitio q̃ꝫtum dedecoris et criminis ꝯfite-
tur:ſi ſuperueniens maritus ſponſã ſuã iacentẽ cũ
alio videat nõne indigna᷑ et fremit et per zeli do
lorẽ fortaſſis et gladiũ ſumit in manu ex quibus
verbis apparet ꝙ poteſt virgo corrumpi ſigna-
culis virginalibus incorruptis. Ad iſtas ratio-
nes.Rñdeo. ¶ Ad primam dicitur ꝙ ſi materi- Ad rõnes.
ale accipia᷑ proprie tũc integritas corporis nec
tanq̃ꝫ materiale nec tãq̃ꝫ formale pertinꝫ ad vir
ginitatẽ virtutẽ:ſi aũt accipia᷑ iproprie ꝓ obie-
cto circa qð aliud eſt tũc dico ꝙ integritas ꝑdi-
cta ꝑtinet ad virginitatẽ mentalẽ tanq̃ꝫ materi-
ale.virginitas aũt mentalis nõ eſt aliud q̃ꝫ pro-
poſitũ ſeruandi virginitatẽ corporeã:virginitas
corporea eſt illa integritas que dicta eſt.ꝓbatio-
nes autem procedũt de materiali proprie dicto.
Ad ſecundam concedo maiorem et minorem de
virginitate mentis.concedo etiã ꝯñs primuꝫ ſcʒ
ꝙ virginitas virtꝰ ẽ circa paſſiões ⁊ etiã circa ve
nereas ẽ enĩ virginitas virtꝰ ꝓpoſitũ ſeruãde vir
ginitatis corꝑalis tã firmũ ꝙ ꝑ nullas delectatio
nes venereas poſſit ꝯ̃ rectã ratiõeꝫ auelli.Et cũ i
fer᷑ ꝙ̃ ẽ imunitas ab huiuſmodi delectatiõibꝰ.ne
go ꝯñaꝫ.ſʒ bñ ẽ imunitas a delectatiõibꝰ virgini
tatis corporee corruptiuis. Argumẽta q̃ ſũt a ter
cio vſq; ad decimũ.vij.reliquo qꝛ de violẽter aut
neſciẽter corrupti poſtea erit q̃ſtio. Ad.xvij.nego
ꝑmã ꝑtẽ añtis ꝓpter cãs ſupradictas. Ad.xviij.
nego maiorẽ illa enĩ nõ maiorẽ hꝫ apparẽtiã veri
tatis de virginitate q̃ꝫ de caſtitate ⁊ tñ hꝫ multos
caſtitas virginalis cõiugalis ⁊ vidualis ẽ eadẽ ſe
cũdũ ſpẽꝫ nec tñ ẽ idẽ modꝰ corrũpẽdi eas.ita et
iã dico ꝙ q̃ꝫtũcũq; virginitas ſit eadẽ ſpẽ i ma-
ſculis ⁊ feminis ꝓpter tñ diuerſitatẽ organoꝝ in
hĳs ⁊ i illis ẽ aliꝰ modꝰ corrũpẽdi ꝟginitatẽ. Et
ſi q̃s vellet negare virginitatẽ eſſe eiuſdẽ ſpeciei i
viris ⁊ feminis. Nã in diffinitione virginitatis fe
minee etiã mẽtalis poni᷑ integritas ſignaculorũ
virginaliũ. In diffinitione autẽ virginitatis viri᷑
poni᷑ aliđ loco eiꝰ ⁊ ideo nõ eſt eadẽ diffinitio et
per ꝯñs nec eadeꝫ ratio ſpecifica ⁊ hoc ſuppoſito
ꝙ virginitas corꝑalis nõ ſit eadẽ ſpẽ i eis põt tñ
defẽdi ꝙ eſt eadẽ ſpẽ in eis ⁊ dici ꝙ vtraq; virgi-
tas eſt ab oꝑe libidinoſo notabiliter ſenſibili im-
munitas. Per opus aũt libidinoſuꝫ notabiliter
ſenſibile intelligo agitationẽ mẽbri que in femi-
nis ſufficit corrũpere ſignacula ⁊ in viris nõ pa-
tientibus impedimentũ ſemẽ reſoluere. Iſta aũt
diuerſitas nõ ꝓuenit ex diuerſitate aliqua ſpecifi
ca inter virginitatẽ femineam et virilẽ ſed ex di-
uerſitate organorum. ¶ Ad.xix.cõcedo totũ ca- Quid opꝰ
ſum et dico ꝙ ſcða manet virgo corpore:ꝑma au libidinoſuꝫ
tem virginitateꝫ et mentis et corporis perdidit.
Et ita habent dicere cõtrarie opinantes addito
caſu ꝙ in ſcða nulla ſit facta ſeminis reſolutio.
Et ad argumentũ cõcedo primam partem añtis
et ſecundam:et nego ꝯñam.et ad ꝓbationeꝫ ꝯñe
nego cõſequentiã.iſta enĩ ſcða eſt ita mala et im
pudica ſicut ꝑma. Nec habet prima aliquid ma-
licie moralis quin tantũ habeat ſcða et tñ prima
habet aliquid corruptionis corporalis qð nõ ha
bet ſcða.illa autem corruptio corporalis non eſt
mala moraliter malicia intrinſeca ſed extrinſeca
ſcʒ malicia mentis et ideo nichil malicie addi᷑ ꝑ
actũ exteriorem.et ſicut corruptio illa in prima
denoiatur impudica ab ĩpudicicia mẽtis ita oĩs
actus exterior quẽ habuit ſcða ad perficienduꝫ li
bidinoſam voluntatem ſuã eſt mala et impudica
impudicicia mentis et extrinſeca denoiatione.et
ſi dicas ꝙ ꝑma perdidit virginitatẽ mẽtis ⁊ cor
poris ꝙ̃ et ſcða nego ꝯſequentiaꝫ ſed bñ perdidit
ſcða ꝟginitatẽ mẽtis ſicͭ prima. Perditio aũt ꝟ
ginitatis corꝑalis nõ eſt mala malicia intrinſeca
ſed extrinſeca tantũ.ideo nõ ꝓpter hoc plus ma-
licie habet. Ad.xx.ſcðm rigorẽ ſermonis nego ꝑ
mã partẽ añtis ꝓpter ꝯfuſionẽ quã facit hoc ver
bum perdit ꝓpter negationẽ incluſaꝫ in eo ſequi
tur enĩ ꝑdidit caſtitatẽ ergo nullam caſtitatẽ hꝫ.
ſtat autem ꝙ caſtitatem aliquaꝫ perdat ⁊ caſtita
tẽ aliquã retineat quia ſũt diuerſe ſpecies caſtita
tis ideo nego eam in rigore ſermonis ſed cõcedo
iſtã caſtitatẽ perdat non tamẽ neceſſe eſt ꝙ ꝑdat
virginitatem nec mentis nec corporis qð ꝑtꝫ qꝛ
ſtat ꝙ ꝑ actũ volũtariũ habeat reſolutionẽ ſemi-
nis ⁊ cũ hoc firmũ ꝓpoſitũ nunq̃ꝫ ꝑdendi inte-
gritatẽ corporis ꝑ opꝰ libidinoſũ tũc vide᷑ ꝙ ta-
lis retinet virginitatẽ mẽtis et tñ aliq̃ꝫ caſtitatẽ
perdit oppoſitã ſcʒ intemperãtie veneree cui ſuc
cũbit.exemplũ huiꝰ eſt de caſtitate ꝯiugali.ꝯſtat
enĩ ꝙ cũ caſtitas coniugalis directe opponatur
adulterio poteſt aliqua mulier ſimul retinere ca-
ſtitatem ꝯiugalem ꝑſiſtendo ſcʒ in propoſito nũ
q̃ꝫ cõicandi corpus ſuum alteri q̃ꝫ viro proprio ⁊
tamẽ multas ſpecies caſtitatis perdere vtendo
ſcʒ oꝑibus libidinoſis cum viro proprio nimis ex
ceſſiue ⁊ cũ detrimento ſanitatis ſue aut cũ detri-
mento ꝓlis generande aut per mollicieẽ aut alio
modo ꝯ̃ naturã peccãdo ita dico de ꝟgine ꝙ ſine
ꝑclitatiõe ꝟginitatis ſue tã mẽtis q̃ꝫ corꝑis põt eẽ
multipl'r ĩpudica capiẽdo ĩpudiciciã vt accipit
Auguſ.vt ſcʒ opponi᷑ caſtitati ⁊ aliquã caſtita-
tẽ q̃ꝫ habuit ꝑdere Et ſicut nõ oĩs lapſꝰ carnis i
cõiugata eſt adulteriũ ita nec oĩs lapſus virgis i
delectationẽ venereã ẽ ꝟgitatis ꝑiclitatio Exẽplũ
ẽt põt dari de iuſticia ſcðm diuerſas eiꝰ ſpẽs ⁊ de tẽ
perãtia ſcðm diuſas eiꝰ ſpẽs Et ſi dicas. ſi hec ſint
vera ſequi᷑ ꝙ aliq̃s ſimul erit caſtus et nõ caſtus

ſed hoc eſt impoſſibile igiſ. et pꝫ ꝯñа qꝛ bene ſequitur iſte eſt virgo: ğ eſt caſtus ab inferiori ad ſuperius qꝛ dictuꝫ eſt ꝙ caſtitas eſt ſuperius ad virginitatē et ſequiſ etiam iſte aliquā caſtitateꝫ perdidit et habet impudiciciā oppoſitā ğ eſt nō caſtus ⁊ ita ſiſ eſt caſt⁹ ⁊ nō caſt⁹.

Caſtus et alia cōcreta dupľr accipiuntur — ¶ Ad hoc rñdeo ꝙ caſtus et alia cōcreta virtutū accipiunſ dupľr. vnomō mere affirmatiue et tūc caſtus eſt omnis qui aliquā caſtitatem habet: et oīs eſt iuſtus qui aliquā iuſticiam habet. et hocmō cōcedo primaꝫ ꝯñam et ꝯñs eius ſed nego ſcđam. non eñ ſequitur iſte habet aliquā impudiciciā ğ eſt nō caſtus qꝛ ad hanc iſte eſt nō caſtus ſequitur ꝙ nullā caſtitatem hꝫ ſed bene ſequiſ ꝙ eſt impudicus. i. aliquā impudiciciam habens. Alio mō accipiunſ partim affirmatiue et partim negatiue. ⁊ tunc caſtus eſt qui et aliquā caſtitatē: ⁊ nullā impudiciciam habet ſicut iuſtus ꝗ aliquā iuſticiā hꝫ et oī iniuſticia caret ⁊ ſic nego ꝯñam illā. hocmō enim virgo nō eſt terminus inferior ad caſtū licꝫ ꝟginitas ſit inferior ad caſtitatē qꝛ hocmō concretū includit aliqđ ſincathegoreuma qđ non includit abſtractuꝫ ꝓpter quā incluſionē non ſequiſ. oīs virginitas eſt caſtitas ğ omnis virgo eſt caſta: ſicut nō ſequitur omnis caſtitas cōiugalis eſt caſtitas ğ omnis caſta cōiugaliter eſt caſta ſuppoſito ꝙ eſſe caſtā coniugaliter eſt cōiugem ex firmo mētis ꝓpoſito nulli niſi ſuo ſe ꝯmiſcere. Ad. xxi. admitto caſuꝫ ⁊ nego maiorē. nā retento caſu eodem niſi ꝙ ponaſ ꝙ in illa nec corrūpanſ ſignacula nec fiat emiſſio ſeminis ꝯſtat ꝙ corpus polluiſ pollutione vitij cū contactus ⁊ mot⁹ oīs exterior qui habeſ ibi malus ⁊ libidinoſus denoiēſ a malicia ⁊ libidine volūtatis et ita caro illius polluiſ et excutiſ impudicicia et tñ cōſtat ſcđm opinantes ꝙ nō ꝑditur virginitas in caſu in quo nec ſeminis emiſſio: nec ruptio ſignaculorum fieret.

Cōtra quītā cōcluſioneꝫ — ¶ Cōtra quintā ꝯcluſionem aſ ſic aut per qđlibꝫ opus libidinoſuꝫ ꝑditur virginitas: aut ꝑ aliqđ ſic et aliqđ non. nō ſcđm qꝛ omnia videnſ eiuſdē rōnis niſi ꝙ ex aliqbus ſequiſ reſolutio ſemīs et ex aliquibus nō. nec primū qꝛ tunc ꝑ quālibet agitationeꝫ mēbri perdereſ virginitas ī maſculis. Ad hanc rōnem rñdeſ et dicitur ſcđm aliqđ eñ opus libidinoſum viri virginis eſt tam notabiľr ſenſibile ꝙ ſi non ſit impedimentū ſequiſ reſolutio ſeminis: ⁊ per omne tale perditur virginitas in viro. aliud non eſt ita notabiliter ſenſibile et per illud non perditur virginitas.

## Queriſ ſcđo vtrum

virginitas ſit virtus. Aſ ꝙ nō: virginitas nō eſt licita ğ virginitas nō eſt virtus. añs pꝫ qꝛ eſt cōtraria ꝑcepto legis nature qđ poniſ Geñ. i. Creſcite et multiplicamini et replete terram. In oppoſitū aſ auctoritate Am. li. de virginitate ita dicentis. inuitat ꝟginitatis amor vt aliquid de virginitate dicamus ne velut tranſitu quodaꝫ perſcrutata videaſ ꝗ principalis eſt virt⁹.

Tripľr accipiſ ꝟgitas — ¶ Notanduꝫ ꝙ ꝟginitas accipiſ tripľr. vnomō ꝓ integritate corꝑis oppoſita corruptiōi ꝗ fieri ſolet ꝑ opus libidinoſū. Scđomō accipiſ ꝓ ꝓpoſito ſeruāde ꝟginitatis corꝑalis ꝑpetue. tercio mō ꝓ ꝓpoſito nō deſerēdi eā niſi ꝑ op⁹ cōceſſum et licitū.

¶ Prima cōcluſio virginitas primo mō nec virt⁹ eſt nec viciū. pꝫ qꝛ talis eſt in corpore ⁊ in anima ſita natura ⁊ non ex aſſuefactione ergo nec virt⁹ eſt nec viciū. — Pria ꝯclo

¶ Scđa cōcluſio. virginitas tercio mō eſt virt⁹. ꝓbatur oīs hītus electiu⁹ immedietate exiſtens determinata recta rōne eſt virtus: ſed virginitas tercio mō eſt huiuſmodi. Nam nolle frangere hmōi integritateꝫ quouſqꝫ oportunū ſit et recta rō dictet mediat inter velle eaꝫ frangere añqꝫ recta rō dictet/ ⁊ nolle eā frangere cū recta rō dictat: ergo huiuſmodi virginitas eſt virtus. Secūdo oīs caſtitas eſt virtus: ſed talis virginitas eſt caſtitas cū ſit abſtinētia a delectationibus venereis vbi qñ quō et gratia cui⁹ recta rō dictat abſtinendū. qđ aūt tale ꝓpoſitū ſit virginitas, probaſ oīs caſtitas hñs ꝓ obiecto integritatē corporis oppoſitā corruptioni libidinoſe eſt virginitas: ſꝫ hmōi ꝓpoſitū eſt caſtitas hñs integritatem corporis oppoſitā corruptioni libidinoſe ꝓ obiecto eſt eñ propoſitū ſeruandi ītegritatē corporis ⁊ nō deſerēdi eā quouſqꝫ et quō recta rō dictauerit eā eſſe deſerēdā. Cōfirmatur ex vſu ⁊ appellatione tā vulgari qꝫ poetarū qꝫ oīm ſapientum ꝗ tales appellant virgines. — Scđa ꝯclo

¶ Tercia cōcluſio. virginitas ſcđo mō ē virtus ꝓbatur vbicūqꝫ contingit excedere ⁊ deficere ibi pōt eſſe medietas laudabilis. ſed in ſeruando perpetue integritatē ſignaculorū virginaliū ꝯtingit ſuꝑabūdare vt in illo ꝗ vellet ſeruare eā cum neceſſitas hūane multiplicationis ſcđm dictamē recte rōnis cogit eā frangere. ⁊ cōtingit deficere in ſeruando eā vt cōtingit in ijs qui nō ſūt apti ad hūanā generationē ⁊ ſi vis ſtare in mera ratione naturali adde ꝙ actus venere⁹ ſit eis in detrimētū ſanitatis ⁊ bone habitudīs ⁊ ꝙ hoc cognoſcāt ꝓbabiliter aut ꝙ patitur egritudinē que ꝑ actuꝫ generationis tranſfūdentur in prolē ſicut cōtingit in leproſis. Scđo ꝓbaſ rōe quē videſ inuere Tho. abſtinentia ab illo actu quē recta rō nō ꝑcepit exercē ꝗ valet ad ſūmas aīe ꝟtutes acqrēdas ⁊ ad earū opa exercenda ē laudabilis: ſed virginalis abſtinētia eſt hmōi valet eñ maxīe ad opa cōtēplatiōis ⁊ ad ſtudiū phīe ⁊ ad virtutū opa ⁊ mľto magis pficieſ ī his ſi abſtineat qꝫ ſi nō abſtineat. Tercio oīs abſtinētia a venereis voluptatib⁹ ī illis ꝗ ad eaꝝ vſū nō cogunſ nec ex ncītate cōſeruāde ſpēi nec ex cōgruitate ꝯſeruādi īdiuidui eſt laudabiľ ⁊ ꝟtuoſa: ſꝫ mľti ſūt ꝗs nec neceſſitas nec cōgruitas predicta cogit ad vſū venereaꝝ delectationū: ergo totaſ abſtinētia ī eis ē laudabilis et virtuoſa. Sed ad rōes iſtas reſpondet Bu. ꝙ bñ cōcludūt ꝙ virginitas ⁊ abſtinentia perpetua a venereis eſt virtus quia ſunt aliqui quos recta ratio dictat abſtinere debere ꝑ totam vitā puta hoc expedit leproſis ne ſanos inficiant aut prolē putridā et corruptā generent egrotis ſterilibus ⁊ pauperib⁹ ꝗ nō poſſēt ꝓlē cōpetenter alere: ſed nō ꝓbāt rōnes ꝙ adſtinentia ꝑpetua a venereis ſit ſecundū ſe virtus cū rationes videanſ cōcedere hoc aliqñ nō expedire. nō eñ hoc expediret regi cui ſi diſcederet ſiñ ꝓle tirān⁹ crudeliſſimus ſuccederet aut bellū interminabile veriſimi-

liter oriref.nec expediret collectiue oībus deuntã
ciuitate aut regno:nec expediret vt dicit idem.ſi
lie regis ſine vicio ⁊ detrimento ſuo generare po
tenti et ex hoc cõcludit ꝙ virginitas que eſt per=
petua abſtinentia a venereis nõ eſt virtus ſcõm
ſe qꝛ in aliquibus eſt virtus et ĩ aliquibus nõ.nã
ſi virginitas ſcõm ſe eſt virtus:omis virginitas
eſt virtus.ſed iudicio meo Bu.deceptus eſt ĩ hoc
Nã nemo eſt qui nõ ꝯcedat ꝙ reddere alteri qđ
ſuũ eſt:eſt actus virtutis ⁊ iuſticie etſi constat ꝙ
reddere furioſo gladiũ ſuũ quo ꝓbabiliter credi
tur eũ male vſurũ eſſe nõ eſt actus iuſticie ſed in=
iuſticie.ſimiľr aggredi hoſtẽ eſt actus fortitudis
et tñ conſtat ꝙ in aliquo caſu aggredi hoſtẽ eſt a
ctus audacie ꝯrie fortitudini.et ideo ꝓ ſolutione
oĩm que obijciunt a Bu.⁊ ab alijs.Eſt.aduerten
duʒ ꝙ hoc nomẽ ꝟginitas ex impõne ſua nõ vide
tur dicere niſi totalẽ abſtinentiã a venereis nec vi
detur nomẽ ipm aliquid de cõformitate ad rõnẽ
rectam:aut de rõnis moderatione ĩportare quaľr
importãt alia noĩa virtutũ puta tẽpantia/iuſti
cia/fortitudo.⁊ tunc cõcedo cũ Bu.ꝙ hoc nomẽ
virginitas eſt tam nomẽ vitij q̃ʒ virtutis nõ ſolũ
ſcõm moraleʒ rõnem ſed etiã ſcõm ſacre ſcriptu=
re teſtimoniũ.nã ꝓpoſitũ perpetue abſtinẽtie in
eo quẽ recta ratio dictaret nõ debere perpetue ab
ſtinere eſſet vicioſum.ſimiliter aũt ꝓpoſituʒ in eo
quẽ recta ratio dictaret ꝯgruũ eſſe abſtinere vel
poſſe ſine periculo et detrimento ⁊ ſui ⁊ aliorum
abſtinere eſſet actus virtutis et preterea in ſacris
ľris alique vocanť fatue virgines quibus clauſa
eſt ianua celeſtis.ſed lʒ hec ſit ĩpoſitio nõis tñ ex
vſu auctorum virginitas in ſua rõne vel caſtita=
tem vel tẽpantiã vel moderationeʒ includit ita
ꝙ hoc nomẽ virginitas apud eos tm̃ valet q̃ʒ tuʒ
hoc cõplexum tẽpantia virginalis ⁊ tunc in ſua
diffinitione poniť moderatio rõnis vel cõformi=
tas ad rõnem vel aliquid equiualens ita ꝙ hoc=
modo debet diffiniri.Uirginitas eſt propoſitũ ca
ſtũ vel tẽpatuʒ integritatis corporalis ꝑpetue
ſeruande.conſtat aũt ꝙ omne tale propoſitũ eſt
actus virtutis ⁊ ꝙ in rege aut filia regis aut mul
titudine totius regni aut in cõiuge tale propoſi=
tum nec caſtum eſſet nec tẽpatũ ſed potius eẽt
propoſituʒ inſenſibilitatis tẽpantie ꝯrie.Qđ
autem dixi in cõiuge intelligo regulariter ꝓpter
glorioſiſſimam virginẽ que cum coniugio virgi=
nitatẽ eminentiſſimaʒ ſeruauit ⁊ ſicut ꝯcedimus
ꝙ omnis tẽpantia eſt virtus:oĩs fortitudo eſt
virtus ⁊ ſic de alijs ita hoc mõ de virginitate ṗdi
care poſſumꝰ nomẽ virtutis vľr.Nã oĩs virgini=
tas eſt virtꝰ qꝛ oĩs virginitas ẽ ꝓpoſitũ integri=
tatis recte rõni ꝯforme ⁊ propoſitũ integritatis
qđ nõ eſt recte rõni ꝯforme nõ eſt ꝟginitas:ſʒ po
tius inſenſibilitas vt dictũ eſt.ex q̇bus patʒ ꝙ ſe=
quẽti naturalẽ rõem nõ eſt negandũ ꝟginitateʒ
eſſe virtutẽ ⁊ ꝙ etiã ex dictis Bu.indubitãter hoc
conuinci põt accepto noĩe eo mõ quo dixi.Qđ ſi
dicas nomẽ ipm nõ ſic debere accipi tã erit diſpu
tatio de noĩe ad quod tñ concedendũ te auctorũ
Quarta cõ
cluſio
vſus cõpellet.¶Quarta cõcluſio virginitas nul
lo voto firmata eſt virtus que ꝯcluſio poniť con
tra.Tho.qui.ij.ij.q.clij.arti.iij.in reſponſiõe ab
quãtũ argumentũ dicit ꝙ virginitas ſecundũ
ꝙ eſt virtus importat propoſitũ voto firmatum
integritatis perpetuo ſeruãde.Hic autẽ nõ inten
do dicere ꝙ virginitas que eſt voto firmata non
ſit virtus:hoc eñ falſiſſimum et hereticum eſſet.
Sed volo dicere ꝙ propoſitum ſimplex et nõ vo
to firmatũ de perpetuitate integritatis eſt virtus
probatur ergo concluſio.propoſitum illud nõ fir
matum voto eſt actus humanus:aut ergo eſt bo=
nus aut malus:ſi bonus et laudabilis cum in me
dietate conſiſtat vt ſupra probatum eſt ſequitur
ꝙ eſt virtus:ſi malus ergo que perpetuo contine
ret ſine voto q̃ʒuis etiam apta eſſet ſcõm rectam
rationem ad perpetuam continentiam perpetuo
peccaret.Secundo propoſitum huius integrita
tis perpetue anteq̃ʒ ſit firmatum voto aut eſt ra=
tioni conforme aut difforme aut neutrum.Non
tertium quia eſt actus humanus et deliberatus
ſi primum ğ eſt actus virtutis:ſi ſecundum ergo
votum nõ eſt de meliori bono:ſed eſt de malo et
difformi recte rationi ita ꝙ votum cadet ſuper id
quod nõ ſit bonum niſi per ipſum.Tertio quic=
quid licite poteſt fieri per votum licite ⁊ rationa=
biliter põt exerceri ſine voto vt pʒ de paupertate
obedientia.et alijs ſuper quibus vota cadere ſo=
lent:ſed virginitas ex voto eſt bona:laudabilis:
et virtuoſa:igitur eſt ſine voto.¶Quarto in a=
liquo caſu contingit ꝙ virginitas non firmata vo
to eſt laudabilior q̃ʒ voto firmata:ergo ſi virgini
tas voto firmata ſit virtus etiam voto non firma
ta erit virtus.añs patet in caſu quo frater regis
francie cognoſceret probabiliter ꝙ ſi rex ſine he=
rede decederet regnũ tranſiret ad tirannum ali=
quẽ crudeliſſimũ talis cognoſcẽs res humanas
in maioribus ꝑſonis ſicut in minoribus eſſe vari
is caſibus ſubiectas ⁊ dubitans an neceſſitas tẽ=
poralis regiminis ſufficiat ad reſiliendũ a voto
in tali enim caſu videreť eſſe conſultius ꝙ ipſe ꝑ
maneret in propoſito ꝑpetue virginitatis ſeruan
de ita firmo ⁊ ĩmobili ꝙ nunq̃ʒ eſſet ipſum deſer=
turus niſi cauſa predicte neceſſitatis q̃ʒ ſimplici=
ter et abſolute tale ꝓpoſitũ voto firmaret.ꝙ quã
uis etiam forte eſſet cõſultius firmare propoſituʒ
ſuum voto ſub conditione tamen apud nullũ po
teſt eſſe dubium quin frater ille habens ꝓpoſitũ
illud per totam vitam ſuam ſine voto eſſet laudã
dus ⁊ actus ſue virginitatis multum excellens.
Quinto.Omnis temperantia eſt virtus/ſed vir=
ginitas nullo voto firmata in perſonam quã nec
neceſſitas nec cõdecentia vrget ad oppoſitum eſt
temperantia ergo eſt virtus.Huius ſententie vi=
detur fuiſſe Ciprianus epiſtola decima ita de vir
ginibus quibuſdam dicens.ꝙ ſi ſe ex fide xp̃o di=
cauerunt pudice ⁊ caſte ſine vlla fabula perſeue=
rent ita fortes ac ſtabiles premium virginitatis
expectent.ſi autem perſeuerare nolunt vel non
poſſunt melius eſt vt nubant q̃ʒ in ignem delicijs
ſuis cadant.Conſtat autem ꝙ ſi tales vouiſſent
virginitatem non poſſent poſtea nubere ergo ſe
quitur ꝙ in aliquibus ſine voto interdum eſt pro
poſitum integritatis perpetue laudabile et vir=
tuoſũ.¶Quinta concluſio.Et ſi ꝑpetua virgini
tas interdum ex fine creato reddatur laudabilis
Quĩta ꝯcl

Interdum tamen ſine quocunq̨ ſine creato excel
lentioris virtutis rationem habet. probaꝶ quia
poteſt quiſ interdum aſſumere huiuſmodi pro-
poſitum vt commodius et liberius vacet rebus
diuinis et contemplationi veritatis a qua vicia
carnalia multum retrahunt. Secunda pars pro
batur quia omnis actus quo quis abſtinet a dele
ctationibus non neceſſariis taꝫ ſimpliciter q̄ꝫ ad
bene eſſe propter ſolum amorem dei et nō ꝓpter
amorem alicuius boni creati inde cōſequendi eſt
actus excellentis virtutis etiam excellentioris q̄ꝫ
ſi abſtineret propter amorem alicuius boni crea
ti:ſed multi ſunt quibus delectatio venerea nul
lomodo eſt neceſſaria ergo abſtinētia ab hiis pro
pter deum eſt actus excellentis virtutis. Secun-
do quicquid ego poſſuꝫ rationabiliter facere pro
bono creato:ego poſſum etiaꝫ facere ꝓpter amo
rem boni increati ſi veriſimiliter ego cognoſcā il
lud eſſe ſibi gratū et delectabile:ſed oīs quem nul
la neceſſitas ad oppoſitum virginitatis cōpellit
ſcit virginitatē ſuaꝫ deo eſſe gratā et acceptam er
go cum poſſit rōnabiliter ſuſcipere ꝓpoſitū eius
Cōtra p̄mā cōcluſionē perpetuo ſeruāde ꝓpter bonum aliqꝺ creatū con
ſequenduꝫ multomagis ꝓpter amorē dei. ¶ Cō
tra primā concluſionē arguiꝶ ſic. Nulla virtus a
nō virtute dependet: ſed virginitas mentis que
eſt virtus dependet ab integritate corporis:ergo
integritas corporis eſt virtus. Maior ꝓbatur qꝛ
ſi ſic ſequereꝶ ꝙ per poſitionē alicuius mere na-
turalis de ope virtuoſo fieret opus nō virtuoſum
verbigratia. ſi per poſſibile vel impoſſibile deus
repararet integritatē perditā ꝓpoſitū mentis aſ
corruptionem integritatis eſt virtus:ea corrupta
nō eſt plus virtus:ea vero integrata iam eſt vir-
Ad rōnes tus. ¶ Ad primā nego maiorē. virtus eñ depē
det a potentia intellectiua ⁊ voluntate quarū nul
la eſt virtus. Et ad ꝓbationem nego ꝯñam et ad
probationē dico ꝙ nō eſt idem ꝓpoſitum mentis
numero qꝺ erat ante inexiſtentem corruptionem
et tempore corruptiōis et tempore integritatis.
propoſitū enim illud ante corruptionē habuit in
tegritatem preſentē ſcꝺm ꝙ hmōi ꝓ obiecto qua
remota nō remanet idem obiectū et per ꝯñs nec
idem ꝓpoſitum et ita corrumpiꝶ propoſitū ſicut
obiectū deſinit inexiſtere. ea autem per poſſibile
vel impoſſibile repata tūc opꝫ ꝙ eliciatur nouus
actus ſiue nouuꝫ ꝓpoſitum ⁊ per ꝯñs ibi non eſt
tantū mutatio penes ens mere naturale ſed etiaꝫ
Cōtra ſecū- daꝫ ꝯclōnē penes actū voluntatis. ¶ Contra ſecundam con
cluſionē arguiꝶ ſic. De rōne virtutis eſt velle vel
nolle firmiter et immobili iudicio ſed qui habet
propoſitum ſeruande integritatis vſq̨ ad certuꝫ
tempus non vult firmiter et immobiliter qꝛ non
vult niſi ad tempus ergo tale propoſituꝫ non eſt
virtꝰ. Secundo. nulla virginitas habet corrupti
onem integritatis pro obiecto: ſed tale propoſi-
tum habet corruptionem integritatis pro obie-
cto cum nō proponat ſeruare integritatem niſi vſ
q̨ ad certum tempus et poſt illud tempus con-
iugeꝫ fieri ⁊ dare alteri poteſtatē ſui corporis igꝶ
tale ꝓpoſitū nō eſt virginitas ⁊ per ꝯñs nō eſt vir
tus Ad primā cōcedo maiorem ⁊ nego minoreꝫ
et ad probationem concedo aſſumptum et nego
conſequentiam. ad propoſituꝫ eñ immobile non
requiriꝶ ꝙ ſit volitio vel nolitio pro ſemꝑ:ſed ſuf
ficit ꝙ ſit volitio vel nolitio pro quocunq̨ tp̄e:re
cta rō dictabit ita eſſe volendū vel nolenduꝫ. Ad
ſcꝺam nego minorem et ad ꝓbationem nego aſ-
ſumptum:ſed dico ꝙ per actū qui eſt virginitas
nō ꝓponit coniugeꝫ fieri. Sunt eñ ibi duo actus
vnus eſt volitio integritatis vſq̨ ad. a. tēpus. ali
us eſt volitio cōiugii poſt. a. tēpus. primus perti
net ad virginitatem et nō ſcꝺus. qꝺ ſi eſſet vnus
equiualens vtriq̨ tunc ille actus nec eſſet forma
liter virginitas nec actus cōiugii ſed equalet vtri
q̨. ¶ Cōtra tertiam concluſionem arguitur ſic. Cōtra terti am ꝯclōnē.
Omnis virtus reparaꝶ per penitentiā:ſed virgi
nitas ſcꝺomodo nō reparaꝶ per penitentiā ergo
virginitas ſecundo mō non eſt virtus. Scꝺo vir-
ginitas cōdiuidiꝶ viduitati et pudicicie cōiugali
ſed nulla illarū eſt virtus:ergo nec virginitas.
Tertio virginitas ſecundomodo contradicit illi
precepto legis nature. Creſcite et multiplicami-
ni et replete terram:ſed nulla virtus contradicit
precepto legis nature:ꝰ virginitas nō eſt virtus
Quarto quicquid recedit a medio ꝟtutis eſt viti
oſum:ſed virginitas recedit a medio virtutis cuꝫ
iubeat abſtinere ab oībus delectatiōibꝰ venereis
ꝰ virginitas nō eſt virtus. Confirmaꝶ per Ariſ.
ſcꝺo ethi. dicentē ꝙ qui omni voluptate potitur
et neq̨ ab vna recedit intemꝑatus eſt. qui autem
omēs fugit aggreſtis eſt et inſenſibilis. Quinto
Apud antiquos puniebanꝶ oēs qui celibē vitam
ducebant vt dicit Vale. et Pla. ſm Augu. in de
vera religione ſacrificaſſe diciꝶ vt perpetua eius
cōtinentia tanq̄ꝫ pctm̄ aboleret: ergo ꝟginitas
nō eſt virtꝰ Sexto oīs virtus cōſiſtit in medio:ſꝫ
virginitas cōſiſtit in extremo ⁊ non in medio cū
abdicet omnē voluptatem venereā: ergo non eſt
virtus. Septimo. Nulla virtute male contingit
vti:ſed virginitate male contingit vti:ergo virgi
nitas non eſt virtꝰ Maior eſt Auguſ. ⁊ habeꝶ etiā
primo rethorice Et minor probaꝶ Nam ſi primi
parentes ea vſi fuiſſent male vſi fuiſſent Simili
ter ſi rex vtereꝶ ea male vteretur cū careret ꝓle q̄
ſuccederet in regnum. Octauo. Omnis virtus in
clinat ad operandū vbi qñ ⁊ ſcꝺm quod oportet:
ſed virginitas non inclinat ad operandū quod
opꝫ igiꝶ. Minor ptꝫ. Tū primo qꝛ virginitas nō
inclinat ad operandū ſꝫ ad abſtinendū. Tū ſcꝺo
qꝛ licitū eſt nubere ꝰ nō opꝫ ſemꝑ abſtinere:ergo
cū virginitas inclinet ad ſemꝑ abſtinēdū ipſa nō
eſt virtus. Nono. Nulla virtus inclinat contra il
lum finē ad quam natura reꝫ ordinauit:ſed natu-
ra ordinauit mēbra genitalia ad actus venereos
ꝓpter proleꝫ hñdam ergo nulla virtus inclinat
ad perpetuo abſtinendum ab hmōi actibus ⁊ ꝑ
ꝯñs virginitas nō eſt virtus Decimo. Oīs virtꝰ
moralis pōt omni homī cōicari:ſed ꝟginitas nō
pōt omni homini cōicari. Tuꝫ qꝛ non omnis hō
habet integritatem corporis. Tuꝫ qꝛ ſi eēt omnī
hoī cōicata deficeret hūana generatio Undecimo
Uolo ꝙ ſint due femīe quaꝝ vna ſit corrupta et
neſciat alia ſit integra/tūc vtraq̨ habeat ꝓpoſi-
tū itegritatis ꝑpetuo ſeruāde cū oībꝰ paribꝰ circū
ſtātiis, arguo ſic iſta duo ꝓpoſita ſūt eiuſdē ſpēi

et rōnis qꝛ quicqd obiectū vnius illud vel ſalteꝫ ſimile ſcðm ſpēm eſt obiectū alterius ⁊ econuerſo: ſed ꝓpoſituꝫ illius que ē corrupta nō eſt actus virtutis cū nō ſit rōni recte ſed erronee cōformis ergo nec ꝓpoſitū integre nō eſt virtus ⁊ tñ ē virginitas recta rōne regulata: ḡ ꝟginitas nō eſt virtus. Duodecimo. Oīs habitus qui ſm ꝓpriam rōnē eius eſt virtus in quocūq̧ inueniatᷣ ſemꝑ eſt virtus: ſed ꝟginitas in aliq̄bus nō eſt virtus: puta in hūc quos neceſſitas aliqua ad act⁹ venereos ſm iudiciū recte rōnis cōpellit: ḡ virginitas in nullo eſt ꝟtus. Decimotertio. Virginitas ē virt⁹ vel eadē caſtitati vel a caſtitate diſtincta ſed nō eſt eadē caſtitati cum caſtitas ſit cōis viduitati et caſtitati cōiugali ḡ nec diſtincta qꝛ ſuper caſtitatem que carnis eſt nō addit niſi integritatem carnis: ſed ꝟtutis eſſentia nō eſt in carne igitᷣ. nō eſt diſtincta a caſtitate ⁊ per ꝯñs nō eſt virtus. Decimoq̄rto. Ponatᷣ ꝙ aliqua ſit virgo ⁊ ſm ſtatuꝫ eccl̄ie in caritate manens nubat conſtat ꝙ ſcðm Apoſ. nō peccat. Tūc ſic. hec non amittit aliquā virtutem ⁊ tñ amittit virginitatē: ḡ ꝟginitas nō eſt ꝟtus.

Reſponſio. ¶ Ad primā rñdet beatus Tho. ꝙ omnis virtus reparatᷣ ꝑ penitentiā q̄ꝫtū ad formale ſuuꝫ: ſed nō q̄ꝫtū ad materiale ſicut pꝫ de ꝓdigo qui ꝯſumit pecunias ſuas et per penitentiā pōt reparari in eo formale ꝟtutis quā ꝑdidit peccando ſed nō pñt reparari per penitentiā diuicie q̄s cōſumpſit. Ita etiā licꝫ ꝑ pñiaꝫ nō poſſit reparari materiale virtutis ſcꝫ integritas carnis. poteſt tñ reparari ꝓpoſituꝫ ipm. Hec ſolutio nō placet mihi. per penitentiā em̄ nec materiale nec formale virginitatis reparari poteſt. ꝓbatᷣ ſic pro quo ſuppono ꝙ nō quodlibꝫ ꝓpoſitū viuendi caſte eſt formale virtutis: ſed ꝓpoſitū ſeruandi integritatem carnis recta rōne moderatā. Tunc arguo ſic In quocūq̧ nō poteſt eſſe per quancūq̧ penitentiam ꝓpoſituꝫ ſeruandi integritatē carnis in eo nō pōt per penitentiā reparari formale ꝟginitatis ſed in corrupta per nullā penitentiā poteſt eē propoſitū ſeruandi integritatē carnis cum ſcðm Tho. non poſſit in ea per penitentiā reparari integritas carnis ḡ in corrupta ꝑ penitentiā nō poteſt reparari formale virginitatis. Secūdo virginitas caſtitas cōiugalis: et caſtitas vidualis formaliter differunt ⁊ dicūt ꝓpoſita formalr̄ et ſpecifice diſtincta vt ꝓbabitᷣ: ſed nō videtᷣ poſſe differentiam formalē aſſignari niſi dicatᷣ ꝙ formale virginitatis eſt ipm ꝓpoſitū quo ꝓpono ſeruare integritatē carnis ḡ cum hoc ꝓpoſitū nō ſit reparabile per penitentiā ſequitᷣ ꝙ formale virginitatis nō eſt per penitentiā reparabile. Tertio propoſitum ipſuꝫ ſeruandi integritatem carnis: aut eſt formale tm̄ virginitatis. aut materiale tantū aut eſt compoſitū ex materiali ⁊ formali. ſi formale tm̄: habeo intentū ꝙ formale virginitatis nō eſt per penitentiaꝫ reparabile: nec materiale tm̄ quia nō ſe tenet ex parte carnis: ſed ex parte anime nec cōpoſitū ex vtroq̧ qꝛ ſi ſic ſequeretᷣ ꝙ per errorem quis poſſet recuperare ꝑfecte virginitatē ſuā. Naꝫ corrupta poteſt ꝑ errorē credere ſe non eſſe corruptā ⁊ proponere ſeruare ꝑpetuo integritatem carnis: ḡ ſi propoſitū ſeruande integritatis ſit materiale et formale ſimul virginitatis ſequitur ꝙ quis per errorem poterit ꝑfecte recuperare virginitatē ſuā. Tum etiaꝫ qꝛ nihil eſt materiale virginitatis niſi ītegritatis ipſa realiter carni inexiſtens: ſed ꝓpoſitum ſeruande integritatis nō continet ipſam realē integritatē carnis cōtinentia illa qua totū cōtinet partes: ſed tm̄ continentia illa qua actus vel habitus cōtinet obiectum ſuū igitᷣ. ꝓpoſitum illud nō eſt quid cōpoſitum ex materiali et formali virginitatis. ideo aliter rñdeo negando maiorem: dico em̄ ꝙ ſunt alique virtutes nō reparabiles et tales nō reparantur per penitentiam: ſed bene per penitentiā deletur macula vel reatus ſiue diſſoluitᷣ obligatio illa que cōtracta fuerat cū peccando perdebatᷣ virtus illius ⁊ recuperatᷣ etiam gratia vel caritas amiſſa perdendo eam ꝑ actum illicitū. Ad ſcðam concedo maiorē ⁊ nego minoreꝫ: ſꝫ de hoc poſtea. Ad tertiā dico ꝙ p̄ceptū illud. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c. inuenitᷣ habuiſſe duplicē obligationem. vnā reſpectu totius multitudinis tam ſcðꝫ ſe q̄ꝫ ſcðm q̄ꝫlibet partē eius ad actuꝫ p̄cepti habilem ꝓ etate idonea ⁊ hocmō p̄ceptū illud fuit obligatorium priorū parentū ⁊ gñaliter ꝓ quolibet tp̄e pro q̄ parū fuit multiplicatū gen⁹ hūanū et in hoc intellectu intelligo dictū Altiſſ. ꝙ p̄ceptū de matrimonio fuit temporale. Tunc enim fuit matrimonium in p̄cepto qñ neceſſe fuit genus humanū ꝓpagari. In tp̄e aūt Apoſ. erat tm̄ in remediū que verba intelligenda ſunt vt dictū eſt qꝛ alias paterentᷣ calumpniā. nā q̄ꝫuis genus humanū ſit ſufficienter multiplicatū: tñ cū hoīes et morbis et varijs accidentibus dietim deficiant ſtatim periret genus humanū ⁊ deficeret niſi intēderet gñationi. aliam obligationem habet lex illa reſpectu mltitudinis ſed nō reſpectu ꝑtiū ei⁹ et ſic dico ꝙ illa lex ē ad hec obligatoria ⁊ ſemꝑ erit quouſq̧ ſit a deo ſpālius reuocata aut aſſit impoſſibilitas conſeruandi eaꝫ. Dico em̄ ꝙ tota multitudo vnius ꝓuincie vel regni ē obligata ad actū generationis ſcðm aliq̄s partes ſuas ⁊ tñ nulla pars eius eſt ad ipſū obligata cū poſſint ꝯiuges vitam celibē ducere ⁊ de mutuo cōſenſu virginitatem vouere. Sed quia propter delectationē quā deus in actu venereo eſſe voluit eſtimatᷣ probabiliter homines ſatis affici ad actum generationis et ei ſua ſpōte intēdere p̄ter legē illā obligatoriā totius multitudinis nō eſt neceſſe dare legem aliq̄ꝫ poſitiuā qua ſpecialiter aliqui de multitudine obligentur ſicut cōtingit ī alijs que onerosa ſūt ⁊ difficilia ſicut in exercitu aliq̄ tenentᷣ cuſtodire caſtra alij deferre ſigna alij gladijs decertare ad que oīa ipſe exercitus tenetᷣ ꝙ ſi aīaduerteretur ꝙ homīes ꝓ maiori parte actū generandi refugerent tūc poſſent particulariter ad id obligari aliqui particulares in ſufficiēti nūero qui ad hoc magis viderētur apti nec placꝫ mihi qð ait altiſſ. ſimplr̄ ⁊ crude ꝙ illa lex eſt tp̄alis et non perpetua nō enim pōt pnceps facere legē per totū regnū ſuū ꝓhibitiuā gñatiōis hūane: ſi em̄ hoc faceret directe ꝯdiceret iſti legi et obligare niteretᷣ totam multitudinē regni ſui ⁊ vnūquēq̧ illi⁹ ad legē ꝯtrariā ei legi ad quaꝫ iure nature ipſa mul

Preceptū de mltiplicatōe gñis humani.

ꝟtudo eſſet obligata. nec placꝫ mihi opinio Thome dicentis ꝙ illa lex tm̄ obligat multitudinem qꝛ credo ꝙ pro aliquo tp̄e ſatis longo obligauit vnūquemqꝫ de multitudine ad mltiplicationem gn̄eris humani. Ad quartā nego minorē ⁊ ad ꝓbationē ꝯcedo ꝙ iubet abſtinere ab oībus delectationib⁹ venereis ſed hoc eſt ſm̄ dictamē recte rōnis ideo hoc nō eſt recedē a medio ꝟginitatis ſuꝑabundātia em̄ oppoſita ꝟginitati eſt īdulgere delectationib⁹ venereis corruptis īregritatis cū nō ſine graui detrimento ſui aut prolis poteſt generationi intendere. defectus aūt eſt nullis indulgere cū neceſſitas aliq̄ indulgere iubet. inter hec aūt mediuꝫ eſt abſtinere oīno ab his cū nulla ad eas neceſſitate cogimur. Ad cōfirmationē dico ꝙ virgo non fugit oēs delectationes qꝛ ſunt aliq̄ neceſſarie ſcꝫ ciborū et potuū ſed fugit oēs delectationes venereas. ſm̄ iudiciū recte rōnis iō nō eſt dicenda inſenſibilis. Ad quintā nego añs: apud em̄ antiquos erāt ꝟgines veſtales que diis ꝟginitatē ſuaꝫ dicant. ferūt etiam poete dyanā ⁊ nimphas celibē vitam duxiſſe De platone autem dicit Thomas ꝙ ſacrificauit non qꝛ hoc peccatum crederet ſed vt publice opiniōi cederet: ꝙ ſi apud antiquos alique leges matrimoniorum fuerint inceperunt ab ortu gentium: vel ciuitatum que quia non videbatur aliqua reuocandi eas neceſſitas etiaꝫ tempore non neceſſario eis vtebantur ſed ab his omnibus nos euangelii libertas liberat quod nec ad onus coniugii nec ad virginitatis puritatem compellit. Ad ſextam ſatis reſponſum eſt. Ad ſeptimam dico ꝙ ſicut dictum eſt virginitas accipitur dupliciter vnomodo pro propoſito integritatis carnis perpetuo ſeruande et hoc modo ſicut dictum eſt: eſt nomen tam virtutis q̄ꝫ vicii et aliqua virginitas eſt virtus et aliqua eſt vicium et concedo ꝙ aliqua virginitate cōtingit male vti et illa nō eſt virtus. aliqua etiā non contingit male vti aut eadem etiam ſed pro alio tempore pro quo ſcꝫ apparet neceſſitas coniugii que tunc nec apparebat nec erat ⁊ illa non eſt virtus ſaltē ꝓ tēpore pro quo vſus eius eſt malus. Aliomō accipit virginitas pro hmōi ꝓpoſito recte rōni cōformi ⁊ oīs talis eſt virtus nec ea contigit male vti. Ad ꝓbationem dico ꝙ nec primi parētes nec rex potuiſſēt vti virginitate ſcd̄o mō dicta qꝛ in eis tale ꝓpoſitū nō fuiſſet rōni conforme. Ad. viii. ꝯcedo maiorē extenſo ꝟbo operandi ad opus poſitiuū ⁊ ceſſationē ab oꝑe ſicut ſilia ꝟba vel noīa accipiunt in diffinitione pcti ⁊ hoc mō abſtinere eſt oꝑari. Ad ſcd̄am ꝓbationē ꝯcedo aſſumptū ⁊ diſtiguo ꝯñs qꝛ vel ly opꝫ dicit exigentiā neceſſitatis ⁊ ſic ꝯcedo ꝯñs in his maxime q̄bus nubere licitū eſt ꝓpter egrotos certos ⁊ ſteriles et eos qui ſe voto in ꝯtrium aſtrinxerūt vel dicit exigentiā ꝯdecentie et excellentis honeſtatis et ſic nego ꝯñaꝫ nō em̄ ſequit tibi licitū eſt nubere ḡ nō eſt tibi honeſtius ⁊ decēti⁹ ꝑpetuo cōtinere Ad nonā ꝯcedo maiorē in his quib⁹ incūbit neceſſitas ꝓcurandi illū finē. Alii aūt quibus nō incumbit talis neceſſitas talia membra pn̄t ordinare ad excellentē virtuteꝫ. ⁊ ideo dictū eſt ꝙ abſtinētia illa nō eſt virtus niſi ſit recta rōne reglata

ſe ipſum ꝙ ratione huius etiaȝ ita odiret genus
mulierum vt nec videre nec audire eas ſine mo⸗
leſtia poſſet quod odium maluȝ eſſe declarat caſ
ſianus in collationibus patrum. Ad terciā dico
ꝙ vbi certis legibus et dictamine rationis pꝛefini
tus eſt modus vtendi re ſua non poteſt vti vnuſ⸗
quiſq̄ re ſua vt vult. ſecus eſſet ſi de vſu intellectū
eſſet vel ratione certa vel legibus pꝛefinitum ma
ioꝛ etiam intelligitur vbi vtendo re ſua nulli af⸗
fertur iniuria quia ſi afferretur iniuria alteri con
ſtet ꝙ recta ratio que dictat nulli eſſe iniuriandū
decerneret talem vſum nō eſſe cōuenientem. dictū
eſt autem ſupꝛa ꝙ qui luxuriatur iniuriam affert
deo in hoc ꝙ templum contaminat et polluit.

Contra ter⸗
ciaȝ ꝯclonē

¶ Cōtra terciā concluſionē arguitur ſic. immun
dicia que eſt eadem luxurie eſt filia gule ꝗ luxu⸗
ria nō eſt vitium capitale. ꝯn̄a tenet quia contra
rationem vitij capitalis eſt ꝙ oꝛiatur ex alio. an̄⸗
cedens eſt Grego. xxxi. moꝛalium. Secundo lu⸗
xuria oꝛitur ex ſuperbia ꝗ nō eſt vitium capitale
cōſequentia tenet vt pꝛius et antecedēs pꝛobatur
per iſid. dicentem li. de ſūmo bono ꝙ ſicut per ſu
perbiam mentis itur in pꝛoſtitutionem libidinis
ita per humilitatē ſalua ſit caſtitas carnis. Ter⸗
tio luxuria cauſatur ex deſperatione ſed deſpera
tio non eſt vitiū capitale ergo nec luxuria. maioꝛ
pꝛobatur per illud ad Ephe. quarto qui deſpe⸗
rantes ſe tradiderunt impudicitie. Ad pꝛimam
reſpondet beatus Thomas ꝙ immūdicia luxu⸗
rie dicit̄ cauſari ex gula materialiter. quia gula
miniſtrat materiam coꝛpoꝛalem luxurie: ſed non
ſecundum rōnem cauſe finalis ſecundum quam
potiſſime attendit̄ oꝛigo alioꝛum vitioꝛum ex vi
tijs capitalibus. ſed hoc mō videtur eſſe contra in
tentionem Caſſiani collatione. v. vbi de oꝛigina
tione maxime naturali loquens dicit ꝙ incremē
tum gaſtrimargie eſt initiuȝ luxurie. illa aūt que
eſt ex parte finis eſt multo minus naturalis quia
vbi poteſt haberi finis luxurie ſine actibus alio⸗
rum vitioꝛū nō oꝛiginat aliquod eoꝛum ideo re⸗
ſpondeo aliter ⁊ ꝯcedo ꝙ immundicia luxurie eſt
filia gule per oꝛiginationem naturalē. gula aūt
interdū oꝛiginatur a luxuria per oꝛiginationē oc
ceſſionalē tanꝗ̄ ſcȝ ꝑ aliquid adiuuans ꝯſequuti
onem finis luxurie. Et cum dr ꝙ cōtra rationem
vicij capitalis ⁊c̄. Rn̄deo ſecundum diſtinctionē
poſitam de vicio capitali cū agebatur de inani
gloꝛia. Ad ſcd̄am nego antecedens regulariter
licet enim deus hominem aut qꝛ ſuperbit aut ne
ſuperbiat vt volunt doctoꝛes ſacri permittat ca⸗
dere in luxuriam nō propter hoc tamen luxuria
oꝛitur ex ſuperbia qꝛ ille caſus non prouenit ex
inclinatiōe ſuperbie ſed ex ꝑmiſſione diuina que
fit aut ꝓpter demeritum ſuperbie aut iam poſitū
aut impediendum et ideo Caſſianus collatione
quinta expꝛeſſe determinat ꝙ nō luxuria ſed caſti
tas et continentia oꝛit̄ ex ſuperbia et iactantia.
Ad tertiam ſi intelligatur de oꝛiginatione regu⸗
lari et que cōmuniter fit negatur ſed dico ꝙ econ
tra fit ꝙ regularius deſperatio oꝛitur ex luxuria
ſicut demonſtratū eſt ſupꝛa cōcluſione q̄rta ⁊ ad
apl̄m dico ꝙ terminus ille non plus ſignificat ꝙ
deſperatio ſit cauſa impudicitie q̄ȝ econtra quia
de rigoꝛe ſermonis ſig̃tur tm̄ coniunctio in illis
peruerſis inter deſperationē et impudicitiam di
co tamen pꝛo concoꝛdia ꝙ luxuria in gradu re⸗
miſſo eſt cauſa deſpationis accipiendo eam nega
tiue aut cōtradictoꝛie. ipſa vero cum pꝛeſentia e⸗
iuſdem deſperationis eſt cauſa ꝙ fiat in luxuria
de gradu in gradū ꝓgreſſio ſicut hodie diffuſe de
ductum eſt. illi enim ad quos ſcribit apoſtolus ve
xabuntur deſiderio libidinis quā tn̄ explere non
audebant ne bona eterna ꝑderent. poſtq̄ȝ aūt ce⸗
perunt ea negligere et nō deſiderare tūc tradide
runt ſe ignominijs luxurie ⁊ eaȝ per gradus vari
os adauxerunt. ¶ Cōtra quartam ꝯcluſioneȝ ar

Cōtra qu
taȝ ꝯclō

ſic cecitas mentis incōſideratio ⁊ p̄cipitatio per
tinent ad impꝛudentiā q̄ inuenit̄ in oī pctō ſicut
pꝛudentia in omni virtute ꝗ non ſunt ſpāles filie
luxurie. ¶ Scd̄o cōſtantia nō eſt pars tempan⸗

Reſponſi

tie ꝗ nec inconſtantia ē filia luxurie. Tertio amoꝛ
ſui vſq̄ ad contemptum dei eſt pꝛincipium om⸗
nis peccati vt patȝ per Auguſtinum. xiiij. de ciui
tate dei ergo nō debet poni filia luxurie. Ad pri⸗
mam nego ꝯn̄am quia em̄ intempantia maxime
coꝛrumpit pꝛudentiam. ideo vitia oppoſita ſu⸗
perbie maxime oꝛiuntur ex luxuria que eſt gra⸗
uiſſima intemperantia. Ad ſecundam dico ſicut
conſtātia ad nullum genus virtutis pertinet ſed
potius ad gradum ita nec inconſtantia ad genus
vicij ſed ad gradū. Ad rationeȝ ꝗ concedo an̄ce⸗
dens et nego ꝯſequentiam. conſtantia em̄ et incō
ſtantia in tēperantia et in intēperantia ſicut in
alijs reperiuntur nec tamen ſola incōſtantia que
reperitur in intemperātia oꝛit̄ ex luxuria vt vult
Thomas eo ꝙ luxuria coꝛ hominis emollit et ef
feminat nō circa terribilia ⁊ in omni materia in
conſtantem reddit. Ad terciaȝ dico vbi amoꝛ ſui
vſq̄ ad contemptū dei ante omne aliud peccatū
ineſt poteſt eſſe omniū pecccatoꝛū oꝛigo ſed hoc
non obſtāte ſi ſit luxuria in aliquo ante huiuſmo
di amoꝛeȝ ſui poteſt luxuria eſſe oꝛigo contemptꝰ
dei et amoꝛis ſui ꝑ que ad ſupꝛemos luxurie gra
dus tandem aſcenditur nec placet mihi ſolutio
thome dicentis ꝙ amoꝛ ſui q̄ȝtum ad quecunq̄
bona que ſibi quis appetit eſt cōmune pꝛincipiū
peccatoꝛum ſed q̄ȝtum ad hoc ſpecialiter ꝙ ali⸗
quis ſpecialiter appetit ſibi delectabilia carnis
eſt filia luxurie quia ſi amare ſe ſic vt appetantur
delectabilia carnis oꝛiginetur ex luxuria etiam
amare ſe vt inſint delectabilia laudis et gloꝛie
erit filia inanis gloꝛie ⁊ amare ſe vt inſint vtilia
erit filia auaricie et ſic de alijs ⁊ per conſequens
amoꝛ ſui reſpectu nullius erit oꝛigo ſed ab vno vi
cio originabitur ſecunduȝ aliquid ⁊ ab alio ſecū
dum aliud ⁊ ſic de alijs.

## Utrum tantuȝ ſint

ſex ſpecies luxurie? Arguitur ꝙ non
immoderatus coitus coniugalis eſt
actus luxurie et tn̄ ſub nulla dictarū ſpērū cōtine
tur igitur. Minoꝛ patet quia non eſt actus caſti
tatis ergo eſt actus luxurie. In oppoſitum ſunt
communiter tam doctoꝛes theologi q̄ȝ iuris.
Notandum ꝙ luxuria accipitur dupliciter. vno⸗
modo communiter pꝛo omni inoꝛdinato concu⸗

bitu et hoc modo ſupabundantia coitus cum vxo
re propria eſt luxuria. Secũdo modo accipit ſtri
ctius luxuria pro omni concubitu inordinato in=
ordinatione ꝓueniente ex parte materie aut in=
ſtrumenti exterioris actus luxurie aut ex pte mo
Pria ꝯclo di exercendi. ¶ Prima concluſio luxurie ſtricte
a ccepte ſunt ſex ſpecies: ſcȝ fornicatio/ adulteri=
um/inceſtus/ſtuprum/rapt⁹/et pctm̄ contra na=
turam. probat omnis actus venereus deordina=
tus ex parte materie vel finis vel inſtrumenti vel
modi aut eſt illicitus tm̄ aut innaturalis et illici
tus. ſi ſecundũ ſic eſt pctm̄ contra naturam. ſi pri
mum hoc eſt dupliciter quia vel perſona illa per
nullũ conſenſum cõcubentiuȝ poteſt eſſe vel fieri
licita materia reſpectu illius rebus ſtãtibus vt
ſtant vel poteſt. ſi nõ põt hoc eſt dupliciter qꝛ vel
hoc ꝓuenit ex naturali ꝓpinquitate ſanguinis et
ſic eſt inceſtus. vel ex libero cõſenſu per queȝ iam
facta eſt in poteſtatẽ alterius. ⁊ ſic eſt adulteriuȝ
vel ex libero conſenſu per quem iam facta eſt in
poteſtatem alterius: et ſic eſt aduterium. Si po/
teſt eſſe licita materia hoc eſt dupliciter. quia vel
ad hoc ꝙ de facto fiat materia infertur violentia
et ſic eſt raptus. vel non: ⁊ hoc eſt dupliciter. quia
vel eſt corrupta et ſic eſt ſimplex fornicatio vel
Improbat integra et ſic eſt ſtupruȝ. ¶ Ex quibus infero cõ=
bm̄ Tho. tra beatum Thomam ꝙ ſpecies luxurie non ſo=
lum accipiuntur ex parte materie. patȝ qꝛ pecca=
tum contra naturam non ꝓuenit ſecundum quã
libet eius ſpeciem ex innaturalitate materie: ſed
aliquando ꝓuenit ex innaturalitate modi ipſius
actus venerei vt patet cum vir coit cum femina
non in vaſe debito aut ſi in vaſe debito tamẽ mo
dus quem natura inſtituit non obſeruatur vt ꝙ
vir ſuper ⁊ mulier ſubiaceat. conſtat em̄ ꝙ ſi quis
hoc modo fornicet actus ſuus venereus denomi
nabitur deordinatus deordinatiõe duplicis ſpẽi
ſcilȝ deordinatione fornicationis ſcȝ cum nõ ſua
et peccati contra naturam quia modo innatura=
li. Infero ſecũdo ꝙ diſtinctio harum ſpecierum
preter ſtuprum eque ex parte viri ſicut ex par=
te femine ſumitur. nam ſi maſculus in maſcu=
lum actum venereum exerceat fit peccatũ contra
naturam: ſi femina in virum coniugatum fit a=
dulterium: ſi puer violentetur vel a femina vel
a viro vt vel virilia faciat vel muliebria patia=
tur erit raptus ſi ſolutus corruptus cum ſoluta
corrupta cõueniat erit ſimplex fornicatio. Quia
vero in maſculo nõ eſt corruptio integritatis ſi=
gnis apertis manifeſta, ideo non ponitur ſtuprũ
cum primuȝ maſculus virginitatem perdit ſicut
ponitur cum femina defloratur. tum etiam quia
mulier fit multo minus nubilis corrupta q̃ȝ inte
gra et multo minus adhuc cum corrupta eſt illi=
cito concubitu: maſculus autem non. Nã licet de
maſculo bene queraẗ ſi ſit capt⁹ amore alicuius
alterius an nõ. raro tamen queriẗ vtrum ꝟgo ſit
an nõ quare flos virginitatis muliebris cũ multo
maiori detrimẽto perdiẗ q̃ȝ flos virilis ꝟginita=
tis. Quia tñ perpetua ꝟginitas in viro eſt eque
precioſa aut forte precioſior q̃ȝ in muliere eo ꝙ
caſtitas ꝟtus magis eſt propria mulieribus q̃ȝ
viris ſcd̄m illud Quīti. in declamatione militis
mariani pudicitiam in milite quid laudem femi=
narũ magis eſt iſta virtus ideo ſi mulier maſculo
proponenti vitam agere in perpetua virginitate
violentiam inferret vſqȝ ad emiſſionẽ ſeminis per
actum venereũ credo ꝙ non minus peccaret gra
uiter q̃ȝ ſi vir inferret mulieri conſimilem violen
tiaȝ. ¶ Secũda cõcluſio perſone due hũane ſexu Scda ꝯclo
differentes ſunt materia naturalis actus venerei
humani. pȝ illa ſũt materia naturalis actus vene
rei humani q̃ natura ordinauit ad gñationẽ pro
lis humane ſed natura ad gñationẽ ꝓlis hũane
ordinauit perſonas hũanas in numero binario ſe
xu differẽtes igitur. Secũdo pȝ per illud qđ ha
betur i geñ. maſculũ ⁊ feminã creauit eos ⁊ iſtos
deus coniũxit ⁊ dixit creſcite et multiplicamini ⁊
replete terram. Ex quo pȝ ꝙ oĩs actus venereus
eſt innaturalis ex parta materie qui non eſt inter
duas perſonas humanas ⁊ qui eſt iter plures q̃ȝ
Tertia ꝯclo duas aut q̄ eſt inter pſonas eiuſdẽ ſexus. ¶ Ter=
cia cõcluſio illa ſola ſunt naturalia inſtrumenta
actus venerei in quib⁹ ſexuũ differentia poſita eſt
probatur qꝛ illa ſola mẽbra natura ordinauit ad
gñationẽ ꝓlis ⁊ in hoc legem naturalis cõcubit⁹
inſtituit extra quã oĩs cõcubitus ⁊ gñaliter omĩs
Qrta ꝯclo actus venereus eſt innaturalis. ¶ Quarta ꝯclu
ſio modus naturalis actus venerei eſt vt mulier
ſupina ⁊ vir ꝓnus iacens concubat: pȝ quia iſte
eſt modus quẽ velut aptum ad generationẽ natu
ra inſtituit aliĳ añt aut ratione impedimenti aut
cauſa luxurioſe debachationis contra naturaleȝ
Quīta ꝯclo inſtitutioneȝ inuenti ſunt ¶ Quinta cõcluſio ma
teria licita actus venerei eſt vir ⁊ femina matri=
monialiter cõiuncti quia inter nullos eſt licitus
actus venereus niſi qui ſibi mutuaȝ dationẽ cor=
porũ ſuoꝝ ad vſum venereũ fecerũt ſed hanc da=
tionẽ tm̄ vir ⁊ femina mr̄imonialiter cõiuncti fe
cerũt igitur. ¶ Sexta cõcluſio non oĩs materia
Sexta ꝯclo actus venerei illicita eſt equaliter illicita ꝓbatur
quia aliqua materia ſic eſt illicita ꝙ tñ eſt in pro
pinqua diſpoſitione vt fiat licita vt cũ nulla lex ꝓ
hibet cõſenſum matrimonialẽ ſicut cõtingit cuȝ
vterqȝ eſt ſolutus nulla ad alterũ cognatione car
nali vel ſpirituali impeditiua matrimonĳ deuin
ctus aliquando vero eſt illicita ꝙ pro tunc nõ eſt
licita neqȝ eſt in propĩqua diſpoſitione vt ſit lici=
ta ſed tñ poteſt ſine interuentiõe auctoritatĳ legiſ
latoris eſſe vel fieri licita vt pȝ cum alter eorum
eſt vinculo matrimonĳ ligat⁹ per mortẽ em̄ pñs
qui remanent eſſe in ꝓpinqua diſpoſitiõe vt ſint
materia licita ita ꝙ non plus exigitur niſi conſẽ
ſus matrimonialis. Aliqñ vero ſic eſt illicita ꝙ
non eſt tunc licita nec in propinqua diſpoſitione
vt ſit licita nec eſſe poteſt in huiuſmodi diſpoſi=
tione propinqua niſi per interuentionem aucto=
ritatis legiſlatoris vt qui habent inter ſe cogna=
tionem ſpiritualem impeditiuaȝ matrimonĳ aut
qui ſunt vinculo conſanguineitatis in quarto vel
in tercio gradu coniuncti. Aliquãdo vero ſic eſt
illicita ꝙ non eſt tunc licita nec in diſpoſitione ꝓ
pinq̃ vt ſit licita nec eẽ poteſt in tali diſpoſitiõe ſi
ne iteruẽtione auctoritatis nec ad hoc põt iterue
nire auctoritas legiſlatoris niſi forte neceſſitas
rariſſime cõtingẽs ad hoc vrgeret vt cõtingit iter

patrem et filiā inter fratrem ⁊ ſororeꝫ et hoc mō
omnis qui ſe et corpora ſua deo per votum conti-
nentie perpetue ſacrauerūt ſunt illicita materia
Septima ꝯcluſio. venerei concubitus. ¶ Septima cōcluſio. Luxu
rie primomō accepte ſunt plures ſpēs qꝫ ſex. pro
batur eſt aliquis ꝯcubitus inordinatus qui non
eſt actus venereus inordinatus ex parte materie
nec ex parte inſtrumēti nec ex pte modi: ḡ eſt ali-
quis inordinatus alterius ſpēi a ſex p̄dictis ꝯñs
tenet qꝛ quelibet illarū ſex ſpecieruꝫ inordinatio
nem ex aliquo p̄dictorū trium ꝓuenientem ſpor
tat et añs ptꝫ de actu venereo cōiugum q̄ vel oc-
cupant tempora cultui diuino debita aut ita ex-
ceſſiue ꝙ nocet eis ad bonaꝫ diſpoſitionem tam
anime qꝫ corporis aut de cōcubitu in loco vel pu
blico vel ſacro facto. conſtat em̄ ꝙ oīs talis eſt
actus venereus illicitus et culpabilis igit. Scđo
quicquid continet directe et ꝑ ſe ſub genere cōti-
netur ſub aliqua ſpērum ſed hmōi cōcubitus con
tinet ſub genere luxurie directe ⁊ per ſe qꝛ nō ra-
tione alicuius alterius et nō continet ſub aliqua
illarū ſex ſpecierū vt cōſtat ḡ preter eas eſt dāda
ſeptima ſpēs. Tertio omnis deformitas ꝯtraria
caſtitati continet ſub aliq̄ ſpecie luxurie ſꝫ hmōi
actus venereus eſt deformitas ꝯria caſtitati cum
ſit contra iudiciū recte rōnis et non continet ſub
aliqua ſex predictaꝝ ſpērum igr. preter eas dan
da eſt ſeptima. Ex quo infertur ꝯtra Tho. eſſe in
intelligibile ꝙ peccata luxurie q̄ attēdunt penes
circūſtantias nō ꝯſtituunt ſpēm aliquā ſub luxu
ria. dicit em̄ ſic in reſponſione ad primum argu-
mentū articuli p̄mi cliiij. ꝯclonis. Ad p̄mū dicē
dum ꝙ pctm̄ coniugati cum ſua vxore non eſt ſe
cundum indebitaꝫ materiā: ſed ſcđm aliquas cir
cunſtantias q̄ nō conſtituūt ſpēm moralis actus
hoc enim eſt multū extraneum et remotū a verita
te. Naꝫ variatio circunſtātie tranſfert actū cuius
eſt de ſpē virtutis ad ſpecieꝫ vitij ita ꝙ actus qui
fuiſſet caſtitas coniugalis ſeruata debita circun-
ſtantia fit vitium illa remota aut ḡ tranſit ad ge-
nus vitij et non ad aliquā ſpeciem et hoc eſt om-
nino impoſſibile ſicut impoſſibile eſt ſimpliciter
ꝙ aliqđ ſit animal et nō ſit hō vel equus ⁊c̄. aut
tranſeundo ad genus vitij tranſit ad aliquā ſpēꝫ
et conſtet ꝙ non ad aliquā earuꝫ que enumerate
ſunt ḡ prer eas eſt alia ſpēs ponenda. p̄terea iſte
actus exterior rōne talis circunſtantie deordina-
tus ſubordinatur alicui actui interiori per ſe ma
lo qui hmōi circunſtantiā habet pro obiecto talis
autem actus interior per ſe malus eſt eſſentialiter
et ſpecifice ab oībus prius enumeratis diſtictus
cuꝫ habeat aliquid ꝓ obiecto qđ nō habent alij
et alij aliquid qđ nō habet iſte. Et ſi queras quo
modo vocatur illa ſeptima ſpēs. Reſpondeo ꝙ
quia alie ſex ſpecies habēt nomia ꝓpria quibus
ſignatur. ideo pōt ſibi appropriari nomē gn̄is et
poteſt per appropriationem appellari luxuria.
Dico ſcđo ꝙ pōt appellari luxuria ꝯiugalis non
qꝛ inter ſolos cōiuges ꝯtingere poſſit: ſed quia in
Cōtra pri- mā ꝯclonez eis poteſt inueniri. ¶ Cōtra primā ꝯclonē ar ſic
diuerſitas ſpecifica ſumit a forma ſed p̄dicta di-
uiſio ſumit ſcđm diuerſitatē materie vl inſtrumē
ti vel modi vt ē oñſum eſt ḡ inter iſta nō ē diſtin

ctio ſpecifica. Secūdo in quibuſcūqꝫ materia eſt
eiuſdeꝫ rationis in eis actus reſpectu illarū ma-
teriarū ſunt eiuſdē rationis ſed virgo corrupta ⁊
coniugata ſūt eiuſdē rationis ⁊ ſpeciei ⁊ quelibet
hoꝝ ad ſpeciem humanā ꝑtinet q̄ eſt ſpecies ſpe
cialiſſima ergo vicia ſumpta ſcđm iſtas differen
tias ſunt eiuſdē ſpeciei. Tercio adulterium nō dif
fert a ſimplici fornicatione niſi in hoc ꝙ adulter
vltra incontinentiam cōmittit iniuſticiam acce-
dendo ſcꝫ ad vxorē alterius et cōtractando reꝫ al
terius inuito dño ſed iniuſticia non eſt ſpēs luxu
rie nec ſpēm aliquaꝫ conſtituit ſub luxuria ergo
adulteriū nō eſt ſpecies diſtincta a ſimplici forni
catione. Quarto quicūqꝫ cōmiſcetur mulieri obli
gate deo per votū luxuriat vt cōſtat ⁊ non ſcđm
aliquā ſpecierū predictarū quia non ſimplici for
nicatione cū iſtud pctm̄ omni ſimplici fornicatio
ne ſit grauiꝰ: nec adulterio quia non eſt alterius
vxor. nec ſcđm aliquā aliam ſpēm vt cōſtet igitur
preter eas ſūt alique alie ſpecies luxurie. Quin-
to qui cōmiſcetur cū cōmatre aut filia ſpūali luxu
riat ⁊ non ſcđm aliquā predictarū ſpecieruꝫ igi-
tur maior eſt nota ⁊ minor probat quia non ſcđꝫ
inceſtū cum non ſit inter eos neceſſitudo ſanguis
nec ſcđm adulterium cū non ſit coniugata ⁊ ſic
de alijs. igit. Sexto imundicia ⁊ impudicitia ſūt
ſpēs luxurie ⁊ tamē non enumerant hic igitur.
Añs patet per aplm ad cor. xij. dicenteꝫ ne iterū
cum venero humiliet me deꝰ apud vos ⁊ lugeaꝫ
multos qui ante peccauerūt ⁊ nō egerūt peniten
tiaꝫ ſuper imundicia ⁊ fornicatione ⁊ ipudicitia
quā geſſerūt. Septimo luxuria eſt ſpēs motꝰ ve-
nerei inordinati fornicationi ⁊ impudicitie cōdi-
ſtincte ergo nō continet fornicationē ⁊ alias ſpēs
ſub ſe añs patet per aplm ad ga. v. manifeſta ſūt
opera carnis que ſunt fornicatio imundicia ipu
dicitia luxuria. Octauo cōcubitꝰ eorū cuꝫ vxori-
bus qui effundūt ſemē in terra ne generēt eſt luxu
ria cū ſit actus venereꝰ culpabilis ⁊ tn̄ non conti
netur ſub aliqua predictarū ſpecierum igitur mi
nor pꝫ quia non ſub pctō contra naturā quia nec
materia eſt innaturalis nec inſtrumētum innatu
rale nec modꝰ concubendi inaturalis cum talis
fiat vt ſuppono vxore ſupina ⁊ viro prono cōcu-
bentibꝰ. ¶ Ad primā cōcedo maiorē in cōpoſi- Reſponſio
tis ex materia ⁊ forma in rebus vero ſimplicibꝰ
ſumitur diſtinctio ſpecifica ex rebus ipſis que ſūt
diſtincte ſpecie per nihil eis intriſecū formaliter
et quia actus intelligendi ⁊ vocādi ſūt res ſimpli
ces per quas potentia fertur in aliud ideo diſtin
ctio ſpecifica iſtoruꝫ non cauſat formaliter ab ali
quo intrinſeco vel extriſico ſed ſeipſis diſtinguū
tur ſed diſtinctio ipſa innoteſcit nobis ꝑ obiecta
ipſorum et habemus certiſſimū argumentum di-
ſtinctionis ipſorum quando vnus illorum actuū
habet aliquid pro obiecto quod non habet alius.
Et ad minorē dico ꝙ diſtinctio ipſa ſumitur ſecū
dum diuerſitatem materie vel inſtrumenti et eſt
tanqꝫ per ea ꝑ que arguitur diſtinctio et non tan
quam per formaliter diſtinguente. Ad ſcđam cō
cedit maior ſi actus illi ſint circa illas materias
ſcđm ꝙ ſūt eiuſdem rationis ſed ſi actus ſint cir-
ca materias illas ſecūdū ꝙ diuerſitatem habent

inter ſe tunc nō oportʒ actus illos eſſe eiuſdeʒ ra
tionis. Vbigratia. intellectiones mulieris vxora
te ſcōm ꝙ mulier et nō vxorate ſecundū ꝙ muli-
er: ſunt eiuſdem rōnis. intellectio tamē mulieris
vxorate ſecundū ꝙ hmōi: et nō vxorate ſecunduʒ
ꝙ hmōi ſpecie a ſe inuicem dr̄nt. ſimilr̄ et volitio
huius a volitione illius qꝛ licʒ vxoratū et nō vxo
ratum nō faciant differre mulereʒ a muliere niſi
accidentaliter tn̄ inter ſe quidditatiue dr̄nt ſicut
licet album et nigrū nō faciant differre lapidem
a lapide niſi accidentaliter tn̄ albedo et nigredo
eſſentialiter a ſe differunt. ⁊ ideo intellectio hoīs
albi ſcōm ꝙ hmōi ſpecie differt ab intellectione
hominis nigri ſcōm ꝙ hmōi et ſimiliter volitio
quia aliquid vel aliqualiter eſſe eſt obiectū vnius
ꝙ vel qualiter eſſe non eſt obiectum alterius. Ad
terciam nego maiorē dico ꝙ ſecluſa quacunqꝫ in
iuſticia. ī genere luxurie adulteriū eſt ſimpliciter
grauius q̄ʒ ſimplex fornicatio puta dato ꝙ habe
retur conſenſus illius qui offendit nihilominus
dico ꝙ adhuc multo grauius peccaret adulter q̄ʒ
fornicator qꝛ accedit ad eam que nō poteſt facere
corpus ſuū alterius ſicut inceſtuoſus ſimpliciter
grauius peccat q̄ʒ ſimplex fornicator qꝛ accedit
ad eam que non pōt obſtante cognatione cōica-
re corpus ſuū iſti ad coitum ſiue non pōt eſſe lici
ta materia actus venerei cum iſto inceſtuoſo. Ad
quartam ꝯcedo maiorem et nego minorē et dico
ꝙ reducit ad adulterium eoꝙ non pōt eſſe licita
materia reſpectu huius qꝛ iam dedit prātem cor
poris ſui non materiali: ſed ſpūali coniugi. Ad
quintam nego minorem ⁊ dico ꝙ continet ſub in
ceſtu qꝛ non poteſt eſſe licita materia actus vene
rei reſpectu huius ꝓpter cognationē ſpūaleʒ que
inter iſtos per aliquos actus ſacrabiles cōtracta
eſt. Ad. vi. concedo primā partem antecedentis
et nego ſcd̄am dico enī ꝙ continentur ſub predi-
ctis. Ad vij. diſtinguo antecedens vel ſi accipia-
tur ſcd̄ʒ propriā ſignificationē ⁊ ſic dico ꝙ eſt ge
nus vel ſcd̄ʒ appropriatā ſig̃tionē: et ſic eſt ſp̄es
luxurie ſcōm ꝓpriam ſignificationē accepte ad
quid aut ſignificandū appropriet gloſatores di-
uerſimode dicūt imo de aliis que enumerat apl's
glo. ſuper xij. ca. epl'e. ij. ad cori. dicit vno modo ⁊
ſuper ꝗntū epl'e ad gala. aliomō. dico aūt ꝙ apl's
ad cor. enumerat īmundiciaʒ fornicationem ⁊ im
pudicitiam ad gala. aūt addit luxuriaʒ. dico igr̄
ꝙ per īmundiciam intelligit omnem luxuriaʒ in
naturalē ſiue ex parte materie ſiue ex parte inſtru
mentorum ſiue ex parte modi. Per fornicatiōeʒ
vt dicit glo. epl'e ſcd̄e ad cor. intelligit luxuriam
coniugatorū et ſolutorum ſiue intelligit adulteri
um ⁊ ſimplicem fornicationē Per īpudicitiā in
telligit luxuriā inceſtuātiū ⁊ nomē luxurie appro
priat ad luxuriā eorū qui nimio ⁊ exceſſiuo coitu
vtunt aut peccant in aliis circūſtantiis ab hiſpe
nes quas diximꝰ ſp̄es luxurie Ad viij. dico ꝙ eſt
luxuria cōtra naturā Et ad probationē dico ꝙ in
ſtrumēta ꝗbus fit agitatō apta ad effuſionē ſemi
nis ſunt naturalia ſed non fit ipſa emiſſio in in-
ſtrumento quod natura deputauit ad receptio-
nem ſeminis et eſt grauiſſimū peccatuʒ contra na
turam cum ex intentione fit ad quod non mouet

delectatio pn̄s cū eſſet delectabiliꝰ in ꝓpriuʒ vas
fūdere q̄ʒ in terrā ſed directe fit vt īpediat ḡnatio
prolis ad hoc forte mouet inordinatus amor mu
lieris et diuturne delectationis inordinatiſſimuʒ
deſiderium quia enim poſt partuʒ ſunt latiores
vie q̄ʒ ante ideo iſti beſtiales conſentiunt impedi
re conceptionem per illum modum vt maiorem
delectationem experiantur in coitu. ¶ Contra p̄ — Cōtra p̄mū correlariuʒ
mum correlarium arguitur ſic circunſtantia non
dat ſpeciem actui morali ergo ex parte materie
tantum et non ex circunſtantiis ſumenda eſt diſti
ctio ſpecierum luxurie. Ad hanc rationem nego
antecedens dico enim ꝙ circunſtantie actuum ex
teriorum ſunt obiecta actuum interiorum per ſe
bonorum aut malorum et ideo circunſtantie actu
um exteriorum dant ſpecieʒ actui interiori eomo
do quo obiectum dat ſpeciem actui cuius eſt obie
ctum et quia actus exterior reponitur ſub ſpecie
more denominatiue extrīſeca per ſubordinatiōeʒ
ad actum interiorem ideo ſpeciem moris tā actꝰ
interior q̄ʒ exterior accipiūt a circunſtantiis actꝰ
exterioris hic autem per actum exteriorem intel
ligo actum imperatum. Contra ſecundum corre
larium arguitur predicte ſpecies accipiuntur ſe-
cundū differentiā materie ſed mulier ſi ſe habeat
magis in ratione patientis q̄ʒ vir habet rationeʒ
materie et non vir ergo non equaliter ex parte vi
ri et femine ſumunt iſte differentie. Ad hanc ra-
tionem dico ꝙ iſte ſpecies non tantum ſecundum
differentiam materie accipiuntur vt ſupra dedu-
ctum eſt: et ad minorem dico ꝙ quelibet duarum
perſonarum eſt materia reſpectu alterius et vir
reſpectu mulieris et mulier reſpectu viri et vtrūqꝫ
eſt agens ſiue cauſa effectiua reſpectu concubitus
et diſtinctiua ſpecierum luxurie. quod probo ma
nifeſte volo ꝙ vir et femina ſoluti conueniant ſi-
mul conſtat ꝙ concubitus eorum eſt ſimplex for-
nicatio poſtea vir vxorem accipiat mulier autem
maneat ſemper ſoluta et iterum ſimul conueniāt
conſtet ꝙ concubitus eorum erit adulterium tūc
ſic: actus luxurie qui fit nunc inter iſtas ſpecie di-
ſtinguit ab illo qui prius fiebat ſʒ diſtinctio iſta
non prouenit ex parte mulieris cum nulla ſit in
ea facta variatio et maneat ſoluta ſicut prius er-
go prouenit iſta diſtinctio ex parte viri. Secun-
do ī concubitu maſculorū eſt luxuria contra na-
turam et tn̄ nulla eſt ibi mulier. Eodēmodo po-
teſt argui de ſacerdote aut religioſo qui virgini-
tatem vouit actum venereum cum meretrice exer
cente conſtat enim ꝙ actus ille nec ſpeciem nec
grauitatem ſuam ex muliere accipit ſed ex viro.
Ratio ante oppoſitum ſoluta eſt ex dictis.

## Q Uerit tertio vtruʒ

ſimplex fornicatio ſit peccatum mor
tale. Arguit ꝙ non nec ex dictamine
rationis naturalis nec ratione precepti diuini ſim
plex fornicatio eſt peccatum cum nullum prece-
ptum diuinum eam prohibeat nec aliqua vera ra
tio eam eſſe omnino fugiendam conuinciat igit.
In oppoſitum ſimplex fornicatio excludit a re- — Rō btī thome ꝙ ſimplex fornicatio ſit peccatū mortale
gno dei ergo eſt pecatum mortale. ¶ Notanduʒ
ꝙ opinio thome eſt ꝙ ſimplex fornicatio indubi

ſanter eſt peccatū mortale quod probat/omnis
concubitus vagꝰ eſt peccatū mortale omnis for
nicatio eſt concubitus vagus ergo omnis forni=
catio eſt peccatum mortale. Maior probat̄ om=
nis concubitus qui directe committit̄ contra vitā
hominis eſt peccatum mortale vt conſtat ſed om
nis concubitus vagus directe cōmittit̄ contra vi
tam hominis naſcituri quia ad educationē pue=
ri nati nō ſufficit ſola cura matris a qua lactat̄ ſ3
multo magis requirit̄ cura patris a quo eſt inſtru
endꝰ ⁊ docendꝰ ⁊ in bonis tā interioribꝰ q̄3 exterio
ribus ꝓmonendꝰ. Per vagū aūt cōcubitū priua
tur puer natus cura patris cū ī vago cōcubitu nō
ſit determinatio maris ad determinatā feminam
nec ſint concubentes vago cōcubitu ꝑ totā vitā i=
mo nec diu permāſuri quod exigit̄ ad edicationē
prolis. tū ſecundo quia per vagū cōcubitū tollit̄
certitudo ꝓlis de qua tamē certitudine viri natu=
raliter ſolliciti ſūt quia iminet eis educatio. Tum
tercio quia determinatio certi viri ad certā femi=
nā eſt in matrimonio ⁊ ideo matrimoniū dicit̄ eſ=
ſe de iure nature ſ3 hmōi determinatio neceſſaria
eſt ad educationē ꝓlis ergo ⁊ matrimoniū ꝗ vagꝰ
cōcubitus qui eſt ſine matrimonio eſt pctm̄ mor=
tale. Tum quarto quia bona cōmunia cadūt ſub
determinatione legis ſed cōcubitus determinati
maris et femine ordinat̄ ad bonū commune ergo
iſta determinatio que matrimoniū dicit̄ aliqua le
ge determinat̄ de qua determinatiōe vt dicit dicet
**Improbat beatū Tho.** in tercia parte. ¶ Licet concluſio ſit vera non vi
det̄ mihi tamē ſufficienter probata. Tum primo
quia non ꝓbat efficaciter omnē fornicationē3 ſim
plicem eſſe pctm̄ ſed tantū3 probat de fornicatio
ne ſimplici meretricia ſiue que fit cum meretrice
ad quam non vnus tantū nec duo nec tres ſed in
differenter qui volunt accedunt. Tum ſecundo
quia non probat ꝙ vagus concubitus maſculi ſit
peccatū mortale ſed tantū hoc ꝓbat de vago con
cubitu femine quia vagus cōcubitus viri nō facit
incertitudinem prolis ſicut vagus concubitus fe
mine nam ſi vnus vir accederet ad decem mulie=
res et vna mulier tantū ad vnu3 viru3 ſicut cōtin
gebat in regibus et principibus antiquis qui vel
vxores multas vel cum vxore magnum numeru3
concubinaru3 habebant nō eſſet incertitudo pro
lis in illis enim ſemper erat certitudo prolis eo
ꝙ concubitus mulieris non erat vagus et ita ſo=
lus vagus concubitus femine eſt qui directe op=
ponitur educationi prolis. Tum tercio quia ad=
huc non probatur ꝙ omnis fornicatio ſimplex
nec omnis vagus concubitus eſt peccatum mor
tale ſed tantum ille de quo veriſimiliter eſtimare
tur aut dubitaret̄ ꝙ inde eſſet proles generanda
ex quo ſtatī ſequit̄ ꝙ nō probat̄ de concubitu qui
fit cum meretrice [que vulgat omnibus corpus
ſuum et ex qua iam per multos annos non eſt na
ta proles] ꝙ ſit peccatū mortale quia in tali non
militat rō. Tum quarto quia nō probat de cōcu
binatu qui eſt fornicatio ſimplex ꝙ ſit peccatum
mortale cum talis non ſit vagus concubitus ſed
eſt determinati ad determinatam etiā interdū ad
longum tempus et cu3 interpoſitione iuramenti
de fide ſeruanda et de prole educanda ſine tamen

interuentione auctoritatis eccleſie ⁊ ſine bono ſa
cramenti contra eīn hunc concubitum non vide
tur militare predicta ratio. poteſt enim ſufficien=
ter prouideri educationi prolis ex tali concubitu
nate. Sed ad hoc reſpondet beatus Thomas ꝙ
id qđ cadit ſub legis determinatione iudicatur ſe
cundum id quod cōmuniter accidit non ſecundū
id quod in aliquo caſu poteſt accidere. Hec ſolu=
tio eſſet probabilis ſi ipſe iam ꝓbaſſet hmōi con=
cubitum fornicatoriū eſſe lege prohibitum quod
nondu3 ꝓbauit ſed nititur rōne naturali conuin
cere hunc eſſe pctm̄ mortale et cum ratio oſtendi
tur manifeſte deficere iam recurrit ad legem de
qua non fecit adhuc fidem. Quinto ſi ſic ſeque=
retur ꝙ ſimplex fornicatio nō eſſet de ſe mala ſed
tm̄ ratione iniuſticie que ex ea ſequi poteſt que in
iuſticia conſiſtit in hoc ꝙ pater non reddit proli
educationem et inſtructionem quam tamen lege
nature reddere tenetur ⁊ tunc ex hoc ſequit̄ pri=
mo ꝙ aliqua fornicatio ſimplex nō eſt peccatum
mortale. patet ꝯña nō eſt peccatum mortale for=
nicatio ſimplex niſi ratione iniuſticie que ex ea
ſequitur: ergo illa ad quam nulla ſequitur iniuſti
cia non eſt pctm̄ mortale ſed aliq̄ eſt ad quā nul
la ſequitur iniuſticia puta illa ex qua non genera
tur proles et illa ex qua generata proles religio=
ſe educatur. Et patet ꝯña per ſimile de iactu lapi
dis vel ſagitte in loco in quo faciliter quis poteſt
ledi/conſtat eīn ꝙ ſi quis ita iaciat ꝙ diligenter
prouideat ne inde ſequat̄ leſio cuiuſcūq3 ꝙ q̄3uis
natus ſit homo occidi ex illo iactu aut cōſimili
non tamen punietur tanq̄3 homicida nec erit ho
micida eo ꝙ de facto ita prouiſum ſit. per eum ꝙ
nō eſt ſequuta mors hominis nec leſio: ergo licet
ex tali vago concubitu nata ſit ſequi iniuria pro=
lis / ſi tñ de facto ita ꝓuideatur ꝙ non ſequatur
non erit peccatū. Secundo ſequitur ꝙ fornicatio
ſimplex meritrica que proprie eſt vagus concu=
bitus erit bona et licita Patet cōſequentia om=
nis actus conformis legi recte rationi cōformi cu
ius actus toti culpe que ex eo cōmuniter euenire
poteſt per aliā legem ſufficienter prouiſum eſt: eſt
actus bonus et licitus: ſed lex de vago cōcubitu
et de meretricibꝰ in ciuitate habendis eſt recte ra
tioni cōformis quia ſecundū Auguſ. Tolle me=
retrices de eccleſia ⁊ ea3 repleas cōcubinis ⁊ adul
teris et per aliam legem ꝓuiſū eſt ſufficienter aut
ſaltem faciliter prouideri poteſt iniurie prolis ge
nerande in qua conſiſtit tota iniquitas vagi con
cubitus ⁊ ſimplicis fornicationis. Illis autē ma
lis que nata ſunt oriri ex ablatiōe illius legis nul
la lege prouideri poteſt ergo actus cōformis legi
de vago ſeu meretricio cōcubitu eſt licitus ⁊ incul
pabilis: imo etia3 dato ꝙ nulla mala ſequerent̄
ex ablatione illius legis ſi tamen non haberet cul
pam ſimplex fornicatio niſi ꝓpter iniuriam pro
lis quā ſolam aſſignat p̄dicta ratio Thome ⁊ per
legem ciuilem aut alio mō huic iniurie ſufficien=
ter ꝓuiſum ſit ſequit̄ ꝙ non erit ſimplex fornica=
tio peccatū mortale. Sexto aut eo ipſo aliqđ eſt
pctm̄ mortale ꝙ ex eo nata eſt ſequi alterius in=
iuria aut q2 de facto ſequitur: ſi ſecundum ꝗ tota
ratio nulla cu3 ex ea nō inferatur ꝙ omnis forni

catio ſimplex eſt culpa mortalis: ſed illa conſequētia de facto ſequit̃ iniuria prolis. Nec poteſt dici primū q̃ tunc oēs negociatōes ciuiles actiones fori exterioris ⁊ fere oēs hominū cōicationes eſſent peccata mortalia q̃ ex his oībus nate ſūt ſequi culpe mortales: ſcʒ fraudes/ mendacia/ periuria/ falſa iudicia/ ⁊ multa hmōi. ſequeretur etiā ꝙ omne iuramentū quod ſine neceſſitate fit eſſet peccatum mortale quod eſt contra Augu. vbi diſputat contra fauſtum ⁊ patet cōſequētia quia vt ibidem habet Auguſ. iuratio veri prohibet̃ non quia in ſe mala ſit ſed quia frequēter iurando homines inducuntur ad plurima que ſunt mala mortaliter. Ex hiis patet ꝙ hec ratio Tho. nō eſt ſufficiens ad probandum ꝙ ſimplex fornicatio eſt pctm̄ mortale. ¶ Et ideo Duran. quarto ſententiarū hanc rationem in virtute aſſumit ad probādum ꝙ ſimplex fornicatio eſt peccatum in primo articulo ⁊ in ſecundo inquirit an ſit peccatū mortale Eſt tamen multum ꝓbabilis perſuaſio ad inducendū homines ad fugam ſimplicis fornicationis. Buri. autem ex eodem pene fundamento idem probat quod Tho. lex reſpicit ad id quod cōmuniter accidit: ſed cōmuniter ex fornicatione poteſt malū prouenire quod euitaretur per ligamentum matrimonij: ergo iuſtum legale eſt non fornicari. minorem probat per illud quod adducit Ariſ. ſecundo politice contra opinantes ꝙ in optima policia mulieres debent eſſe cōmunes q̃ non ſciret̃ quorum filij nati eſſent ⁊ illa nullā gererent curam patres/ de liberis aut multo minorem q̃ʒ oporteat. Ad hanc rationē̄ reſpondeo ꝙ eſt valida et efficax ad tollendam legem illam de cōmunitate vxoris in ciuitate ⁊ ad inducendum legem mr̄imonij: ſed non valet ad probanduʒ ꝙ ille peccat mortaliter. Si extra matrimoniū actū ſimplicis fornicationis exerceat: poteſt eniʒ ſimplex fornicatio ſtare in ciuitate cū lege matrimonij Si dicas ꝙ ſi eſſet ꝑmiſſa ⁊ nō culpabilis mortaliter ciues impedirent̃ a matrimonio ⁊ coniugio. Reſpōdeo negando cōſequētiā q̃ in policia bñ inſtituta poſſet determinari certa etas/ infra quā hoīes tenerentur ſe ad certum ſtatum artare et ſubire coniugium/ aut in celibatu vitam agere et illa per hunc modum non impediretur hominum legittima generatio. Alij autēʒ reſpondent aliter ꝙ ſine coniugio Johannes et maria poſſūt habere firmam voluntatem manendi ſimul vſq̄ ad mortem et ſolitarie coeundi adinuicem et prolem educandi religioſe et ita ceſſaret vt dicunt inconueniens illatum prius. Sed hec reſponſio nō michi placet. Tum primo quia iſte contractus ſecundum rei veritatem eſſet coniugium ciuile licet non eſſet coniugium ſacrabile quia haberet duo bona ſcilicet bonum fidei et bonum prolis ſed non haberet bonum ſacramenti. Tum etiam quia vel eſſet in libertate eorūʒ recedere a promiſſo nec poſſēt ad pacta tenēda cogi auctoritate legiſlatoris ⁊ tunc cū hoīes ſemꝑ reputārēt diuturnitatē cōmorationis coacte in onus vellēt hoīes hoc onus fugere ⁊ ꝑ ꝯñs receptionē iſtius ꝯcubinat⁹ abolerentur legitima ꝯiugia a ciuitatib⁹ ⁊ deſtrueretur ille nexus quo maxime procuratur educatio prolis et vniuerſa pene proles labem illegitimarum incurreret. Si autem poſſent cogi non video in quo differat a cōiugio ciuili niſi per hoc ꝙ in cōiugio ciuili aliqua publica auctoritas interueniret et ita cum eſſet illud clandeſtinum coniugium paris oneris cum vero cōiugio et minoris honoris ſequitur ꝙ illud nullomodo eſſet in preiudicium veri coniugij recipiendū neq̄ puto hoc genus concubitus et contractus perpetuo duraturuʒ in policijs bene rectis et inter perſonas nubiles eſſe admittendum. Eſt igitur ratio illa Buri. efficax ad probandum quod dictum eſt: ſed nō ſufficienter probat fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale. quia non obſtante illa ratiōe videtur ꝙ ſi nichil aliud obſtaret/ mulier diues ⁊ potens que ſine adiutorio viri ſui poteſt prolem educare: poſſet ſine peccato fornicari licite: preſtito prius promiſſo de educanda prole et de faciendo eam religioſe erudiri et maxime ſi ſatiſfeciſſet legi de ſubeundo coniugio quod contingeret ſi iam ſubijſſet coniugium et maritus eius obiiſſet. Sed contra replicat Buri. quod cōuenit humano generi ſecundum ſe non poteſt per aliqua extrinſeca auferri ſed ſecundum rectam rationeʒ coniugium ſiue legittima maris et femine obligatio conuenit humano generi ſecunduʒ ſe: ergo non poteſt auferri propter diuicias vel amicos iſtius vel illius. Ad hanc rationem diſtinguo minorem vel ꝙ coniugium ſecundum ſe conueniat generi humano pro ſingulis eius partib⁹ et hoc eſt falſum cum multi ſint qui virginitate voueant vel ꝙ conueniat generi humano ſecundū aliquas eius partes ita ꝙ ſit lex impeditiua eorum que cōmuniter poſſunt impedire ne homines in pluribus ſubeant coniugium et ſic concedo ideo ſi aliqua ciuitas inſtitueret ne in ea celebrarentur coniugia eſſet iniqua: ſed oſtenſum eſt ꝙ caſus ille nō impedit coniugium licet hunc vel illum pro tempore a cōiugio retardet. Et ſi dicas ꝙ poteſt eſſe controuerſia inter virum et mulierem quis poſſideret puerum. Reſponſio ꝙ illa controuerſia auctoritate legiſlatoris faciliter dirimi poſſet. Nec omnia ſunt peccata mortalia ex quibus controuerſie aut mala oriri poſſunt alias appropriatio rerum et vxorum eſſet peccatum mortale. ¶ Prima concluſio. Non ideo omnis ſimplex fornicatio eſt peccatum mortale quia directe committit̃ contra vitam hominis naſcituri. probatur quia non omnis fornicans intendit vitēʒ hominis naſcituri: igitur. Antecedens patet. Tum quia multi ſunt qui non intendunt generare. Tuʒ ſecundo quia multi ſunt qui intendunt debite et religioſe educare eum qui naſcetur ex illo concubitu. Tuʒ tercio quia de mille non inuenietur vnus qui de per ſe et directe intendat nocumentum directe in vita naſcituri. Tum quarto quia lege recta ⁊ conuenienti poteſt prouideri ne hoc nocumentuʒ vt in pluribus ſequatur. ¶ Secunda concluſio. Simplex fornicatio non ideo eſt peccatum mortale quia ſit impeditiua coniugij et matrimonij probat̃ quia poteſt lege recta et rationali ita moderari hoc impedimentū vt parum ſit nocituruʒ mr̄imonio Concedo tamen ꝙ ſi de facto ita eſſet

Durandus

Pria ꝯclo

Scda ꝯclo

nociturum matrimonioꝙ nulla lege et nulla po-
ſicia poſſet impediri quoniaꝫ eneruaret vt in plu
ribus ipſum ꝙ hoc cōcluderet ipſum eſſe peccatū
mortale quia appropriatio vxorum nō eſt minus
neceſſaria ciuitati et regno q̄ꝫ appropriatio poſ-
Tertia ꝯclo ſeſſionum et dominiorū. ¶ Tertia concluſio. Nō
ideo ſimplex fornicatio eſt peccatum mortale qꝛ
ipſa poſita ciuitas nō poſſet ſtare ꝓpter diſſenſio
nes et homicidia que inde ꝯtingerent quam rati
onem videt tangere Altiſſi. ꝓbatur non videtur
maiora litigia ⁊ diſſenſiones ſuſcitari poſſe ex im
munitate ſimplicis fornicationis a pctō mortali
q̄ꝫ ex appropriatione poſſeſſionuꝫ qꝛ maiora liti
gia et diſſentiones nata ſunt ꝓuenire ex appro-
priatione poſſeſſionum q̄ꝫ ex permiſſione ſimpli-
cis fornicationis de maxime cum ſibi iuncta eſt
lex de matrimonio: ſed nō eſt ꝓpter illam cauſaꝫ
appropriatio dn̄iorum peccatū mortale ergo nec
ſimplex fornicatio ponenda eſt ꝓpter illam cau
ſam eſſe pctm̄ mortale. Secundo quicunꝙ retra
hitur a fornicatione timens qꝛ eſt peccatū retra-
hitur ab homicidio qđ ꝓpter fornicationeꝫ eſſet
cōmiſſurus quia eſt grauius peccatū: ergo ſi ideo
non contingunt homicidia vt in pluribus qꝛ for
nicatio eſt peccatum mortale multo minus etiaꝫ
contingerent ſi rectis legibꝰ ⁊ inſtitutionibus mo
derari poſſent ne ex fornicatione cōtingerent ſi-
cut rectis inſtitutionibus moderant homines ne
ex varijs ludis permiſſis paſſim homicidia ſubſe
quantur: ſunt em̄ ſupplicia inſtituta delinquenti
Qrta ꝯclo bus. ¶ Quarta concluſio. Ideo ſimplex fornica
tio eſt peccatum mortale qꝛ iure diuino ꝓhibita
eſt. probat primo per illud qđ habetur Deutero.
xxiij. Non erit meretrix de filiabꝰ iſrael necꝙ ſcor
tator de filijs iſrael vbi dt gloſa. Auguſt. Ad me
retrices accedere ꝓhibet dn̄s quarum venalis eſt
turpitudo: licet quideꝫ libri corrupti habeant ve
nialis et hunc textum ita allegat Tho. Secundo
per illud qđ habet ad Theſſa. x. ſcitis que prece
pta dederim vobis per dominuꝫ ieſum: hec eſt vo
luntas dei ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos
a fornicatione. Tertio per illud quod habet ad
Epheſ. v. omnis fornicator aut immundus: aut
auarus nō habebit hereditatem in regno chriſti
et dei. Quarto probat. Nam nō ſolum illa de ne
ceſſitate fidei ſunt credenda que ſunt expreſſa in
ſacris ſcripturis: ſed etiā que ſine ſcripturis per
ſucceſſiuam relationē patrū vſꝙ ad nos ꝓuene-
runt: ſed a xp̄o vſꝙ ad hec tempora patres eccle
ſie ſemper poſterioribus fornicationē ſimplicem
inter mortalia peccata tradiderūt et illa ſemper
in eccleſia pro certo et indubitato habituꝫ eſt igr
Quinto per illud quod habetur. xxij. q. i. ca. vlti-
mo. Predicandū debent noſce talem periurio pe
nitentiam imponi debere qualeꝫ de adulterio: de
fornicatione: de homicidio voluntarie commiſſo
et ceteris criminalibus vitijs. Sexto probatur.
omne illud eſt peccatum mortale cui debetur eter
na pena. ſed debetur pena eterna fornicationi: er
go fornicatio eſt peccatum mortale. minor iam
probata eſt ex auctoritate Apoſt. et probat ſecū
do per Hiero. in epiſtola ad Suſannā dicentem
O q̄ꝫ acerbus luxurie fructus amarior felli cru-
delior gladio. Tuꝫ ſecundo per Iſi. li. ij. de ſūmo
bono dicentem. Quando impulſu demonū mēs
ad delectationem fornicationis impellatur diui-
ni iudicij metus eterna tormēta incēdij ante ocu
los proponatur: quia omnis pena grauioris ſup
plicij formidine ſuperatur: ſicut enim clauus cla
uum expellit ita ſepe recordatio gehenne ardoris
ardorem excludit luxurie: hoc vt videtur non di-
ceret. Iſi. niſi ſentiret penam eternam fornicatio
ni deberi. Septimo probatur concluſio quicquid
eſt maximi ſceleris inter ſeptem vitia illud eſt pec
catum mortale: ſed fornicatio eſt maximi ſceleris
inter ſeptem vitia ergo ⁊c. Minor probatur au-
ctoritate eiuſdem Iſi. li. eodem dicentis Inter ſe
ptem vitia fornicatio maximi eſt ſceleris quia pa
rit immundiciam templum dei violat et tollens
membra Xp̄i facit membra diaboli. Ex omnibus
iſtis auctoritatibus apparenter et ſutis probabi-
liter oſtenditur omnem fornicationem ſimpliceꝫ
eſſe prohibitam tanq̄ꝫ peccatum mortale. difficile
tamen eſſet hijs conuincere proteruum quia glo-
ſe ſuper Apoſ. in locis in quibus Apoſ. vtitur no
mine fornicationis exponunt nomen in alia ſigni
ficatione / aliquando eniꝫ nomine fornicationis di
cunt idolatriam intelligi / aliquando concubituꝫ
non ſolum cum meretrice ſed etiam cum ea que ē
alterius. Doctores etiam ſacri cum loquuntur de
fornicatione eam pro luxuria ponunt conſtat au
tem luxuriam ſecundum aliquas ſpecies ſuas eſſe
peccatum mortale et ideo quarta probatio addu
cta videtur michi fortior. ¶ Quinta concluſio.
Non poteſt accipi rationabiliter prohibitio for-
nicationis ſimplicis ex prohibitione mechie quā
concluſioneꝫ non pono niſi probabiliter propter
reuerentiam Auguſ. qui ſuper exodum dicit ꝙ ſi
cut furti nomine cum dicitur non furtum facies i
telligitur omnis illicita vſurpatio rei aliene / non
enim rapinaꝫ permiſit qui furtum prohibuit ſed
vtiꝙ a parte totum intelligere volunt quicquid
illicite rerum proximi aufertur. Sic profecto no
mine mechie omnis illicitus concubitus atꝙ mē
brorum illorum non legitimus vſus prohibitus
debet intelligi. hec verba Au. recitantur in decre
tis. xxxiij. q. ij. c. oīs mechia: hec autem ratio Au
guſ. non eſt efficax. Nam licet in prohibitionibꝰ
a parte minoris culpe intelligatur totum prohi-
bitum vt bene inducit Auguſ. de furto ⁊ rapina /
non eſt tamē rationale ꝙ a parte que eſt maioris
culpe intelligatur prohibitio vniuerſalis tocius
generis: conſtat autem ꝙ mechia qua adulteriuꝫ
ſignificatur maioris eſt culpe q̄ꝫ ſimplex fornica
tio qui eſt ſoluti cum ſoluta / et iſta eſt ſententia.
Duran. qui hoc modo reſpondet ad rationeꝫ bea
ti Auguſ. Et ꝙ ita ſit patet. nam mechia lege ci-
uili eſt prohibita et tamen non eſt prohibita ea-
dem lege ſimplex fornicatio. Secundo ſecunduꝫ
Auguſ. immo ſecundum ſententiam Xp̄i in vete
ri lege: cum dicitur non aſſumes nomen dei tui in
vanum prohibetur periuriuꝫ et in alio precepto
prohibetur falſum ſiue mendax teſtimonium / et
tamen in prima non prohibebatur iuratio veri q̄ꝫ
uis aliqua talis ſit illicita nec in ſecundo prohi-
betur mendacium officioſum: quod tamen eſt ſe-

cūdum eundē Auguſ. illicitū: cōſtat autem ꝙ mē
daciū teſtificatiuū ⁊ mendacium officioſum ſunt
partes vnius totius ſcꝫ mendacij ergo nō eſt ve-
rum vniuerſaliter ꝙ in prohibitionibus ex par-
te totū intelligit. preterea cōtingit aliqñ ꝙ cauſa
ꝓhibendi aliquod malum eſt grauitas culpe et
tūc in prohibitione minoris ſemper intelligitur
ꝓhibitio maioris: aliqñ vero cauſa et ratio ꝓhi-
bendi nō eſt grauitas culpe: ſed cōtras aut facili-
tas illius mali ⁊ ex prohibitione minoris nō poſ
Sexta ꝯclo ſet inferri ꝓhibitio maioris. ¶ Sexta cōcluſio.
aliqua fornicatio ſimplex ſecluſa omni lege poſi
tiua diuina vel humana eſt peccatū mortale. ꝓ-
batur aliqua eſt fornicatio ſimplex q̄ cū tanto ar
dore ⁊ cum tanta vehementi cōcupiſcētia fit vt
fornicans ꝓponat etiā ꝓ nullo inde malo ſequu-
turo eſſe dimiſſurū eam non pro amicitia dei non
pro caritate perdenda: ſed cōſtat ꝙ omnis talis
eſt peccatū mortale. Scḋo eſt aliqua fornicatio
ſimplex que eſt perfecta intēperantia quaꝫ ſcꝫ ex
ercendo periclitatur in nobis ſcientibus ⁊ cogno
ſcentibus ſanitas bona habitudo corporis ⁊ aīe
deſerimus ea facere q̄ ꝓ tūc tenemur vt cū impe-
diunt tēpora diuino cultui debita eſt aliq̄ que eſt
cōtra honeſtatem vt q̄ hꝫ circunſtantiaꝫ loci aut
tēporis omnino incōuenienteꝫ: igr eſt aliqua for
nicatio ſimplex q̄ ſecluſa omni lege poſitiua diui
na ⁊ humana eſt pctm̄ mortale. Et hec cōcluſio
poſita eſt cōtra Duran. oppoſitū aſſerentem ſub
hijs verbis. quod aūt dicūt quidē ꝙ fornicatio
de ſe eſt peccatū mortale ſecluſa omni lege poſiti
ua diuina vel humana non bene intelligo, qꝛ pec
catum mortale dicitur ex eo ꝙ meretur mortē tem
poralem vel eternam: fornicatio autem ſimplex
non meretur mortem temporalē ſcḋm aliquā le-
gem nec mortem eternā ſcḋm legē naturalē quia
lex naturalis niſi dicit nec nouit aliquid de mor
te eterna. Ratio autē Duran. cōcludit equali-
ter ꝙ nichil eſt pctm̄ ſecluſa omni lege poſitiua ⁊
ita adulteriuꝫ pctm̄ cōtra naturam parricidia et
hmōi ſeluſa omni lege poſitiua non erunt pctā:
qꝛ ſecluſa omni lege poſitiua nō meremur aliquā
penaꝫ nec tēporaleꝫ nec eternā: hoc aūt eſt mani
feſte contra Ariſ. tercio ethi. vbi dicit. quedam
autē non eſt cogi: ſed magis moriendū patientē
duriſſima. Illud aūt reputat recta rō peccatum
nō veniale ſed mortale qḋ eſt tante grauitatis ꝙ
potius toleranda eſt mors cū grauiſſimis ſuppli
cijs q̄ꝫ ꝙ illud cōmittat/ cū ergo Ariſ. ſine omni
lege poſitiua ſꝫ ex ſola rectitudine rōnis cogno
uerit aliq̄ eſſe talia ſequit ꝙ ſecluſa omni lege po
ſitiua aliqua ſūt peccata mortalia. Scḋo omnis
recta ratio cognoſcens ꝙ deus curam gerit de ho
minib⁹ ⁊ amat bonos ⁊ odit malos iudicat ꝙ ſūt
aliqua mala et peccata ꝑ que dignuꝫ eſt vt faciēs
cōſequat inimicitiam diuinam ſed hoc non eſt ali
ud q̄ꝫ eſſe peccatum mortale: ergo ſecluſa omni le
ge poſitiua ſunt aliqua peccata mortalia ergo
etiā ꝓpter eandē rationem aliqua eſt fornicatio
ſimplex que ſcilicet ratione circunſtantiarū pro-
meretur odium diuinum/ conſtat enim ꝙ aliqua
fornicatio ſimplex habet circunſtantiaꝫ finis cul
pabilem mortaliter vt qui fornicatur vt adultere
tur ſicut communiter contingit/ aut qui fornicat
vt furetur aut vt confornicantem voluntati ho-
micide exponat. Ex hijs patꝫ falſitas opinionis
illorum qui dicunt ꝙ ſimplex fornicatio non eſt
peccatum. Que opinio tanq̄ꝫ erronea in articu-
lis pariſ. damnata eſt/ error. clxxxvi. eſt fornica-
tio ſimplex. i. ſoluti cum ſoluta non eſt peccatum
Guido vero carmelita dicit. xxi. cap. contra erro- *Guido carmelita*
res grecorum. ꝙ error grecorum dicentium ſim-
plicem fornicationem inter ſolutum et ſolutā nō
eſſe peccatum mortale patenter continet hereſim
contra ſacram ſcripturam. quod ꝓbat quattuor
rationibus. prima eſt nam maius eſt peccatum
actu fornicari q̄ꝫ ſola concupiſcentia mulereꝫ vi
dere quia plus aduerſatur recte rationi act⁹ for-
nicarius in quo pre nimia delectatione abſorbet
iudicium rationis q̄ꝫ actus ſolius concupiſcentie
ſed actus concupiſcentie damnatur in ſacris litte
ris tanquam peccatum mortale ſecundum illud
Ma. v. Qui viderit mulierem ad concupiſcendū
Secundo conuictus et cōicatio non prohibentur
niſi ratione peccati mortalis. ſed fornicator ſcḋꝫ
Apoſ. i. ad corin. v. eſt vitandus nec licet cum eo
cibum ſumere ergo fornicatio eſt peccatum mor-
tale. Tercio non tollitur a nobis habitatio ſpiri-
tus ſancti niſi propter peccatum mortale ꝓpter
quod ſpiritus ſanctus recedit a nobis: ſed ꝓpter
fornicationem aufertur a nobis habitatio ſpirit⁹
ſancti et deſinimus eſſe templū habitationis ſpi
ritus ſancti et deſinimus eſſe membra Xp̄i et ef-
ficimur membra meretricis. ſecundum Apoſ. ibi
dem qui precipit fornicationē fugere tanq̄ꝫ ſepa
rantem ab vnitate Xp̄i et coniungentem mere-
trici. Quarto ſolum peccatum mortale excludit a
vita eterna et regni celeſtis poſſeſſione et viſione
dei ſed fornicatio ſecludit nos a viſione dei ſecun
dum illud Eze. xxix. Abſcondam faciem tuam
ab eis et excluduntur etiaꝫ a regno dei ſecundum
illud ad ephe. v. ſcitote ꝙ omnis fornicator aut i
mundus nō habet hereditatē in regno dei et Xp̄i
et ipſi iudicabuntur ad iudiciuꝫ damnationis ad
hebreos xiij. Iſte rationes ſunt multum apparē-
tes non tamen conuincerent proteruum immo vt
videtur ſatis rationabiliter poſſēt euitari. ¶ Ad Mulier tri
primam diceretur ꝙ mulier accipitur tripliciter. plr accipit
Uno modo vt eſt nomen ſexus et ſic diſtinguitur
contra virum. Secundo vt eſt nomen ſtatus et ſic
diſtinguitur contra ſolutam. Tercio modo vt eſt
nomen corruptionis et ſic diſtinguitur cōtra vir
ginem et hoc modo meretrix ſoluta diceretur mu
lier. ſi nomen mulieris accipitur ſecundo modo
quomodo debet accipi ſi argumentum valeat ne-
go maiorem et concedo minorem de actu concu-
piſcentie mulieris illo ſecundo modo accepto no
mine mulieris. Nam ibi prohibet primo mechia
que dicit non ſolum actum interiorem ſed exterio
rem adulterij/ et poſtea prohibetur idem actus in
terior mechie ſue adulterij qui non in ſola cogni-
tione ſed in firmo conſenſu reſpectu actus exterio
ris conſiſtit vt habet gloſa ibidem que ita dicit q̄
viderit mulierem ad concupiſcendum eaꝫ. i. que
fine et animo accenderis vt eā concupiſcat quod
iam non eſt titillari: ſed plene conſentire libidini

ſt ſi facultas ſit pagatur hic iā mechatus eſt eaz
in corde ſuo. Dico autem ⁊ vt puto ita diceret om
nis catholicus hmōi actus cōcupiſcendi vxorem
alterus eſt deterior q̄z actus ſimplex fornicandi
cum ſoluta. Ad ſcđam reſpondetur ꝙ maior eſt
probabilis ſed nō eſt credita nec īdubitata. ideo
ex ea cū minore catholica nō ſequit̃ de neceſſitate
concluſio catholica: ſed ꝓbabilis tm̄ quia conclu
ſio ſemper ſeq̄tur debilioꝛē partē ſillogiſmi. dice
ret enim aliquis ꝙ ꝓhibitio cōuictus ⁊ cōicatio-
nis non ſolū ſiūt ꝓpter pctā mortalia: ſed aliqñ
ex cauſa ſiue graui culpa. Et ad minorem dico ꝙ
fornicatorem eſſe vitandū poteſt dupliciter intel
ligi. Uno mō tanq̄z excōmunicatū et per moduz
**Reſponſio.** ¶ Ad primā concedo añs ſed hoc non eſt qꝛ ibi nō ſit raptus ſed quia perſona que offendit eſt vilis quā legiſlator non tanti facit vt in violentia illius rei recipias tam grauem vitionem quā multociens turpiter pecunie gratia cōmunicauit. Ad ſecundā concedo primā partem añtis maxime vbi conſtat et priuate ꝛ publice eā eſſe ſuam. ſi autē de hoc nō conſtaret aut queſtio verteretur coram iudice habenda eſſet pro non ſua et nego ↄñam quia concluſio intelligiť de violento concubitu cū non ſua licʒ tamen violentia non rōnabilis cum nō ſua ſit punienda. Ad tertiam nego ꝙ in tali caſu nō ſit raptus. nihil eñ actum ſenſetur de nuptijs cum nō quicqꝫ pactis nuptialibus firmatū eſt verum autē violentia illata añqꝫ pacta illa auctoritate eccleſie firmata ſint ſufficiat ad raptum. Alia queſtio eſt Nam ſi ſit ſua ſine interuentione auctoritatis eccleſie nō eſt raptus ſi nō ſit ſua nihil actū de nuptijs cenſeť ꝛ videtur raptus.

**Contra nonā ↄcloneʒ** ¶ Cōtra nonam concluſionem arguitur ſic ſecundum Iſidoruʒ. raptus eſt omnis illicitus concubitus a corrumpendo dictus ꝙ raptus non eſt ſpecies luxurie. Secundo violentia per quam raptus ponitur differre ab alijs per accidens ſe habet ad luxuriā ergo raptus nō eſt per ſe ſpecies luxurie ↄña tenet qꝛ nichil quod ſe habet per accidens ad aliquid ſpeciem ſub eo cōſtituit. Tertio peccatū luxurie per matrimoniuʒ cohibetur ſed raptus matrimonium impedit vt patuit ex concluſionibus ergo raptus nō eſt ſpecies luxurie. Quarto ſi raptus ſit vna de ſex ſpēbus luxurie pncipaliter ſignificat concubitū ſed hoc eſt falſum igiť. minor ptʒ quia ſi principaliter ſignificaret concubitū tunc ibi nō eſſet raptus vbi non eſſet violentus cōcubitus et per ↄñs cum puella abſtraheret violenter ſed nō corrumperetur violenter non eſſet raptus cuius oppoſitū dictuʒ eſt. Quinto aliquis raptus eſt ſtuprum: aliquis adulterium: aliquis ſimplex fornicatio: aliquis peccatum contra naturam: ꝛ aliquis inceſtus igitur. prima pars añtis ptʒ in raptu virginū ſecūda in raptu mulieris coniugate: tertia in raptu meretricis: quarta in raptu pueri vel mulieris abutēdi cauſa: q̄nta in raptu ↄſanguinee. Sexto poteſt violenter abſtrahi puer e domo parentis ꝛ haberi cum eo concubitus violentus ſicut puella ſed prima violentia non facit raptum ergo nec ſecunda. Septimo volo ꝙ aliquis abſtrahat violēter puellam vt eaʒ corrumpat ſed tamen de facto non corrumpit quia vel impeditur vel poſt abſtractionem penitet: tunc ſic ſi raptus ſit ſpecies luxurie ibi non eſt raptus et tamen ibi ſunt omnia requiſita ad raptum ergo raptus non eſt ſpecies luxurie.

¶ Ad primam dico ꝙ Iſidorus non loquitur de raptu proprio ſed communiter de eo loquitur et pro luxuria accipit. Ad ſecundam concedo antecedens ſed nego conſequentiam quia differētie inferiorum per accidens ſe habent ad ſuperiora cum non predicentur de eis vniuerſaliter. dico tamen ꝙ conſtituit per ſe ſpeciem ſub luxuria eo modo quo in talibus poteſt aliquid per ſe conſtitui et diffiniri ꝛ [ vt dicit Tho ] violentia videtur procedere ex magnitudine concupiſcentie qua aliquis non refugit pericula que ſibi imminent violentiam inferendo q̄ʒtacunqꝫ tamen ſit concupiſcentia ſi nō inferatur violentia nō erit rapt⁹. Ad terciam concedo vtranqꝫ partem antecedentis ꝛ nego con ſequentiam. dicit tamen Thomas ꝙ raptus non dirimit matrimonium iam contractum ſed impedit contrahendum qđ ſi intelligat de eo quod cōtractum eſt ante raptum cōcedo ſi forte tunc in queſtione ſit an ſit contractum ſi intelligat de matrimonio contracto poſt raptum ante tamen conſenſum parentum et penitentiam legitimam. hoc nō videtur michi iuri conſonum propter allegationes ſupra factas nec iura illa abrogata ſunt nec eis vt dictū eſt contradicit Hieronimus. Ad iiij. concedo primam partem antecedentis et nego ſecundam. et ad probationē dico ꝙ violentus dicitur concubitus non ſolum ꝓpter violentiam illatam in opere ipſo libidinoſo ſed etiam cum ſit violentia in his per que attentatur concubitus et quia ſi non ſit concubitus nō eſt violentus concubitus. iō ad raptuʒ nō exigiť ꝙ ibi ſit violētus ↄcubitus: ſed ſufficit ꝙ ſit violenta concubitus attentatio. Et ſi dicas ꝙ omni raptu aliquid rapiať: ſʒ ibi nihil rapiť ꝙ ibi non eſt raptus. Rñdeo negando maiorē ſed omni raptu aliq̄d rapiť aut rapi attentať. Ad v. dico ꝙ ſtuprū adulterium et ſic de alijs. aliqñ accipiuntur vt ſunt ſe inuicem excludentia et tunc in diffinitione vniuſcuiuſqꝫ eoruʒ intelligitur aliquid excludens id quod proprie pertinet ad rationem alterius vt ſtuprum eſt defloratio virginis conſentiētis nulla proximitate coniuncte. et ſimplex fornicatio eſt naturalis concubitus ſoluti cum ſoluta corrupta conſentiente et nulla proximitate coniūcta et hoc modo iſta non verificantur de ſe inuicē nec enim hoc modo ſtuprum eſt adulterium nec raptus aliquod eorum eſt formaliter. Aliomodo accipiantur ſine huiuſmodi mutua excluſione et tunc coincidūt in eodem actu ſed rōnes eorū ſunt diuerſe vt idem actus erit raptus et ſtuprū. alia tamen ratione dicetur raptus et alia ſtuprum et ſecundum hunc moduʒ poteſt ſuſtineri Thomas dicens ꝙ aliquis raptus eſt ſtuprum vt quando aliquis violentiam infert ad virginem deflorandam quandoqꝫ vero non vt ſi rapiat viduam vel puellam corruptam ſed prima acceptio videtur

michi doctrinalior nõ enĩ ꝓprie qui rapit virginẽ
et defloꝛat eam violenter committit ſtuprũ ſed cõ
mittit raptum ſtupꝛoſum ⁊ qui rapit conſangui-
neam committit raptũ inceſtuoſuꝫ ⁊ peccatũ ei⁹
continet ſtuprũ ⁊ raptum aut inceſtum et raptuꝫ
ſed tamen non eſt ſtupꝛuꝫ quia eſt concubit⁹ vio
lenter attemptatus. Ad ſextaꝫ nego minoꝛeꝫ eſt
enim rapt⁹ in violento concubitu maſculoꝛũ a fe
minis quod raro fit ⁊ a viris qđ fit crebꝛi⁹ ſicut in
violento concubitu puellarũ. Ad ſeptimã admit
to caſum et nego pꝛimam partem antecedentis
fuit enim ibi libidinoſa volitio que ad luxuriam
ſecundum ſpeciem luxurie pertinebat cuius voli
tionis executio impedita eſt aut foꝛte ſi penitue-
rit mala voluntas fuit per penitentiã emendata

# Q Uerit octauo vtrũ

adulteriũ ſit ſpecies luxurie ab aliĳs
diſtincta. Arguitur ꝙ non tam in ſtu
pꝛo q̃ꝫ in adulterio violatur mulier aliene pote-
ſtati ſubiecta ergo ſtupꝛum ⁊ adulterium non di
ſtinguũtur. In oppoſitum eſt cõmunis auctoꝛuꝫ
ſententia. Notandum ꝙ adulterium eſt alterius
thoꝛi violatio mulier enim per coniugium fit tho
rus viri et vir dicitur thoꝛus mulieris ⁊ coꝛpus
mulieris ſecundum apoſtolũ eſt in poteſtate viri
et coꝛpus viri in poteſtate mulieris Ex quo patꝫ
ꝙ ſi mulier coniugata cuꝫ viro ſoluta concubat
vterqꝫ adulteratur quia mulier violat thoꝛũ viri
ſui in hoc ꝙ ipſa communicat thoꝛum viri alteri
quod tamen non habet in poteſtate ſua vt cõmu-
nicet. Similiter vir ille ſolutus adulteratur quia
violat thoꝛũ alterius hoc eſt concubit cuꝫ ea que
eſt thoꝛus alterius. ¶ Pꝛima cõcluſio coniuga

Pria ꝯclo

tus cum ea quam ſcit eſſe ſolutã concubens adul-
teratur. Pꝛobatur pꝛimo quia ſe thoꝛum alteri⁹
exiſtentem ei cuius non eſt violandum tradit er-
go adulteratur conſequẽtia tenet quia hoc facien
do violat thoꝛũ alterius quia ſe qui eſt thoꝛ⁹ al-
terius violandum tradit ⁊ exhibet. Secundo ſo-
luta concubens cum cõiugata adulteratur ergo
et coniugatus cum ſoluta conſequẽtia tenet quia
in vtroqꝫ delictum eſt par ⁊ equale ceteris parib⁹
et antecedens pꝫ quia accedit ad thoꝛũ alterius.
Ex quo infero ꝙ accedere ad thoꝛum alterius vi-
ri non eſt diffinitio adulterĳ qꝛ licet in omni adul
terio ſit acceſſus ad thoꝛum alterius tamẽ non ſo
lum ille adulteratur qui accedit ad thoꝛum alte-
rius verũ etiam ille vel illa ad quaꝫ acceditur cũ
tamen ſit thoꝛus alterius adulteratur nec ille ſo-
lus violat thoꝛum alterius qui ad thoꝛũ alterius
accedit ſed etiam qui cum ſit thoꝛus vnius ad al

Scda ꝯclo

terius ſe concubituꝫ exhibet ¶ Secunda conclu
ſio adulterium eſt peccatũ moꝛtale multũ graue
pꝛobatur ꝙ ſit moꝛtale quia eſt diuina lege pꝛo
hibitum vbi dicitur non mechaberis non cõcupi
ſces vxoꝛem pꝛoximi tui ꝙ ſit multuꝫ graue pꝛo-
batur ſuſcipit enim pꝛimo grauitatem qꝛ contra
vnũ de decem pꝛeceptis diuinis. Secundo qꝛ nõ
ſeruatur fides in facie eccleſie pꝛomiſſa ⁊ auctoꝛi
tatis eius interuentu firmata et roboꝛata. Tercio
quia per hoc coniunguntur in concubitũ qui non
ſunt pꝛius coniuncti per matrimonĳ vinculũ ſed
hoc eſt commune ſimplici foꝛnicationi ⁊ multis
aliĳs ſpeciebus luxurie. Quarto quia per adulte-
rium ⁊ potiſſime mulieris fit incertitudo pꝛolis ⁊
hi frequenter recipiuntur in hereditaria ſucceſſi-
one pares qui ſunt oꝛigine diſpares. Quito quia
frequenter bona domus diuiduntur ⁊ diſtrahun
tur vt adulterina pꝛoles nutriatur. Sexto qꝛ fre-
quenter eſt cauſa aboꝛtus ⁊ homicidĳ. Septimo
quia nichil eſt ꝙ ita turbet ciuitatem ⁊ tranſquil
lam eius pacem impediat ſicut adulterium ideo
a legiſlatoꝛib⁹ fuerunt grauiſſime pene cõtra ad
ulteros et adulteras iſtitute ꝓpter doloꝛeꝫ ex vio
lato thoꝛo ſuſceptũ ſecundũ illud ꝙ habet gloſa
amos ſeptimo non eſt tãtus doloꝛ in filia ſtupꝛa-
ta q̃ꝫtus in vxoꝛe polluta ⁊ paulo poſt quaſi ma
ritus vxoꝛẽ mallit interfici q̃ꝫ pollui. ¶ Tercia

Tertia con cluſio.

concluſio adulteriuꝫ cõiugati cuꝫ aliena eſt gra-
uius q̃ꝫ cõiugati cum ſoluta. Pꝛobatur in adul-
terio cõiugati cum aliena eſt ex parte vtriuſqꝫ du
plicis thoꝛi violatio. nam cõiugatus ſe thoꝛuꝫ ei
cuius non eſt violanduꝫ exhibet ⁊ ad thoꝛuꝫ alte
rius accedit ſimiliter mulier illa aliena ſe thoꝛuꝫ
alterius ei viro qui non eſt ſuus violandam exhi
bet ⁊ accedit ad virũ qui eſt thoꝛus alterius mu-
lieris in alio autem non eſt niſi vnius thoꝛi viola
tio ¶ Quarta concluſio nõ omnis credens adul

Qrta ꝯclo

terari adulteratur. Pꝛobatur nullus ſolutus cõ
cubens cuꝫ ſoluta adulterat̃ ſed aliquis credens
adulterari eſt ſolutus concubens cuꝫ ſoluta ergo
aliquis credens adulterari non adulterat̃. Ma-
ioꝛ videt̃ manifeſta ex diffinitione adulterĳ. Mi-
noꝛ ꝓbat̃ qꝛ ponat̃ caſus ꝙ aliquis ſolut⁹ eaꝫ cũ
concubit que eſt ſoluta credat nõ eſſe ſolutã tunc
in illo caſu ipſe credit adulterari ⁊ tamen ipſe ſo
lutus concubit cum ſoluta. Secundo aliquis er-
ronee credit adulterari ergo aliquis credens ad-
ulterari non adulteratur. conſequentia tenet da
oppoſitum conſequentis omnis credens adulte-
rari adulteratur ſequitur oppoſitum anteceden-
tis ſcilicet nullus erronee credit adulterari ſi cũ
erronee credit adulterari decipitur in credendo ⁊
quod verum eſſe credit eſt falſum ergo ſi erronee
credit adulterari falſum eſt ꝙ adulteretur ergo
verum eſt ꝙ non adulteretur. Secundo pꝛoba-
tur illa conſequẽtia per expoſitionem anteceden
tis. iſta enim ego erronee credo adulterari ita ex-
ponitur ego credo adulterari ⁊ non eſt ita ꝙ ego
adultero. Antecedens autem pꝛobatur quia ſõ-
nians erronee credit ſe adulterari. tum ſecundo
quia non minus cadit erronea credulitas circa
hoc quod eſt adulterari q̃ꝫ circa iſta comedere oc
cidere equitare ⁊ huiuſmodi. tercio nõ omnis cre
dens occidere hoſtem occidit hoſtem nec omnis
credens furari furatur ergo nec omnis credens
adulterari adulteratur antecedens patet quia a
liquis credens occidere hoſtem occidit interduꝫ
patrem amiciſſimũ ⁊ credẽs capere rem alienaꝫ
interduꝫ capit ſuaꝫ. ¶ Quinta concluſio mulier

Quīta ꝯclo

adulterans multo grauius peccat q̃ꝫ vir adulte-
rans pꝛobatur peccatum quod ceteris parib⁹ ma
gis cedit in infamiam / magis cedit in dedecus et
oppꝛobꝛium domus familie ⁊ tocius generis ce-

teris paribus eſt grauius.ſed adulterium muli
eris magis cedit in infamiam domus et dedecus
et opprobrium totius familie ac generis q̄ȝ adul
terium viri igitur.minor patȝ quia domus et fa-
milia maiori habetur opprobrio p̱ hoc ꝙ mulier
adulteratur q̄ȝ ſi vir et cuȝ filia eſt danda nuptui
magis recipitur argumentum future impudici-
tie ex impudicitia mulieris q̄ȝ ex impudicitia vi-
ri. Secundo omnis luxuria ſiue omnis concubi
tus illicitus eſt deformior et turpior in muliere
q̄ȝ in viro ergo et adulterium.añcedens patet ex
communi eſtimatione omnium.nullus eſt enim
parens qui non grauius ferat luxuriam filie q̄ȝ fi
lij.Tum ſecundo quia quanto aliqua virtus eſt
magis propria alicui tanto vicium magis oppo
ſitum illi virtuti eſt opprobrioſius : ſed caſtitas
eſt magis propria mulieribus q̄ȝ viris et deſide-
ramus eam magis eminere in mulieribus q̄ȝ in
viris ſicut etiam fortitudo eſt magis propria vi-
ris q̄ȝ in mulieribus: et ob hoc dicit Quintilia-
nus.pudicitiam in milite quid laudem? Femina
rum magis eſt iſta virtus igitur. Tertio illud vi
ciū ceteris p̱ibus eſt grauius.eſt g̃uius ex quo in
politia plura detrimenta ɔtingunt ſed ex adul-
terio mulieruȝ plura detrimenta contingunt in
politia q̄ȝ ex adulterio virorum igitur.minor pa
tet quia ex adulterio mulierū directe prouenit in
certitudo prolis.ex adulterio autem virorūȝ nō.
Nam ſi vnus vir communicaret ſe decem mulie-
ribus quarum nulla ſe pluribus cōmunicaret nō
eſſet incertitudo prolis:ſed ſi mulier cōmunica-
ret ſe decem viris quorum nullus alteri ſe mulie-
ri cōmunicaret ſieret incertitudo prolis ex adul-
terio etiam mulieris ꝓuenit impedimentum ge-
nerationis.quanto em̄ pluribus mulier ſe cōicat
tanto eſt ad generationē ineptior exſurgunt eti-
am plures perturbationes et diſſentiones in ciui
tate ex adulterio mulierū q̄ȝ viroꝝ.Cadit etiā re
gulariter multo facili⁹ cōſuetudo adulterij imo
et vniuerſe luxurie per adulterium mulierum q̄ȝ
viroruȝ nam cū ea pars que videtur a caſu remo
tior ruit totius edificij ruina vehementer formi-
danda eſt.Ex his omnibus ſequitur ꝙ adulteria
mulierum ſunt peccata grauiora q̄ȝ viroruȝ. In
iſta autem concluſione virū et mulierem accipio
vt ſunt nomina ſtatus nō vt ſunt nomina ſexus.
Sexta ɔcl'o ¶ Sexta concluſio.et ſi is qui cum vxore alteri
us q̄ publice meretricatur concubit fit adulter.pec
catum tamen eius eſt minus graue q̄ȝ peccatum
illius qui adulteratur cum muliere que honeſte
cum viro ſuo conuerſatur.probatur quia adulteri-
um eius qui primo modo adulteratur nō eſt cau
ſa tot et tantorū detrimentorū:quot et quantorū
cauſa eſt adulteriū ſecūdi.Tum ſecundo qr nul-
lus dubitauit vnq̄ȝ de ſcđo an ſit adulter et pena
legis puniendus.de primo autē multi ſapientes
dubitauerūt vt p̱ȝ per Quin. de inſtitutionibus
Septima ɔ clusio. oratorijs.¶ Septima concluſio.Primū adulte
rium mulieris eſt ex parte viri adulterantis cete
ris paribus grauius.patȝ qr ſicut grauius eſt ſe
ducere ꝟginem q̄ȝ corruptā et cōiter plura ex eo
damna oriūtur ita ſeducere caſtam coniugem eſt
multo grauius q̄ȝ cum impudica concubere.

Secūdo omne illud peccatū per qđ periclitatur
maior caſtitas ceteris paribus eſt graui⁹:ſed per
peccatuȝ viri primo ſeducentis nuptā a cōiugali
caſtitate periclitatur maior caſtitas ceteris pari
bus:ḡ peccatū hm̄ōi viri eſt grauius qđ intelligo
cum ipſe hoc agit ſciens ⁊ volens et reputandus
eſt ſcire mulierem eſſe caſtam cū non habet ꝓba-
bilem imo vehementem cōiecturam de oppoſito
¶ Octaua concluſio. Cū apud xp̄ianos nullus
poſſit eſſe rōnabilis conſenſus cōicandi thorum Octa[ua ɔ]
ſuum alteri: conſenſus vnius coniugū impedire cluſio.
nō poteſt concubitū alterius cū non ſuo eſſe adul
terium.probatur quilibet coniugū illam dedit ptā
tem corporis ſui alteri ad concubituȝ quā eccl'ia
in ſacramento matrimonij inſtituit:approbauit
et confirmauit.ſed eccl'ia ſolum inſtituit dationē
poteſtatis qua quilibet alteri petenti debitū redde
re teneretur niſi interueniret impedimentū legiti
mum et nunq̄ȝ voluit nec approbauit dationem
illam mutue ptātis qua poſſet alteri ɔcedere vſuȝ
alteri⁹ cui volet ſed tantū eā qua poſſit vti ḡ nō po
teſt eſſe rationalis cōſenſus apud chriſtianos cō
municandi thorū ſuum alteri cū alter non dede-
rit alteri ex vi ſacramenti matrimonij ptātem cōi
candi ſed vtendi tantū.conſtat autē ꝙ alter non
habet in corpus alterius poteſtatē niſi illaȝ quā
ex inſtitutione et approbatione eccl'ie per matri-
monij ſacramentū accepit.Scđo ſi poſſet eſſe ta-
lis cōſenſus ſequeretur ꝙ ſine peccato cōtingeret
in ciuitate ꝓmiſcuus vſus vxorū et incertiſſima
prolis cōfuſio:ſed hec ſunt grauiſſima incōueni-
entia in ciuitate et que a ciuitatibus bene inſtitu
tis ſemper reiecta ſunt igitur.Et p̱ȝ ɔñā qr pono ꝙ
maior pars ciuitatis cōſentiat in vſu mutuo vxo
rum.Nā ſi vnus poſſit cōcedere vſum ſue vxoris
vni aut duobus poterit ⁊ trib⁹ ⁊ quattuor ⁊ ſic de
alijs quo poſito ſequerentur inconuenientia dicta.
Ex quo infertur ꝙ vir nō habet omnino eandem
poteſtatem in corpus vxoris quā habet in res ſu
as mobiles vel imobiles.p̱ȝ qr res ſuas pōt ven-
dere donare locare et oīno a ſe alienare:ſed vir nō
poteſt hec de vxore facere : ſed tantum poteſt ea
vti igitur.¶ Nona concluſio.Adulteriuȝ eſt ſpe Non[a]
cies luxurie ab alijs diſtincta.ꝙ ſit ſpecies luxu-
rie patet qr eſt illicitus concubitus.ꝙ ſit ab alijs
diſtincta patȝ quia eſt alieni thori violatio quod
nulli alteri ɔuenit.Poſſent tamen addi alie par
ticule per quas differret adulterium a ceteris ſpe
ciebus luxurie vt per naturale a peccato contra
naturam per non violentum a raptu:per nō con
ſanguinitate coniunctum ab inceſtu.per alienuȝ
a ſtupro et ſimplici fornicatione.
¶ Contra primam concluſionez arguitur ſic pri Con[tra]
mo.adulterari eſt ad thorum alienum accedere: mā ɔ
ſed talis non accedit ad thoruȝ alienum ergo nō
adulteratur.Secundo mulier illa non adultera-
tur in predicto caſu ergo neqȝ vir.ɔñā tenet quia
adulter et maxime ſcđm opus exterius nō eſt niſi
reſpectu adultere.ſunt enim vt videtur relatiua eq
parentie.et añs probatur adulterari non conuenit
niſi viris vxorem habentib⁹.qđ probatur per quā
daȝ gloſam ſup Exo.in qua dicitur.Adulteriū eſt
qr aliquis ad alteram accedit p̄ter ſuam.Tertio

Vir ſolutus accedens ad coniugatam non adulteratur nec mulier ſoluta accedens ad viruȝ cõiugatuȝ ꝗ nec ecõtra. añs probatur. omnis adulter agit contra fidem matrimonij et eã ſoluit: ſed iſte non ſoluit fidẽ matrimonij cuȝ ſit ſolutus nec eaȝ ſeruandam vnq̃ȝ promiſerit igit᷑: nõ eſt adulter.

Solutiões.

¶ Ad primam diſtinguo maiorem vel ſi illa ſit vniuerſalis ita ꝙ quodlibȝ adulterari ſit ad alienum thorũ accedere et ſic ego nego maiorẽ: hoc eñi quod eſt accedere ad thorũ alienũ nec eſt diffinitio huius qđ eſt adulterari nec vł'r de eo predicatur: vel ſi illa ſit particularis ⁊ ſic concedo ſed tunc ego nego ꝯñam. in caſu enim predicto acceſſio mulieris ad thorũ alienum eſt adulterari et ita aliqđ adulterari eſt accedere ad thorũ alienũ. Ad ſcđam nego añs ad probationeȝ nego aſſumptum. et ad ꝓbationem dico ꝙ gloſa illa nõ diffinit adulteriuȝ q2 oratio diffiniens ſupradicta nõ conuenit niſi viris ſed caſum aliquẽ in quo ꝯtingit adulteriuȝ exp̃mit. Ad tertiam nego añs pro vtraꝗ; parte. Pro quo tñ eſt aduertendũ ꝙ cum coniugatus cuȝ alia concubit vt di. beatus Tho. Peccatũ eius põt denominari vel ex parte ſua et ſic ſemper ẽ adulteriũ: q2 ꝯtra fidem matrimonij agit vel ex pte mulieris ad quã accedit et ſic qñꝗ; eſt adulterium puta cũ accedit ad vxorem alterius. quandoꝗ; autẽ habet rõnem ſtupri vel alicuius alterius ſcđm diuerſas cõditiones mulierũ ad quas accedit. dictum eſt autem ſupra ꝙ ſpẽs luxurie accipiunt᷑ ſcđm diuerſas mulierũ ꝯditiones. Iſta expoſitio eſt bñ obſcura ⁊ incõpoſſibilia ponit. obſcura quidẽ q2 non dicit plane vtrum in tali caſu cõcubitus mulieris ſit adulteriũ: nec dicit etiam vtrũ vir ex pte mulieris adulteretur an nõ licet tñ de vtroꝗ; magis videat᷑ dicere ꝙ non tamen in tali caſu qui frequẽter cõtingit et conſciencias multorum pulſat fuerat loquendũ aptius incõpoſſibilia autẽ dicit hec duo ſcȝ ꝙ vir ex parte ſua cõmittit adulterium ⁊ qđ diuerſe ſpecies luxurie ſumunt᷑ ſcđm diuerſas mulierũ cõditiones

Impugnat btm Tho.

¶ Scđo enim arguit᷑ contra primuȝ. ſpecies luxurie ſumũtur ſcđm diuerſas cõditiones mulierũ ſed q̃ȝtum eſt ex conditione mulieris ſolute cum qua iſte concubit non cõmittitur adulterium: ergo iſte ſimpliciter nõ committit adulterium immo nec iſte ex parte ſua cõmittit adulteriũ quia adulterium ſecundũ ſententiam ſcđi dicti nunq̃ȝ cõmittitur ex conditione viri ſed tm̃ ex conditione mulieris. Et videt᷑ beatus Tho dicere ꝙ ſimpliciter loquendo cũ coniugatus cõcubit cũ ſoluta non eſt adulteriũ: nec ex parte viri nec ex parte mulieris qđ patȝ eſſe falſum q2 ex parte viri nulla ſumitur ſpecies luxurie: ergo vir ex parte ſua non committit adulterium: nec etiam committit ex parte mulieris: ergo nullo modo committit adulterium. Secundo vir ſolutus cognoſcens mulierem coniugatam minus peccat q̃ȝ vir coniugatus cognoſcens mulierez ſolutam ſed p̃mus cõmittit adulterium et ſcđus nõ cõmittit grauiorem luxuriam q̃ȝ ſit adulteriũ ꝗ cõmittit ſimpl'r adulteriũ. añs ptȝ q2 ſcđus agit contra fidem ad quam tenendã ſe explicite in facie eccl'ie obligauit nõ autez p̃mus et cetera ſunt paria in eis igr.

Reſolutio doctoris.

Ideo dico ꝙ vir ꝯiugatus cognoſcens mulierẽ ſolutam ſimpl'r et abſolute loquẽdo cõmittit adulterium: et mulier ipſa cõmittit adulteriuȝ q̃ȝuis ſit ſoluta. et ſimiliter vir ſolutus cognoſcens mulierem coniugatã cõmittit adulteriũ et mulier etiam cõmittit adulterium. qđ probatur q2 quilibȝ iſtorum vt dictum eſt violat thorũ alterius ſicut ſupra diffuſius declaratũ eſt. Dico tñ ꝙ cõiugatus et coniugata multo magis peccãt q̃ȝ ſolutus et ſoluta qđ probo. Pro quo ſuppono ꝙ ex ſtatuto diuino et eccleſie: nullus eſt ꝯcubitus licitus niſi matrimonialis et preterea inter matrimonialiter coniunctos ex eodẽ iure eſt pactio et promiſſio de mutua fidẽ ſeruanda ita ſcȝ ꝙ nullus eoruȝ permittat aut tradat vſuȝ ſui corporis quo ad cõcubitum alteri qđ ius in tota eccleſia eſt ita notũ ꝙ nullus poteſt eius ignorantiam pretendere et ad qđ ius ſeruandum nõ ſolum obligant᷑ illi qui promiſerunt ſe ſeruaturos explicite: ſed etiaȝ quilibet de eccleſia vniuerſaliter tenetur imo nec hoc ſolum ptinet ad ius diuinum imo et ad ius gentium. et ideo nõ ſolum fideles ſed etiam infideles ad hoc obligati ſunt. Dico ergo ꝙ coniugatus et cõiugata concubentes cũ ſoluto vel ſoluta communicãt corpus ſuum qđ eſt in poteſtate alterius cõſtitutum ei cuius non eſt et cõmunicando peccãt dupliciter.

Fornicans dupl'r peccat.

¶ Primo quia ſunt generali inſtituto obligati ſicut et quilibet alius xp̃ianus. Scđo peccant quia preter generalem illã obligationeȝ ipſi illud ſpecialiter promiſerunt et ad id ſeruandum in ſacramento eccleſie verbis expreſſis ſe obligauerunt. Solutus autem et ſoluta nõ peccant ſecundo mõ quia nunq̃ȝ verbis expreſſis promiſſionem fecerunt de fide matrimonij ſeruanda: ſed peccant primo mõ et preterea conſentiunt et aliquando ſuadent ſollicitant et impellunt vt qui promiſſionem illam fecerunt eam irritam faciãt Conſtat autem ꝙ primo mõ peccantes grauius peccant q̃ȝ ſecundo mõ. nec concludit rõ Thom. que arguendo poſita eſt cum eñi dicitur omnis adulter agit contra fidem matrimonij: concedo de fide quam implicite vel explicite ſeruare promiſit: ſed ſi intelligatur quã promiſit explicite ſeruare nego et in primo ſenſu nego minorem.

Cõtra tertiã concluſionez

¶ Contra tertiã concluſionẽ arguit᷑ ſcđm Hier. Adulter eſt amator ardentior in ſuam vxoreȝ ita ꝙ ſecundum euȝ nihil inter eſt ex qua cauſa quis inſaniat: ſed poſſibile eſt ꝙ quis in amando ſolutam multo plus ardeat q̃ȝ in amando coniugatã ꝗ poſſibile eſt ꝙ adulteriũ coniugati cum ſoluta ſit grauius q̃ȝ adulterium cõiugati cũ coniugata

Solutio. Vt quis amator ardentior dupl'r.

¶ Ad hanc rõnem dr ꝙ aliquis dicit᷑ amator ardentior dupliciter. Unomodo per intentionẽ libidinis ſolam et ſic nõ intelligit Hieronimus quia ſi quis amet vxorem intenſe et ad hec intendat huiuſmodi amorem dummodo maneat intra limites amoris coniugalis talis non eſt adulter. Secundo modo. Per egreſſum amoris coniugalis ita ꝙ amor ſit tam vehemens ꝙ quãuis non eſſet vxor nichilominus vellet efficaciter ea vti ad concubitum et hoc modo intelligit Hieronimus Et conformiter dico ad hoc ꝙ ſi aliquis in amando ſolutam vehementius arderet ardore egredi-

ente limites amoris qui habetur ad ſolutam tūc ingrederetur limites amoris qui habetur ad coniugatam.

**Cōtra q̄rtā cōcluſionē.**

¶ Contra quartam concluſionem arguitur. Omnis peccans peccato adulterij adulteratur: ſed omnis credens adulterari peccat peccato adulterij: ergo adulteratur. Maior probatur quia qui peccat peccato adulterij peccat ille aut adulterando: aut non adulterando. ſi primū habetur intentum. non ſecundum quia implicat. Secundo. Credens et volens ſe adorare dyabolum quāuis de facto adoret deuʒ eſt ydolatra et adorat dyabolum: ergo omnis credens adulterari adulteratur. conſequentia tenet quia non videtur maior ratio de vno q̄ꝫ de alio. Tertio. Qui credit adulterari et fornicatur grauius peccat q̄ꝫ qui credit fornicari et adulteratur. ergo primus ſecundum veritatem adulteratur: et ſecundus fornicatur. conſequentia tenet quia nulla ſimplex fornicatio eſt grauius peccatum adulterio. antecedens probatur vbi maior eſt contemptus ibi eſt grauius peccatum: ſed in primo eſt maior contemptus igitur. Tum ſecundo quia primus habet volitionem deteriorem q̄ꝫ ſecundus quia habet volitionem adulterandi: ergo et magis peccat. conſequentia tenet quia a grauitate volitionis cetera denominantur grauia. Confirmatur quia anteq̄ꝫ exeant in actum primus magis peccat q̄ꝫ ſecundus: ergo et primus ſi cetera ſint paria. conſequentia tenet quia bonitas vel malicia actus exterioris nihil addit vltra bonitatem vel maliciam actus interioris.

**Solutiōes.**

¶ Ad primam nego maiorem quia ꝙ quis peccet peccato adulterij ex volitione adulterandi eſt. ꝙ vero adulteretur ex eo eſt ꝙ thorum alterius violat: et quia primum eſt poſſibile et frequenter contingit ſine ſecundo ideo maior falſa eſt. Et ad probationem dico ꝙ iſta gerundia adulterando et non adulterando poſſunt teneri vel cauſaliter vel temporaliter. ſi cauſaliter dico ꝙ qui peccat peccato adulterij nec adulterando peccat peccato adulterij nec non adulterando hoc eſt nō ideo peccat peccato adulterij quia adulteratur nec quia non adulteratur ſed quia vult adulterari regulariter quāuis in caſu alia cauſa eſſet aſſignabilis. ſi autem teneatur temporaliter: dico ꝙ aliquis talis peccat peccato adulterij adulterando videlicet cum adulteratur. aliquis vero non adulterando ſcʒ cum non adulteratur quia cum ipſe ſolutus concubit cum ſoluta quam credit eſſe coniugatam vult adulterari ideo peccat peccato adulterij et tamen non adulteratur.

**Ad ſcdam.**

¶ Ad ſecundam dico ꝙ impoſſibile eſt ꝙ aliquis ſimul credat et velit adorare dyabolum et tamen adoret deum licet poſſibile ſit ꝙ his ante quem flectit genus ſit deus et credat tamen ꝙ ſit dyabolus. ꝑpter tamen argumentum concedo ꝙ omnis credens et volens adorare dyabolum quantumcunq̄ꝫ ſit deus ille ante quem flectit genua adorat dyabolum. Et nego conſequentiam: et ad probationem nego aſſumptum quia ego non proprie adoro illum ante quem flecto genua: ſed in quem ſigna illa exteriora per meditationem cordis et deuotam orationem refero: ſed concubitus qui habetur cum muliere vnius conditionis per nullam volitionem meam poteſt ſic referri in aliam ꝙ ſit concubitus cum muliere alterius cōditionis.

**Replica.**

¶ Sed contra hanc ſolutionem Arguitur ſic. Si credens et volens adorare diaboluʒ adorat diabolum credens ⁊ volens adorare iſtum adorat iſtum: ſed iſte eſt deus ergo credens et volens adorare iſtum adorat deum ergo non adorat diabolum.

**Sol.**

Ad hoc reſpondeo negando primam conſequentiam: omnis enī credens adorare diabolum adorat diabolum et tamen non omnis credens adorare iſtum adorat iſtum/ quia enim ideo preciſe volo adorare iſtum non quia credo eum eſſe iſtum: ſed quia eum credo eſſe diabolūm ideo ſi iſte non ſit diabolus nec adoro iſtum nec volo adorare iſtum licet credam me adorare iſtum et velle me adorare iſtum eo ꝙ volitio conformis maiori ſilogiſmi ſcilicet diabolus eſt a me adorandus/ facit vt ſigna facta in ꝓſentia iſtius non referantur in iſtum qui eſt preſens ſed referantur in eum quem ego adorare et credo et volo/ cum ego facio ſigna adorationis in preſentia iſtius ſicut q̄ꝫuncunq̄ꝫ quis flectat genua coram imagine non tamen adorat imaginem ſed deum per imaginem repreſentatum/ nec eſt alia differentia niſi ꝙ ego ſcio imaginem non eſſe deum: ſed hic ego credo hunc eſſe diabolum: ideo dico ꝙ in iſto eſt aſſenſus circa maiorem ſilogiſmi qui cum minore vera infert aſſenſum cōtrarium concluſioni et eſt volitio conformis maiori que contrariatur volitioni quam ego credo habere conformiter ad concluſionem/ ſilogiſmꝰ iſtius errantis eſt: diabolus eſt adorandus a me et non deus: hic eſt diabolus ergo hic eſt a me adorandus et quia minor eſt falſa ideo concluſio eſt falſa/ et ſi loco eius poneretur minor vera ſcilicet hic non eſt diabolus ſequeretur concluſio oppoſita ſcilicet hic non eſt a me adorandus

**Cōtr ... et ſe ... ꝯclu ...**

¶ Ubi Nota ꝙ aſſenſus circa maiorem ſilogiſmi illius ſequitur volitionem voluntatis mote aliquo motiuo. Aſſenſus vero circa concluſionem non ſequitur volitionem ſed ſequitur aſſenſum circa maiorem et minorem ſilogiſmi. Volitio autem circa concluſum aliquando ſequitur aſſenſum circa concluſionem aliquando non/ cuʒ ea que exterius facimus per nullam relationem mentis poſſunt eſſe alia q̄ꝫ ſunt vt concubitus habitus cum coniugata per nullam relationem mētis poteſt non eſſe adulterium. Cum vero ea que exterius facimus per actum mentis referentis poſſunt eſſe alia q̄ꝫ eſſe videntur et creduntur tūc volitio que poteſt eſſe circa concluſum non ſequitur aſſenſum ſed ſequitur volitionem illam quem ſequebatur aſſenſus circa maiorem/ et quia hoc modo contingit in actu adorandi ideo q̄ꝫuis credam adorare iſtum non tamen adoro iſtum. Sʒ hec alio loco dicenda ſunt diffuſius.

**Sol.**

¶ Ad tertiam concedo antecedens et nego conſequentiam quia primus ideo grauius peccat quia vult adulterari et ſecundus non vult niſi fornicari: grauius autem eſt habere volitionem adulterij cum exteriori fornicatione q̄ꝫ volitionem fornicationis cum exteriori adulterio. Ad confirmationem concedo antecedens.

**Cōtra q̄ ... cōcluſion ...**

¶ Contra quintam conclu-

ſionem arguitur ſic. mulieres ſunt magis ductibi
les a concupiſcentíjs cum plus de humore habe
ant ergo mulieres minus peccant adulterando
q̄ꝫ viri. Confirmatur per Chriſoſtomū dicentem
ꝙ propria paſſio mulieris eſt luxuria. Confirma
tur ſecundo per Ariſtotelem ſeptimo ethicorū di
centem ꝙ mulieres proprie loquendo non dicun-
tur incontinentes propter facileꝫ inclinationem
in concupiſcentias. Confirmatur tertio quia muli
eres ſunt per naturam minus ſtabiles. Secundo
bonum rationis preualet quibuſcunqꝫ paſſionuꝫ
motibus, ſed vir plus habet de bono rationis et
magis diſcernit inter facienda et fugienda igit.
Tertio vir et mulier non ad imparia iudican-
Solutiões. tur. ergo vir ⁊ mulier equaliter adulterando pec
cant. ¶ Ad primaꝫ concedo antecedens loquen
do de ducibilitate in ea vicia contra que nō eſt eis
ingenitus pudor. Sed dico ꝙ propter facilitateꝫ
earum cōtra aliqua vicia natura mulieribus pu
dorem ingenuit et verecundiam. ideo de talibus
negatur et ſimiliter rn̄detur ad tertiaꝫ confirma-
tionem. Ad primam cōfirmationem dico ꝙ pōt
multipliciter intelligi ꝙ propria paſſio mulieruꝫ
ſit luxuria. vnomodo propter maiorem excitatio-
nem et ſic falſum eſt cū viri plus habeant de prin
cipio excitatiuo quia plus habent de calore. ſecū
do quia magis operi illi ſufficiunt ſeu quia plus
poſſunt ⁊ ſic concedo. tertio quia luxuria eas ma
xime dedecorat et dehoneſtat et ſic iterum conce
do. Ad tertiam reſpondeo negando conſequenti
am quia contra facilem inclinationeꝫ natura eis
pudorem ingenuit quo retrahuntur. Ad ſecun-
dam diſtinguo maioreꝫ vel ꝙ preualeat vel ꝙ ſit
excellentiſſimus et ſic concedo vel ꝙ ſemper pre-
ualeat id eſt vincat paſſionum motus et ſic nego
Ad terciam concedo antecedens de imparitate
obligationum preuenientium et ortorum ex vin
culo matrimonij. Sed dico ꝙ ſunt alie obligatio
nes ex honeſtate et alijs circunſtantíjs impares
Cōtra ſextā in viro et muliere. ¶ Contra ſextaꝫ et ſeptimam
et ſeptimaꝫ concluſiones arguitur ſic. Peccata illorum ſunt
ꝯcluſiones. eiuſdem rationis et ſpeciei: ergo ex ſola intentio-
ne recipiunt grauitatem ſed peccatum cum me-
retrice poteſt eſſe intenſius q̄ꝫ cum non meretrice
et peccatum cum ea que non ſemper ſeruauit ca-
ſtitatem poteſt eſſe intenſius q̄ꝫ cum ea que ſem-
per ſeruauit caſtitateꝫ igitur. Secundo Qui mu
lierem etiam coniugatam reperit in lupanari ha
bet ſufficiens argumentuum ꝙ ſoluta eſt et non
coniuncta et quā uis etiam coniugata ſit tamen
propter vilitatem perſone ſue non meretur priui
legio coniugatarum gaudere ergo peccatū cum
ea commiſſum non eſt adulterium. Tertio. Po-
natur ꝙ aliquis habeat centum ſcuta et primus
fur aufferat ab eo decem: ſecundus decem et ter-
tius decem. conſtat ꝙ tertius plus dānificat eum
q̄ꝫ ſecundus quia minus relinquit ſibi et ſecun-
dus pluſq̄ꝫ primus: ergo qui tertio adulteratur cum
muliere grauius peccat q̄ꝫ qui ſcd̄o et qui ſcd̄o
Solutiões. grauius q̄ꝫ qui primo. ¶ Ad primam negatur ma
ior. peccatum enim primi habet pudicitiam mu-
lieris quam ſeducit pro obiecto non autem pec-
catum ſecundi, ideo licet quodlibet ſit adulterium

non tamen ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime.
Ad ſecundam negatur antecedens licet enim ar
gumentum illud ſit probabile et coniecturam ge
neret non tamen eſt ſufficiens et maxime atten-
dendo ꝙ hoc faciendo dat operam rei illicite. Et
vlterius dico ꝙ licet propter vilitatem perſone
non mereatur vti priuilegio coniugate. concubi-
tus tamen cum ea eſt adulterium quia concubi-
tus non habet ꝙ ſit adulterium vel non ſit ex di-
gnitate vel vilitate perſone ſed ex eo preciſe ꝙ eſt
alterius. Ad tertiam dico ꝙ q̄ꝫtum eſt ex quanti
tate abſoluta partis ablate quilibet eum eque
damnificat quantum eſt ex ꝓportione partis ab
late ad totum a quo aufertur. tertius magis de-
inde ſecundus damnificat quantū vero eſt ex pre
paratione et inuentione aditus ad locum theſau
ri. tunc primus damnificat magis et hoc eſt quod
videtur in furto magne grauitatis ꝙ iter pandi-
tur futuris furibus et penes hanc conditioneꝫ cō
paratur primum adulterium furto primo non ſe
cundum alias cum in re que ibi eripitur non men
ſuretur iniuria ex parte quantitatis quod dictuꝫ
eſt de fure patet in eo qui theſaurum in loco ſecre
to vel difficilis aditus ſibi repoſuiſſe videtur ita ⁊
qui thorum habet caſtum multum ſe damnifica-
tum putat cum ad eum violandum inuentus eſt
aditus. ¶ Contra nonam concluſionem Arguit Contra no-
ſic. Adulterium non eſt diſtinctum a raptu: ergo nā ꝯcloneꝫ
adulterium non eſt ſpecies luxurie ab alijs diſtin
cta. Antecedens patet quia omnis violatio eſt cū
violentia: ſed omnis luxuria violentiam habens
eſt raptus. igitur cum adulteriuꝫ ſit violatio alie
ni thori omne adulterium eſt raptus. Secundo.
Quantumcunqꝫ puella conſentiat ſi tamen infe
ratur violentia parentibus erit raptus ergo quā
tumcunqꝫ vxor conſentiat ſi inferatur marito vio
lentia erit raptus ergo cum adulterium dicatur
violatio propter violentiam illatam alteri con-
iugum ſequitur ꝙ omne adulterium eſt raptus.
Tercio. Omnis concubitus cum ea que eſt alte-
rius eſt adulterium ſed ſtuprum eſt concubitus
cum ea que eſt alterius ergo ſtuprum eſt adulte-
rium. Minor patet quia eſt concubitus cum ea
que eſt patris aut matris aut alicuius vel aliquo
rum vicem eorum gerentium. Ad primam nego
antecedens. Ad probationem nego aſſumptum.
¶ Dicitur enim adulterium violatio non quia Solutiões
ibi violentia contra reniſum actualem exhibeat:
ſed quia adulteriū et ſi fiat cū conſenſu vnius con
iugum/non fit tamen cum conſenſu alterius quia
nec conſentit nec conſentire debet nec rationabili
ter poteſt. Ad ſecundaꝫ concedo antecedens ⁊ cō
ſequens et nego conſequentiam quia adulterium
non dicitur violatio quia ſit ibi illata violentia:
ſed quia non habetur conſenſus eius que corpus
ſuum in alterius poteſtatem quo ad concubitum
dedit. ¶ Ad terciam dico ꝙ aliqua dicitur eſſe Aliqđ dr̄ eſ
alterius dupliciter. Uno modo per mutuam cor ſe alterius
poris dationem quo ad concubitum. Alio mo- dupľr.
do per ſubiectionem. Si primo modo concedo
maiorem et nego minorem. Si ſecundo modo ne
go maiorem et concedo minorem.

**Q**Uerit nono. Utrū inceſtꝰ ſit ſpecies luxurie ab alijs diſtincta. Arguitur ꝙ nō. Cuilibet luxurie opponit caſtitas: ergo quelibet luxuria eſt inceſtus. ꝯña tenet quia inceſtus dicitur quaſi caſtitate carens. Jn oppoſitum eſt communis ſententia auctorum.

*Quid inceſtus.* ¶ Notandum ꝙ inceſtus eſt cōcubitus eorum qui ob certā cognationis aut affinitatis neceſſitudineȝ cōiugiū prohibentur vt fratres/ſorores/conſobrini/et hmōi. Dixi autem certa quia nō quelibet cognatio aut affinitas cōcubitum inceſtuoſum facit.

*Duplex cognatio.* ¶ Eſt autē duplex cognatio ſcȝ carnalis et ſpiritualis. Carnalis ex cōmuni ſanguine oritur ita ꝙ illi dicuntur habere cognationem carnalem qui ex eodem ſanguine orti ſunt. Spiritualis auteȝ oritur ex adminiſtratione alicuius ſacramenti et maxime báptiſmi et confirmationis Ex cognatione autem carnali mediante concubitu oritur affinitas inter perſonas quo prius nulla tali neceſſitudine coniuncte erant: vt ſi ego perficiam matrimonium cum ſorore berthe. inter bertham et me naſcitur affinitas. et inter fratrem meum et ſororem berthe cōtrahitur affinitas. inter vero fratrem meuȝ et bertham vel proprie non contrahitur affinitas vel ſi contrahitur nō tamen in illo gradu in quo concubituȝ inceſtuoſum faciat.

*Priā ɔclō* ¶ Prima concluſio Concubitus qui vno tempore eſt inceſtuoſus alio tempore nō eſt inceſtuoſus. probatur inter quoſcunqȝ licitum eſt matrimonium inter eos concubitus non eſt inceſtuoſus ⁊ inter quos propter cognationem aut affinitatem non eſt licitum inter eos concubitus eſt inceſtuoſus. ſed in diuerſis tēporibus fuerunt alie et alie leges circa matrimonia perſonarum cognationeȝ aut affinitatem habentium et que licebant non obſtante cognatione vno tēpore. alio tpē ꝓpter cognationē nō licebant igitur. minor probatur. Nam poſt creatos primos homines et editam prolem ante debitaȝ multiplicationem humani generis fuit inter fratres et ſorores licitum matrimonium: nec concubitus eorum inceſtus erat. Fratres enim et ſorores cognationem habent ſecunduȝ lineam tranſuerſalem et non ſecundum lineam rectaȝ in qua linea recta ſecundum Scotum omnis concubitus fuit inceſtus etiam quocunqȝ tempore ita ꝙ ſi Adam vixiſſet vſqȝ nunc nullaȝ mulierem poſſet habere in coniugem quia quelibet data ſe habet ad eum ſecundum lineam rectaȝ Quicquid autem ſit vel fuerit de facto. Dico ꝙ ſi complexio que talis fuiſſet ꝙ non fuiſſet apta ex complexione ad generationem maſculorum ſicut multe reperiuntur et hoc Adam poſt multaruȝ filiarum generationem cognouiſſet: potuiſſet accipere vnā de filiabus ſuis in vxorem maſculorum generandorum cauſa/alias nec deo precipienti multiplicationem generis humani nec rationi naturali hoc indubitāter ſuadenti ſatiſfeciſſet quia per ſolam multiplicationem feminei ſexus non ſufficienter multiplicabatur humanum genus nec fuiſſet ſatiſfactum intentioni precipientis. Secundo. Jn omni lege fuit de facto prohibitus ſub certo gradu cognationis concubitus. Probatur de lege nature per illud. Relinquet homo patrem et matrem et adherebit vxori ſue. Ubi videtur expreſſe prohibere ne idem ſit pater et maritus et ne eadem ſit mater et vxor quia alias eidē adherere et non adherere iuberemur. Jn lege veteri patet in Exodo. Jn lege noua patet. Nam prohibitus eſt concubitus vſqȝ ad quartuȝ gradum ex patrum conſtitutionibus.

*Scda c* ¶ Secunda conrluſio. Leges de ſanguineorum matrimonio aliquando fuerunt latiores aliquando vero arctiores q̄ȝ nunc ſint. Patet quia tempore legis nature et vſqȝ ad ſufficientem multiplicationem humani generis non videbatur prohibita commixtio niſi ſecundum rectam lineam ſecundum quam aliter ab altero mediate vel immediate procedebat nec tempore legis veteris videt fuiſſe tam arcta prohibitio ſicut nunc. Secundū patet quia tempore Gregorij Pape apud iaȝ cōfirmatos et roboratos in fide erat prohibita commixtio vſqȝ ad ſeptimum graduȝ apud alios vſqȝ ad quintum vt patet ex quadam epiſtola quā ad Auguſtinum Anglorum preſuleȝ ipſe Gregoriꝰ ſcripſit nunc vero latior eſt lex quia non prohibetur commixtio niſi vſqȝ ad quartū gradū.

*Tertia cluſio.* ¶ Tercia concluſio. Lex de prohibitione commixtionis vſqȝ ad quartum gradum eſt rationabilis. Probatur illa lex eſt rationabilis per quā multo plures in ciuitate amicitia colligantur et vniuntur: ſed per hanc legem multo plures in amicitia colligantur et vniuntur igit. Maior patet quia amicitia eſt multum vtilis et deſiderata ad conſeruationem ciuitatis. Et minor probatur quia ſi liceat indifferenter quoſcunqȝ de cognatione ſua in matrimonium iungere tunc idem erit frater et maritus eadem erit ſoror et coniunx. ſi autem nō liceat tunc iſte due neceſſitudines que non erant niſi in duabus perſonis erunt per quattuor perſonas extenſe. Nam vna erit ſoror et alia vxor/ et vnus erit frater et alius maritus et ita per hoc quattuor coniungentur in amicitia vbi prius nō fuiſſent niſi duo coniuncti et hanc rationem diffuſius deducit Auguſ. xv. de ciui. dei. Secūdo. nullus actus turpis aut fedus et in quo facientes deprehenſi naturaliter verecundantur exercendus eſt cum hijs quibus reuerentiam et honorificentiam debemus niſi neceſſitas exigat: ſed actus venereus eſt turpis et fedus in quo facientes deprehenſi verecundantur et inde eſt ꝙ non exercetur niſi in occulto et ad eos qui cognationem nobiſcum habent reuerentiam debemus/et ideo apud antiquos non erat licitum vt dicit Ualerius. filium ſimul cum patre balneari ne ſeinuiceȝ nudos conſpicerent/et propter hanc cauſam dicitur leuiti. decimo octauo. Mater tua eſt non reuelabis turpitudinem eius. Tercia ratio perſone ſanguine coniuncte ſimul conuerſantur ergo ſi non arcerentur a coniunctione mutua graue ad moduȝ periculum immineret ne ſine vinculo matrimonij frequentius commiſcerentur. Quarto. quia ſi amori quem naturaliter habet homo ad conſanguineam adderetur amor vxori cum eſſet inter eos nimius ardor amoris et maximum libi-

dinis incentiuum. Sed hec ratio ſuperioribus forte ſeculis valuit cum homines plus ſuperha bundarent in amore vxorū ꝙ deficerent: nunc autem cum ſit econtra non videtur multum effi cax. Quinto. Qualitates complexionantes vt plurimum conſequuntur ſanguineꝫ ita ꝙ cōmu niter vbi reperitur cōmunitas ſāguinis ibi repe ritur qualitatum corporalium cōmunitas: ergo ad huiuſmodi qualitates variādas ⁊ emendan das et temperandas vtile multum eſt vt connu bia fiant inter diſpares et eos qui non ſunt con ſanguineitate cōiuncti: quia tamen hec materia magis proprium locum habet vbi agitur de ma trimonio ideo ſufficiāt que de hoc dicta ſunt.

Q̄rta ꝯclo ¶ Quarta concluſio et ſi inceſtus non ſe exten dat de iure diuino ad affinitatem ſe tamen exten dit de iure hūano poſitiuo. Patet quia ex iure poſitiuo humano qui cōcubuit cū aliqua non po teſt ſororem eius in vxorem ducere nec cum ea ſi ne inceſtu commiſceri. Si quis tamen diceret ꝙ hoc non eſt propter affinitatem contractam: ſed propter conſanguineitateꝫ quo eſt inter ſorores due enim ſorores non poſſunt ſecundum legem nunc poſitam fieri caro vna cum vno viro ꝓpter conſanguineitatem earuꝫ nec duo fratres poſ ſūt nunc fieri caro vna cuꝫ vna muliere licet hoc non ſolum erat premiſſum ymo etiam iuſſum in veteri lege cuꝫ precipiebatur ꝙ frater accederet ad relictaꝫ fratris ſui qui deceſſiſſet ſine liberis vt ſuſcitaret ſemen ſibi Et ita diceret ꝙ prima repugnantia non venit ex affinitate inter ſororē vxorem et virum contracta Sed ex conſangui neitate que eſt inter duas ſorores aut inter duos fratres ꝓpter quam conſanguineitateꝫ prohibe tur duorum fratrum cum vna muliere et duarū ſororꝫ cum vno viro commixtio. Quicquid ſit de hoc ſiue vocetur conſanguineitas ſiue affinitas conſtat ꝙ eſt iure prohibita cōmixtio inter huiuſ

Q̄uīta ꝯclo modi perſonas. ¶ Quinta concluſio Cognatio ſpiritualis de iure poſitiuo humano facit cōmix tionē illicitam contrahitur autem huiuſmodi co gnatio ſpiritualis inter eos qui ſecundum ritum eccleſie ex miniſtratione ſacramenti aliquaꝫ de noninationem cognationis cōtrahunt. Dicitur enim aliquis pater ſpiritualis. aliquis cōpater. aliqua cōmater et quia iſtas tres denominatio

Tria ſacra- mēta faciūt cognationē ſpiritualeꝫ, nes videtur conſequi in tribus ſacramentis ſcili cet baptiſmo/ confirmatione/ et penitentia iō co gnatio per hec contracta ſacramenta facit con cubitum inceſtuoſum dꝫ hoc habetur ex concilio magocienſi de eo ꝙ interrogaſtis ſi quis filiolaꝫ ſuam in vxorem duxerit et cetera. Et ſequitur de talibus ſic reſpondendū eſt. Si filiolaꝫ aut com matrem ſuam aliquis in coniugium duxerit ſe parandos eſſe iudicamus ⁊ graui penitentia ple ctendos. De penitentia autem ſacramento ait Simachus Papa. Omnes quos in penitentia ſuſcipimus ita noſtri ſunt ſpirituales filij vt ⁊ ip ſi quos vel nobis ſuſcipientibꝰ vel ſub trine mer tionibus vocabulo mergentibus vnda ſacri ba ptiſmatis regenerauit. Siluester quoqꝫ docens admonet vnumqueqꝫ ſacerdotuꝫ vt nullus cau ſa fornicationis ad ſuam penitentialeꝫ accedat quia ſcriptum eſt. Omnes quos in penitentia ac cipimus ita filij noſtri ſunt vt in baptiſmate ſu ſcepti quia ꝓpter ⁊ cetera. Ideꝫ ꝓhibet Celeſti; Papa dicēs. Si quis ſacerdos cuꝫ filia ſpiritua li fornicatus fuerit ſciat ſe graue adulterium cō miſiſſe et cetera. Ideꝫ habet. Non debet epiſco pus aut preſbiter cōmiſceri cuꝫ mulieribus que ei ſua fuerint confeſſe peccata et addit penam Aduertendum tamē ꝙ cognatio contracta per ſacramentuꝫ penitentie non tranſit ad aliaꝫ per ſonam/ non eniꝫ ex eo ꝙ tu audis bertham in cō feſſione contrahitur inter te et filiam berthe que cunqꝫ cognatio ſpiritualis/ ideo dico ꝙ vbi non reperitur ſpecialis prohibitio per hoc concubi tus non fit inceſtuoſus. ¶ Secūdum multos au teꝫ in ſacramento baptiſmi et confirmationis cō trahitur triplex cognatio ſpiritualis paternitas compaternitas ⁊ fraternitas paternitas contra hitur tas in miniſtrante ſacramentuꝫ ꝙ in tenen tibus baptiſatum vel confirmatum. Compater nitas contrahitur ad parentes baptiſati ⁊ con firmati et maxime ſi ſint baptiſati quia baptiſ mꝰ eſt principiuꝫ omnis cognationis ſpiritualis et ideo nō tranſit huiuſmodi cognatio ſpiritua lis ad non baptiſatos ꝙ ſi parentum vnus non ſit baptiſatus et alius ſit baptiſatus tranſit ad vnū cognatio ⁊ nō ad alium ſed quicquid ſit de hoc vulgariſſimo mō dicendi quo dicitur ꝙ virtu te huius compaternitatis impeditur matrimo nium inter patrem ſpiritualem pueri et matrem carnalem eiuſdem ꝓpter cognationem ſpiri tualem contractam que eſt compaternitas vide tur mihi ꝙ compaternitas nullaꝫ cognationem ſpiritualem compatrum ad ſe inuicem ſed ad fi lium ſpiritualē importat ſicut concauſalitas nō importat habitudineꝫ cauſalitatis vnius ad al terum inter ipſas cauſas ſed ad ipſuꝫ cauſatuꝫ non eñi ratio cauſe dicuntur ea quorum vnuꝫ eſt cauſa alterius ſed ea que ſunt ſimul cauſa reſpe ctu tertij ita etiam cōpater dicitur vel ſimul pa ter vel ſe habens ad filium quo ad eſſe ſpiritua le ſicut ſe habet carnalis pater ad ipſuꝫ quo ad eſſe naturale cōſtat auteꝫ ꝙ ſic ſe haberr ad inui cem non ponit aliquaꝫ cognationem ſpiritualē in ſic ſe habentibꝰ fraternitas autē cauſatur in ter regeneratū et filios carnales regenerātis. di co tñ ꝙ iſte cognationes non egrediuntur perſo nas neꝫ tranſeāt ī alias perſonas ex natura rei ſed tm̄ ex inſtitutione poſitiua ideo vbi reperi tur prohibitio eſtimo eam factam eſſe pro reue rencia ſacramentorum et ſequenda eſt. vbi autē non reperitur expreſſa prohibitio non eſt ampli enda neqꝫ extendēda nec doctoribus iuris dicen tibus matrimoniū non tenere vel diſſoluendum eſſe credendum eſt niſi ius expreſſum adducant quia ſi non innitantur iuri oportet ꝙ innitantur ra tioni difficile eſt auteꝫ afferre rationem cogenteꝫ in iſtis in quibus principia videntur ex ſola in ſtitutione obtinere vim ſed quia iſta magis per tient ad materiaꝫ de matrimonio ideo vſqꝫ illuc reſeruantur vbi deo concedente circa vnūquod qꝫ ſpecialiter inſiſtemus vbi etiam dicetur de cō gnatione legali. Sed eſt queſtio vtrū vbicūqꝫ

In ſacramē to baptiſmi ꝯtrahit tri plex cogtiō

eccleſia prohibet matrimonium propter cogna
tionem vel affinitatem carnalem vel ſpirituale̅
ibi eo facto ſenciat concubitum no̅ matrimonia
lem eſſe inceſtu̅ Ad quod dico ꝙ ſic maxime de
cognatione et affinitate carnali. De ſpirituali
vero in aliquibus expreſſe dampnatus eſt co̅cu=
bitus non ſolum tanq̃ illicitus ſed etiam tanq̃
Ad quītaʒ ꝯcluſionem — grauioris culpe vt patet ex allegatis. ¶ Ad
quintam concluſionem. in alijs vero recurren=
dum eſt ad communem eſtimationem eccleſie:
in qua viuitur et ad moraleʒ honeſtateʒ putant
tamen non nulli in talibus ſemper eam parteʒ
aſſerendam eſſe per qua̅ homines magis retra=
huntur a peccatis ſed non puto deo gratum eſſe
falſis doctrinis et mendacijs homines a pecca=
tis retrahere in talibus ergo diſcutienda eſt ve=
Sexta ꝯclo — ritas et nihil temere aſſerendum. ¶ Sexta con
cluſio inceſtus eſt ſpecies luxurie ab alijs diſtin
cta ptʒ ſatis ex dictis diſtinguitur em̅ ab alijs in
hoc ꝙ concubentium vnus non poteſt eſſe licita
materia alterius propter cognationeʒ vel affini
tatem carnalem vel ſpiritualem. Ex quibus pa
grad⁹ iceſt⁹ — tet ꝙ inceſtus habet multos gradus ſecundum
quos etiaʒ peccata in grauitate aſcenſum habe̅t
Eſt em̅ omniu̅ ſummus grad⁹ co̅mixtio eoru̅ qui
cognationem habent ſecundum lineam rectam
vt patris et filie matris et filij ⁊ ſic de alijs. Se=
cundus commixtio ſecundum primum gradum
linee tranſuerſalis fratris et ſororis tercius co̅
mixtio penes ſecundum gradum eiuſde̅ linee la
teralis vt conſobrini et co̅ſobrine. quartus ſecun
duʒ terciuʒ quintus ſecundu̅ quartum. in primo
autem gradu poſſunt aſſignari gradus ſecu̅duʒ
maioreʒ vel minoreʒ proximitateʒ. tamen ſecu̅
dum ſcotu̅ maxime diſtantes ſecundum lineam
rectam grauiore̅ inceſtum co̅mittunt q̃ maxime
propinqui ſecunduʒ lineam tranſuerſalem Se=
cunduʒ cognationem ſpirituale̅ primus grad⁹
eſt inter regenerantem et regeneratu̅. ſecundus
inter regenerante̅ et parentem carnis. tercius in
ter regenerantem et prolem generantis. quart⁹
inter proleʒ regenerantis et prolem generantis
et hoc ſi de iſtis inueniatur ſpecialis prohibitio
Ideʒ diceretur de penitentie ſacramento in quo
co̅mixtio pertinet ad primum moduʒ cognatio=
nis ſpiritualis in affinitate etiam potiſſim⁹ gra
dus inter marituʒ et matrem coniugis ſue. ſecu̅
dus inter maritum et ſorore̅ coniugis ſue eode̅
modo etiaʒ de parentibus ⁊ fratribus mariti di
cendu̅ eſſet Ali⁹ gradus ſumeret penes cogna=
tionem legalem que eſt propinquitas perſona=
rum ex adoptione proueniens Cuius eſt duplex
ſpecies ſcilicet arrogatio que fit in euʒ qui eſt ſui
iuris: et adoptio que fit in eu̅ qui eſt iuris alteri⁹
¶ Septima co̅cluſio inceſtus no̅ eſt ſpecies ſpe
Septima ꝯcluſio. — cialiſſima luxurie patet qꝛ vt dictum eſt continet
ſub ſe multos gradus ſpecie differentes vt pa=
tet ex ſexta concluſione nec valet quod dicit tho
mas ꝙ perſona affinis coniungitur alicui pro=
pter perſonam conſanguineitate coniunctam ⁊
ideo quia vnuʒ eſt propter alterum eiuſde̅ ratio
nis ingerentiam faciunt affinitas et conſangui=
neitas. tum primo quia q̃uis affinitas ex co̅ſan
guineitate naſcatur ita ꝙ no̅ eſſet affinitas ſi no̅
eſſet conſanguineitas tamen alia ratio eſt affini
tatis a ratione conſanguineitatis et multe perſo
ne ſunt affines que non ſunt conſanguinee et in
multis gradibus conſanguineitatis fit inceſtus
in quot gradibus affinitatis non fit inceſtus qua
re inceſtus mentalis conſanguineoruʒ aliud ha
bet obiectum qua̅ inceſtus affinium et differunt
peccata iſta in grauitate vt conſtat: et non tantu̅
ſecundum intentionem: ergo ſecundum ſpecieʒ.
Tum ſecundo quia ſub inceſtu co̅tinetur co̅mix
tio eorum qui habent cognationeʒ ſpiritualem
et legalem ergo inceſtus non eſt ſpecies ſpecia=
liſſima imo nec inceſt⁹ conſanguineoru̅ eſt ſpe=
cies ſpecialiſſima. ¶ Contra concluſione̅ reſpo̅
ſiuam arguitur ſic inceſtus non i̅portat de ſe ſpe — Co̅tra ꝯcluſionez reſꝑ
cialem rationem malicie ergo inceſtus non eſt
ſpecies luxurie antecede̅s apparet qꝛ accedere
ad conſanguineas vel affines no̅ eſt de ſe maluʒ
alias nunq̃ fuiſſet licituʒ. Secundo prohibitio
inceſtus tantum ordinata eſt ad concordiam et
amiciciam generanda̅ in ciuitate ergo inceſtus
non eſt per ſe malus. Conſequentia tenet quia in
ceſtus non plus habet de ratione mali q̃ oppo
ſitum eius habet de ratione boni. Ad primam
nego antecede̅s. Dico em̅ ꝙ inceſtus in ratione
ſua importat prohibitionem. Eſt enim inceſtus
concubitus cognatione̅ vel affinitate̅ habentiuʒ
lege prohibitus. Et ad probatione̅ dico ꝙ acce=
dere ad conſanguineos vel affines contra prohi̅
bitionem eſt de ſe maluʒ qꝛ hoc eſt accedere con
tra recta̅ ratione̅. Ad aliquos tamen accedere
conſanguineos eſt contra legem nature non ſo
lum hominibus veru̅ etia̅ animalibus inſita̅ pu
ta accedere ad filiu̅ vel filiam nam filij naturali
ter debent reuerentiam parentibus cui maxime
per hoc opus fedu̅ et turpe derogat et hoc bru
ta animalia abhominari videntur. Na̅ vt refert
Ariſtoteles octauo de animalib⁹ quida̅ equus
quia deceptus fuit vt matri co̅miſceret ſeipſum
precipitauit et quida̅ camelus etiaʒ deceptus vt
matri co̅miſceret deceptorem peremit. Aliaruʒ
vero perſonarum co̅mixtio que per ordineʒ ad
parentes co̅mixtione̅ habent non habet tantam
indecentia̅ ſed circa hec variatur decentia et in
decentia ſecundu̅ co̅ſuetudinem et legem huma
nam vel diuina̅ Et ideo habet Auguſtinus pri
mo de ciui. dei ꝙ co̅mixtio ſororuʒ et fratru̅ qua̅
to fuit equior co̅pellente neceſſitate ta̅to poſtea
facta eſt damnabilior prohibe̅te religione. Ad
ſecunda̅ dico ꝙ illa no̅ eſt ſola cauſa / ſed preter
hanc multe alie allegate ſunt et preterea nega=
tur conſequentia quia ſicut que per ſe valent ad
concordiam ciuitatis ⁊ amiciciaʒ ciuium ſunt ꝑ
ſe bona ita que per ſe huic nocent ſunt per ſe ma
la poſita prohibitione. Cauenduʒ eſt tamen ne
ex multiplicitate huius quod eſt ꝑ ſe bonu̅ et per
ſe malum quis decipiatur. Ad rationem ante
oppoſitum negatur conſequentia quia inceſtus
quod aliqui volunt co̅poni ex in et caſtus quaſi
non caſtus ſiue ex propria ſignificatione ſiue ex
appropriatione tantu̅ ſignificat co̅cubitu̅ illum
qui ob cognationeʒ vel affinitateʒ eſt illicitus.

Q Uerit decio vtruʒ
vicium contra naturaʒ ſit inter pec=
cata carnis grauiſſimũ peccatum lu
xurie? Arguitur ꝙ non aliqua peccata luxurie
ſunt immediate contra deũ vt luxuria perſona=
rum deo dicatarum ſed peccatum contra natu=
ram non eſt imediate contra deuʒ igitur. In op
poſitum eſt Auguſtinus libro de adulterinis cõ
iugijs dicens omniũ horum peccatorũ que ſcili=
cet ad luxuriam pertinent peſſimuʒ eſt quod cõ=
tra naturam ſit. ¶ Notandum ꝙ actus luxurie
dicitur eſſe tripliciter contra naturam. vno mo=
do ex parte materie quando ſcilicet aliquid aſſũ
mitur pro materia luxurie quod non eſt ordina=
tum a natura vt ſit materia reſpectu illius vt cũ
maſculus in maſculũ vel femina in feminã tur=
pitudineʒ operatur vel quilibet eorum in ſeipſo
et hoc dupliciter. Uno modo cum variato debi=
to ſexu retinetur eadem ſpecies vt in exemplis
dictis Alio modo cũ variatur ſpecies ꝗuis etiã
retineatur ſexus vt cum homo cuʒ iumento coit
aut cum alio alterius ſpeciei. Secundo contin=
git innaturalitas ex parte inſtrumenti ex parte
mulieris nanqʒ mutatur aliquãdo vas naturale
in innaturale ex parte viri etiam mutatur inter=
dũ inſtrumentum et iſte due ĩnaturalitates ſunt
enormes que proprie ab beſtialitatem pertinẽt
prima aũt mutatio ſi non egrediatur ſpecieʒ ha
bet ſemper annexaʒ ſecundam Sed non econ=
tra naʒ ſi maſculus luxurietur cum maſculo hoc
fieri non poteſt ſine innaturalitate inſtrumẽti ex
parte alterius eoꝝ Similiter cũ quis ſe polluit.
Tercia innaturalitas eſt cum ſeruata naturali=
tate in materia et inſtrumẽto ſeu va ſe in mõ ope
randi ordo nature peruertitur. Ordo eniʒ natu
re eſt vt femina ſub et vir ſupra iaceat ſic diſpo
ſitis corporis vt pedes pedibus et vultus vulti
bus reſpondeant. Contra quem ordinem natu=
re errari poteſt controuerſis corporibus. Scd̃o
controuerſis maſculi et femine ſitibꝰ ita ꝙ ma=
ſculus ſub et femina ſupra iaceat tercio cũ neu
ter eorum ſub et neuter ſupra et hoc dupliciter
vno modo lateretenus alio modo retrotenus in
va ſe tamen femineo. quarto mõ cuʒ neuter iacet
ſed vel ambo ſtãt vel ambo ſedent vel vnus ſtat
et alter ſedet. Primus modus ⁊ ſi ſit poſſibilis
non tamẽ videtur ab aliquo fieri cũ ꝓpter inepti
tudinem ad opus libidinoſum non augeat vo=
luptatem. Secundus habet etiam multuʒ inna
turalitatis cum nec ſit aptus retentioni ſeminis
propter vas femine controuerſum/nec etiam ſit
aptus emiſſioni ſeminis virilis: concubitus qui
fit lateretenus minus innaturalitatis videt̃ ha=
bere cum in eo nec vir nec femina tantum diſtẽt
a ſitibus ſuis et vultus vultibus et pedes pedi=
bus reſpondeant. Qui vero fit retrotenus plus
innaturalitatis habet. tuʒ quia licet pedes pedi
bus non tamen vultus vultibus reſpondent Tũ
ꝓpter acceſſũ ad ſitũ corpoꝝ q̄ eſt ſodomitico vi
cio. Quidam eum coitum qui cum brutis beſtia
litatem vocant. cum vero qui fit in re eiuſdeʒ ſpe
ciei debito tamen ſexu non ſeruato ſodomiticuʒ
vicium appellant illuʒ vero quo quis ſe polluit
immũdiciaʒ ſiue molliciem. Sed iudicio meo ſe
cundum horum etiam Ariſtoteles appellat be=
ſtialitatem. ¶ Ideo ſit prima concluſio. Sodo
miticuʒ vicium eſt ſpecies luxurie. probatur om
ne opus libidinoſum illicitum eſt ſpecies luxu=
rie: ſodomiticum vicium eſt opus libidinoſum il
licitum igitur eſt ſpecies luxurie. Minor proba
tur quia omne tale eſt innaturale ergo illicitũ.
Omne enim tale eſt contra honeſtatem quam
natura inſtituit in vſu talis voluptatis ergo ſecũ
dum regulam Ariſtotelis omne tale eſt illicituʒ
cum enim amor voluptatis ĩpellit contra hone=
ſtatem nimis diligitur voluptas et peccatur. Eo
dem modo probatur ꝙ omne peccatum contra
naturam eſt ſpecies luxurie. ¶ Secunda conclu
ſio ſodomiticum peccatum non eſt ſpecies luxu
rie ſecundum graduʒ ĩcontinentie aut ĩtemperã
tie. Probatur omnis continentia et incontinen=
tia temperantia et intemperantia ſunt circa de=
lectationes humanas et naturales ſed ſodomi=
ticum vicium non eſt circa delectationes huma=
nas et naturales ſed circa beſtiales. igitur. Ma
ior eſt Ariſtotelis in ſeptimo ethicorum ita dicẽ
tis ipſarum autem differentias aſſumẽdum quẽ
admodum enim dictum eſt ſecundum principia
he quidem humane ſunt ⁊ naturales et genere ⁊
magnitudine he autem beſtiales. harum autem
circa primas temperantia et intemperantia eſt
ſolum propter quod ⁊ beſtias neqʒ temperatas
neqʒ intemperatas dicimus. Minor probatur
auctoritate eiuſdem in eodẽ ſeptimo vbi loquẽs
de ſpeciebus beſtialitatis. ſed hec quideʒ inquit
propter orbitates hec autẽ propter conſuetudi=
nes fiunt hec autem propter pernicioſas natu=
ras et poſt pauca enumerat coitum cum maſcu
lis ita dicens puta pilоruʒ euulſiones ⁊ virginũ
corroſiones: ſed hec autem carbonuʒ et terre cuʒ
his autem que venereorum maſculis his quidẽ
enim natura his autem ex conſuetudine accidũt
puta aſſuefactis ex pueris. Secundo probatur
concluſio nulla malicia ſuperabũdans ſiue trã
ſcendens terminos humane nature eſt inconti=
nentia vel intemperantia ſed omne tale vicium
trãſcendit terminos humane nature ita ꝙ tur=
pitudo eius ita eſt aliena ab humana dignitate
vt ſit infra communẽ deiectioneʒ hominum ita
ꝙ homines cõmuniter et vt in pluribus tale vi=
cium horrent propter maximaʒ eius vtilitatem
igitur. Hanc rationẽ tangit Ariſtoteles in eodẽ
ſeptimo ita dicens. habere quidem igitur ſingu
la horũ extra malicie terminos eſt quẽadmodũ
et beſtialitas Et ſequitur. habenteʒ autem ſupe
rare vel ſuperari non ſimpliciter incontinentia
ſed ſecundum ſimilitudinem quemadmodum ⁊
circa iras ⁊ cetera vbi vult dicere ꝙ hoc modo ſu
perhabundanter malus non eſt dicendus abſo
lute incontinens ſed ſecunduʒ ſimilitudineʒ vel
vt poſtea eodem capitulo magis explicat cũ ad
ditione huius quod eſt beſtialis vel egritudina=
lis puta dicetur incontinẽs incontinentia beſtia
li vl' incontinẽtia egritudinali. ¶ Tertia cõclu=
ſio ſodomicum vicium eſt luxuria ſecundũ gra

Actꝰ venereus tripl'r dr̄ cõtra naturam

Pria ꝯclo

Scda ꝯclo

Tertia ꝯclo

q̄dum beſtialitatis probatur omnis luxuria eſt ſe-
cundum gradum incontinentie intēperantie aut
beſtialitatis ſed ſodomiticum vicium eſt luxuria ⁊
non ſecundum gradum incontinentie aut intem-
perantie ergo ſecundum gradū beſtialitatis mi-
nor patet ex precedenti concluſione et etiam prin
cipalis concluſio ex auctoritatibus ibidem addu
Q̄rta ꝯclo ctis probari poteſt. ¶ Quarta concluſio aliqua
luxuria beſtialis eſt minus mala q̄z non beſtialis
licet ſit turpior et inhoneſtior probatur hec cōclu
ſio ratione ariſtote. in eodez ſeptimo omnis pra-
uitas que fit a non habente principiū humanoꝝ
actuum eſt minus mala q̄z q̄ fit ab habente hu-
iuſmodi principium ſed interdū ſodomiticam fit
a non habente principiū humanorum actuū ſcꝫ
a non habente vſuꝫ rationis igitur maior eſt ariſto
telis ita dicentis innocentior enim prauitas ſem-
per que non habet principiuꝫ intellectus aūt pri
cipiū minor patet per ariſtoteleꝫ in eodem ſeptio
dicenteꝫ ꝙ in hmōi beſtialibꝰ non eſt corruptum
principiuꝫ quēadmodū in homine id eſt ſicut cor
rumpitur in eo qui non egreditur terminos hu-
manitatis ſed corruptū eſt et non habet vbi vult
dicere ꝙ in malo qui tamen eſt homo ⁊ nō beſtia
lis ratio corrupta eſt id eſt deprauata et habetur
vſus rationis ſed deprauatꝰ in eo vero qui eſt be
ſtialis non habetur vſus rationis neqꝫ deprauua-
tus neqꝫ non deprauatus ſed omnino corruptus
eſt. Secundo probatur idem expreſſa auctoritate
Ariſtotelis dicentis ibidem. minus auteꝫ beſtia-
litas malicia terribilius autem ⁊ probat hoc ra-
tione iam inducta vbi vult dicere Ariſtoteles ꝙ
licet beſtialitas ſit terribilior q̄z malicia id ē pra
uitas ex electione proueniens intra tamen limi
tes humanitatis conſiſtens eſt tñ minus maluꝫ.
Tercio oē viciū qđ ineſt aut ꝓpter egritudinē aut
ꝓpter cōſuetudinē aut ꝓpꝫ nature peruerſitateꝫ
eſt minus eo qđ ineſt ex electione ſed aliqñdo lu
xuria ſodomitica et beſtialis ineſt propter egritu
dinem aliquando propter cōſuetudinem ⁊ aliqñ
propter nature peruerſitatem igitur. Maior pa-
tet quia quanto vicium minus habet de electiōe
tanto videtur minus ⁊ hanc minorem habet ibi-
dem Ariſtoteles ita dicens quātis quidem igitur
natura cauſa hos vtiqꝫ nullus diceret incontinē
tes q̄zadmodum neqꝫ mulieres quoniam non du
cunt ſed ducuntur. Similiter auteꝫ et egrotatum
habentibus propter conſuetudinem. Minor pro
batur auctoritate eiuſdeꝫ Ariſtotelis dicentis ſed
hec quidem propter orbitates id eſt morbos hec
aūt propter conſuetudines fiunt hec autē ꝓpter
ꝑniciosas naturas vult ergo Ariſtoteles ꝙ p̄dicti
actus beſtialitatis aliquando cōtingunt ex con-
ſuetudine vt cū quis a puero aſſueſcit ad concubi
tum maſculorū: pro quo quidem tempore neſcit
diſcernere feduꝫ a non fedo et turpe a non turpi
nec ſodomiticū a non ſodomitico per longam au
tē continuationē generatur beſtialis conſuetudo
que ſecundum Ariſtotelem nō habet tantuꝫ mali
cie q̄ztum habet opus intemperantie. Aliquan-
do vero ex natura fit id eſt ꝓpter malas qualita-
tes corporales a natura inexiſtentes inclinantes
ad huiuſmodi beſtiales actus aliquando vero ꝓ
pter morbos nam ſicut ex complexione naturali
aut etiam ex cibis et potibus poſſunt induci qua
litates corporales inclinantes ad huiuſmodi a-
ctus ita et ex morbis poſſunt ſimiliter induci.
¶ Quinta concluſio. Vicium ſodomiticum ha-
bituale eſt peccatum luxurie grauiſſimum. Dixi
autem habituale ad ſignificandum de illo qui ge
neratur ex actibus electionem voluntatis ſequen
tibus et non ex actibus ſequentibus impulſionē
qualitatum a morbis aut natura introductarum
aut inclinationeꝫ peruerſe conſuetudinis. Quod
ſit aliquod tale vicium beſtialitatis videtur in-
nuiſſe Ariſtoteles in ſeptimo ethicorum qui vbi
oſtendit ꝙ hec beſtialitas interdum ex egritudi-
nibus interdum ex conſuetudine interduꝫ ex per
niciosa natura cauſatur: ſubiungit. eſt et circa ho
rum ſingula ſimiles videre habitus. Dico auteꝫ
beſtiales ecce quomodo poſſunt generari in vo-
luntate habitus habentes inclinationem talem
qualem habent conſuetudines male perniciosa
natura et egritudines hoc autem vicium aliquan
do contingit in viris magnis fame et glorie cupi
dis qui vt faciant ſibi nomen celebre de caſtita-
te reſpuunt naturalem luxuriā et innaturali vtū-
tur credentes per hoc ſatiſfacere voluptati et glo
riam caſtitatis apud homines conſequi. ꝙ auteꝫ
tale vicium habituale ſit grauiſſimum peccatum
luxurie patet. Omne peccatuꝫ luxurie quod tranſ
cēdit limites et terminos humane luxurie eſt gra
uius eo quod non tranſcendit huiuſmodi limites
ſed ſodomitica ſiue beſtialis luxuria tranſcendit
limites humane luxurie quia omnis humana lu
xuria habet delectationem naturalem hec autem
innaturalem habet et beſtialem igitur confirmat
Ariſtoteles comparendo beſtialitatem ad intem
perantiam et dicendo eam eſſe minus malaꝫ hoc
ideo aſſerit vt patet ex ratione ſua quia minus ha
bet rationis et principium agibilium in beſtiali
magis corruptum eſt et ob hoc tales dicuntur be
ſtie quia maxime accedunt ad beſtias et cum eis
gerunt in carendo principio agibilium ſcilicet ra
tione et intellectu ergo cum vicium eſt habituale
cauſatum ex actibus electiuis et ſpontaneis tale
vicium erit deterius luxuria ſecundum gradum
intemperantie et generaliter omni alia ſpecie lu-
xurie. Secundo omnis luxuria que exercetur cuꝫ
corruptione viarum et ordinum inſtitutorum a
natura eſt peccatum grauius ea que fit ſine huiuſ
modi corruptione ſed ſodomitica luxuria eſt hu-
iuſmodi: igitur. Maior videtur manifeſta quia ī
qualibet peſſima eſt principiū corruptio quod ma
xime apparet in ſpeculatiuis in quibus error cir
ca principia eſt turpiſſimus ⁊ periculoſiſſimꝰ ita
etiam in delectationibus illicitis in quibus error
qui circa ea que ſunt a natura inſtituta aliquid
turpitudinis in ſe continet eſt grauiſſimus nam
inhoneſta inhoneſte facere eſt turpiſſimum con-
ſtat auteꝫ ꝙ ſolum matrimonium dat honeſtateꝫ
actui venereo ergo huic actui addere inhoneſta-
tem vel ex parte materie vel ex parte inſtrumēto
rum eſt inhoneſtiſſimum neqꝫ tamē eſt veruꝫ vni
uerſaliter ꝙ quicquid agitur contra ea que ſcđm
naturam ſunt determinata eſt grauiſſimum ⁊ tur

piſſimū ambulare enim manibus et capite in ter
ram verſis eſt agere contra id quod eſt a natura
inſtitutum: ſimiliter ambulare in tergū et tamē
hoc non eſt grauiſſimū peccatum cum illud inter
dum ſine peccato fieri poſſit idcirco maiorē illam
Sexta ꝯclō ita limitaui et reſtrinxi. ¶ Sexta concluſio non
omnia peccata contra naturã ſunt equalis gra
uitatis. probatur quia peccatorū contra naturã
quedam peccant in materia / quedam in īſtrumē
to ⁊ quedam in modo ſiue in ſitu corporū. peccã
ta autem in materia ſunt grauiſſima puta q̃ pec
cant in ſpecie vt coitus cū iumentis aut in ſexu
vt coitus maſculorū cū maſculis et iſtorum pri
mi grauius peccant q̃ ſecūdi quia plꝰ diſtat pe
cus ab homine q̃ femina a viro que aūt peccant
in inſtrumento habent ordinem in grauitate: nã
cum non ſeruatur vas debitum eſt grauius puta
cum vir cum femina coit in vaſe viro ⁊ femine cō
muni et non in vaſe femineo. deinde cum vel nō
habetur vas vt cum quis ſeipſū polluit aut etiã
cum q̃uis habeatur vas non tamen adhibetur
inſtrumentum aptum vaſi vt cum femina ſeip-
ſam polluit pro eodem aūt habeo ꝙ femina femi
nam aut ſeipſam polluat ⁊ ſemper adhibetur in
ſtrumentum indebitum. Similiter pro eodē ha
beo ꝙ vir ſeipſum polluat aut vir virum per mol
liciem puta cum virga manibus agitatur aut cū
fit fricatio alio modo pertinente ad molliciem.
Poſtremo vero loco et minoris grauitatis ſunt
illa in quibus erratur in modo aut ſitu concuben
tium cum ſcilicet obſeruata debita ſpecie et vaſe
et inſtrumētis cōcubentes non habent ſitum illū
ſecundum quē natura inſtituit libidinoſū opus
fieri. ꝙ aūt iſtud ſit minoris grauitatis q̃ pecca-
tū imundicie vel molliciei. probatur materia ⁊ in-
ſtrumenta magis ſunt de pertinentibus ad opus
q̃ ſitus operantiū ſed in ſodomitico vicio ⁊ mol
licie erratur circa materiã ⁊ inſtrumenta in aliis
aūt erratur tantum in ſitu ⁊ poſitione operantiū
igitur. Secundo poteſt eſſe aliqua cauſa rationa
lis propter quam opus libidinoſum factum con
tra naturã ſitus et poſitionis non erit culpabile
mortaliter imo ſecundū aliquos nec venialiter ſed
non poteſt ſubeſſe aliqua cauſa propter quã er-
ror in materia aut inſtrumēto non ſit mortaliter
culpabilis igitur. Maior patet in caſu impregna-
tionis cū ſcilicet cōcubendo in ſitu inſtituto a na
Septima concluſio tura timentur propter periculū fetus. ¶ Ex qui
bus omnibꝰ patet ꝙ inter omnia peccata contra
naturam minoris grauitatis ſūt in quibꝰ imitatur
ſitus a natura inſtitutꝰ. et hec ſit ſeptima conclu
Octaua cōcluſio ſio. ¶ Octaua concluſio. Non quodlibet pecca-
tum contra naturam eſt ceteris peccatis luxurie
grauius patet quia peccatū quod fit contra natu
ram ſitus non videtur eſſe ita graue ſicut adulte
rium nec ſicut inceſtꝰ nec ſicut raptus imo diffici
le eſſet oſtēdere ꝙ mutatio ſitꝰ adderet circūſtan
Nona ꝯclō tiam mortaliter culpabilem. ¶ Nona concluſio
ſodomia maſculi in maſculū eſt grauior q̃ maſcu
li in feminã. patet quia ſodomia maſculi in maſcu
lum eſt abuſus perſone et vaſis in ſodomia ma-
ſculi in feminã eſt abuſus vaſis ſed non perſone
femina enī poteſt eſſe licita materia reſpectu ma

ſculi ſed maſculus nullo modo poteſt eſſe licita
materia reſpectu maſculi. Decima cōcluſio adul Decia ꝯclō
terium ſtuprū ⁊ raptꝰ magis perturbant ſtatum
tranſquillum ciuitatis q̃ peccata contra naturã
patet quia prima ſunt directe in iniuriã proximi
vt conſtat non autem peccata contra naturã. Ex
his patet ad queſtionē reſponſio. ¶ Contra pri Cōtra pmã
mam concluſionem arguitur ſic primo viciū cōtra cōcluſionē
naturam non continetur ſub malicia ergo non eſt
ſpecies luxurie. conſequētia tenet quia omnis lu
xuria eſt malicia Secundo luxuria conſiſtit circa
actus ad humanam generationē ordinatos ſed
viciū contra naturam conſiſtit in actibꝰ ex quibꝰ
non poteſt ſequi generatio ergo viciū contra na-
turam non eſt ſpecies luxurie. Tercio omnis lu-
xuria eſt concubitus illicitus ſed aliquod eſt pec-
catū contra naturam quod non eſt concubitus il
licitus vt patet de peccato quo quis ſeipſum pol
luit ergo aliquod eſt peccatum contra naturam
quod non eſt ſpecies luxurie. ¶ Ad primã reſpō Solutiōes;
deo quod malicia accipitur dupliciter. Uno mo Malicia ca
do vt eſt nomen vicii et peccati ita ꝙ omne viciū pit dupl'r
et peccatū dicitur malicia ⁊ ſic nego antecedens
Alio modo accipitur malicia vt eſt nomē gradꝰ
in vicio et tunc malicia diſtinguitur contra inconti
nentiã ⁊ beſtialitatem et in hoc ſenſu cōcedo an
tecedens et nego conſequentiam ⁊ ad probatio-
nem nego aſſumptum accepto nomine malicie ſe
cundo modo aliqua enim luxuria eſt incontinen
tia vt illa in qua eſt grauis et valida rationis ob
murmuratio cum ſcilicet in peccando homo ma
gis videtur duci a paſſione q̃ conſentire aliqua
etiam luxuria eſt malicia vt illa in qua non eſt ta
lis obmurmuratio ſed plena electio actus mali q̃
non eſt infra cōmunē delectionē hominum. ali-
qua etiam eſt beſtialitas cum ſcilicet actus libidi
noſus eſt infra cōmunem delectionem hominū.
Ad ſecundam nego maiorem ſi intelligitur vni-
uerſaliter ſed ſolum verū eſt de luxuria naturali
eſt tamen vniuerſaliter verū ꝙ luxuria eſt circa de
lectationes ſimiles delectationibꝰ que contingūt
in actibus ordinatis ad humanam generationē
luxurioſus enim non querit humanã generatio
nem principaliter ſed veneream delectationem.
Ad terciam nego maiorem ſed bene verū eſt de
luxuria naturali non eſt igitur luxuria omnis con-
cubitus illicitus ſed omnis luxuria eſt opus libi-
dinoſum illicitum. ¶ Ad terciam nego maiorē
Contra quartam concluſionem arguitur per ra- Cōtra q̃rtã
tiones quinte concluſionis Ad illas rationes ne cōcluſionē;
gantur maiores vniuerſaliter intellecte ſed opor
tet addere ſi talis luxuria ſit mere ſpontanea ⁊ ſi
ne corruptione principii agibiliū ſcilicet rationis
ex culpa proueniēte quia ſi in ſic luxuriante ſit corru
ptum principium agibilium ſine culpa eiꝰ ſicut
contingit quando beſtialitas prouenit a natura
aut morbo aut ex mala cōſuetudine que inducta
eſt anteq̃ in operante eſſet vis diſcretiua talium
operationū tunc licet talis actus ſit turpiſſimꝰ et
indecētiſſimꝰ inter omnes actus luxurie nō eſt tñ
peſſimꝰ ¶ Cōtra quintã concluſionē arguitur adul
terium / ſtuprū / inceſtꝰ / et raptꝰ / magis contrariã Cōtra q̃ntã
tur caritati q̃ peccatū ſodomiticū ergo ſūt eo gra cōcluſionē

uioꝛa.ꝯña tenet quia tanto aliquod peccatuꝫ eſt
grauius quanto magis cõtrariatur caritati. añs
patꝫ qꝛ pꝛedicta ſunt directe in iniuriam ꝓximi
non autem peccata cõtra naturam. Scdo adulte
rium inceſtus et raptus in perſo nas deo dicatas
ſunt imediate in iniuriam dei ſicꝰ ⁊ quodlibꝫ ſacri
legium ſed peccata ſodomitica nõ ſunt cõtra deũ
immediate igr̄. Tertio tanto aliquod peccatum
eſt grauius q̃ꝫto in perſonas nobis magis cõiun
ctas cõmittitur cum ſecundũ oꝛdinem caritatis
eas magis diligere debeamus ſed inceſtus ſemꝑ
eſt in perſonas coniũctas. peccatum auteꝫ ſodo=
miticum interduꝫ inter perſonas alienas ꝙ ince=
ſtus eſt aliquo peccato cõtra naturam grauius.
Quarto agere ꝯtra oꝛdinem inſtitutum a natu=
ra nõ eſt tante grauitatis vt faciat peccatũ maxi
mum in genere illo igr̄. añs patꝫ. Tum pꝛimo qꝛ
multa fiunt contra naturã in quibus nõ eſt pec=
catum vt pꝫ de iactu lapidis ſurſum de actu re=
trogrediendi ⁊ de operibus miraculoꝛuꝫ hec enĩ
omnia ſunt contra naturã ⁊ tamen non ſunt pec
cata. Similiter calefactio aque. Ad pꝛimam ne
gatur añs. ſodomiticum enĩ peccatum licꝫ nõ ſit
tñ contra pꝛoximum ſaltem non participantem
in crimine q̃ꝫtum adulterium raptus ⁊c̃. tamen
magis nocet facienti q̃ꝫ ꝑdicta noceant et facien
ti ⁊ pꝛoximo eius et pꝛeterea ſodomiticuꝫ eſt con
tra deum nõ ſolum tanq̃ꝫ ꝯtra pꝛecipientem ſed
tanq̃ꝫ etiam cõtra oꝛdinatoꝛem nature quia cum
deus ſit oꝛdinatoꝛ nature q̃ contra hmõi oꝛdineꝫ
agit: agit contra deum ⁊ hec eſt ſententia Aug.
iij. libꝛo confeſſionuꝫ dicentis. Flagitia que ſunt
contra naturam vbi ſemꝑ deteſtanda ⁊ punien=
da ſunt q̃lia ſodomitarum fuerunt que ſi omnes
gentes facerent eodẽ criminis reatu diuina lege
tenerẽtur que nõ ſic fecit homines vt ſe illo vterẽ
tur modo violatur quippe ipſa ſocietas q̃ cuꝫ deo
nobis eſſe debet cum eadem materia cuius ille au
ctoꝛ eſt libidinis peruerſitate polluit. Ad ſecun=
dam negatur minoꝛ vt iam apparuit. Dico ꝙ ꝙ
peccata ſodomitica tanto ſunt grauioꝛa q̃ꝫto oꝛ
do nature hũane inditus eſt pꝛioꝛ ⁊ ſtabilioꝛ quo
libet alio oꝛdine nature humane ſuꝑaddito in iu
ria enim ſacrilega ſolum offenditur ius poſiti=
uum ad quod oꝛigatur aliq̃s ex libera pꝛeſtituti=
one voluntatis in peccato vero ſodomitico viola
tur ius nature editum. Ad tertiam cõcedo maio
rem ceteris paribus. nã adulterium in ſoꝛoꝛeꝫ eſt
grauius adulterio in alienam. et ſimiliter de ſtu=
pꝛo et etiam peccatũ contra naturam in conſan=
guineos eſt grauius q̃ꝫ in alienos. Dico tamẽ ꝙ
violatio oꝛdinis naturalis eſt grauioꝛ q̃ꝫ violatõ
oꝛdins conſanguineitatis et maxime q̃ñ eſt viola
tio quo ad materiam et inſtrumenta pꝛincipalia
quem oꝛdineꝫ magis intẽdit natura. ¶ Ad quar
tam dico ꝙ multiplex eſt agere contra naturam
quoddam eſt qꝺ eſt ſupꝛa facultateꝫ creature po
ſitum vt operatio miraculoꝛum ⁊ tale agere con
tra naturam nõ eſt opus peccati ſed eſt opus ex=
cellentie. aliud eſt qꝺ eſt infra facultatem homi=
nis et illud eſt duplex quia quoddã eſt qꝺ pꝛeciſe
dicitur contra naturaꝫ qꝛ eo aliquid mouetur cõ
tra inclinationeꝫ ſibi datam a natura aut ad ali

quid ad quod nõ oꝛdinauit ipſum natura et tunc
dico ꝙ nõ habet aliquid ꝙ ſit peccatum ex eo qꝺ
hoc mõ eſt contra naturã. Aliomõ aliquod age=
re dicitur eſſe contra naturam qꝛ ad aliqueꝫ actũ
turpem et verendum exercendum aliquid aſſu=
mitur qꝺ non aſſumi vel non aſſumitur quod aſſu
mi natura inſtituit et illud aſſumi. et iſtud nõ aſ=
ſumi eſſe illicitum vnicuiq; potenti vti ratione cõ
ſtat eſſe indecens turpe et illicitum et tũc dico ꝙ
hoc mõ eſſe ꝯtra naturam facit magnam graui=
tatem in peccato. Tertiomodo aliqꝺ agere dici=
tur contra naturam qꝛ agens et patiens nõ ſe ha
bent taliter in agendo aliq̃ turpi et verendo qua
liter ea ſe habere natura inſtituit et qualiter etiaꝫ
illud agendo ſe habere conſtat eſſe indecenter ſe
habere et hocmõ eſſe contra naturam nõ facit tã
tam grauitatem. Et per hanc diſtinctionem poſ
ſunt ſolui omnes inſtantie in arguendo adducte
¶ Contra ea que dicta ſunt in ſexta et ſeptima
concluſione arguitur ſic. pꝛimo magis peccatur
cum fit abuſus alicuius rei q̃ꝫ cum omittitur de=
bitus vſus ſed mollicies conſiſtit in ſoli omiſſio=
ne concubitus alie autem ſpecies que ꝓueniunt
ex inoꝛdinato ſitu conſiſtũt in abuſu inſtrumen=
toꝛum ad concubitũ oꝛdinatoꝛũ igr̄. mollicies eſt
minus graue peccatũ q̃ꝫ concubitus ſtationalis
vel lateralis vel retrouerſus vel controuerſus.
Secũdo in omni peccato ꝓueniente ex abuſu ma
ioꝛ eſt grauitas que ꝓuenit ex abuſu rerum oꝛdi
natarum ad actũ illuꝫ q̃ꝫ q̃ pꝛouenit ex abuſu re
rum non pertinentiũ. Sed defoꝛmitas in concu
bitu controuerſo laterali. ⁊ ſic de aliĳs eſt abuſus
rerum pertinentiũ ad concubitum in ſodomitico
autem eſt abuſus rerũ non pertinentium ad illuꝫ
concubitũ ⁊ ſimiliter in mollicie igr̄. ſodomiticũ
non eſt grauiſſimũ peccatum inter peccata con=
tra naturam. Ad pꝛimam q̃ eſt Thome et ſequa
cium eius. Reſpondeo pꝛo quo eſt aduertendum
ꝙ beatus Thomas inter peccata contra naturaꝫ
ponit hunc oꝛdinem. Infimum locũ tenet in his
peccatum molliciei ſiue immũdicie ꝙ conſiſtit in
ſola omiſſione concubitus ad alterũ. Grauiſſimũ
autem eſt peccatũ beſtialitatis vbi non ſeruatur
debita ſpecies. Unde ſuper illud Geneſis. xxxvij.
Accuſauit fratres ſuos crimine peſſimo dicit glo
ſa ꝙ cum pecoꝛibꝰ miſcebantur. poſt hoc autem
eſt vicium ſodomiticũ vbi non ſeruat̄ debitus ſe=
xus. magis autem peccatũ eſt ſi non ſit debitum
vas q̃ꝫ ſi ſit inoꝛdinatio ſcꝺm aliqua alia ꝑtinẽ=
tia ad modũ concubitus. Qꝛ ergo iſte oꝛdo non
placet michi ideo reſpondeo et nego maioꝛẽ vni
uerſaliter intellectam Cũ enim natura oꝛdinauit
aliqua ad aliquem actum tũc maioꝛ eſt turpitu=
do in omittendo aliquod eoꝝ que natura oꝛdina
uit q̃ꝫ in abutendo oꝛdinatis ⁊ ad minoꝛem dico
ꝙ in mollicie non ſolũ eſt omiſſio alicuiꝰ oꝛdina
ti a natura puta vaſis vel membꝛi virilis ſed eti
am eſt abuſus oꝛdinati ⁊ aſſumptio non oꝛdina=
ti vt pꝫ in eo qui ſe polluit. per iſtud enim argu=
mentum equaliter pꝛobaretur ꝙ concubitus la=
teralis eſſet grauius peccatũ q̃ꝫ ſodomiticꝰ quia
in ſodomitico eſt omiſſio alicuius oꝛdinati a na=
tura ad concubitũ. Ad ſecũdam nego maioꝛem

ſimmo talis abuſus eſt minoꝛ ceteris paribus et
ideo ex oppoſito maioꝛis cum eadeꝫ minoꝛe be
Cōtra octauā ꝯclōneꝫ
ne pꝛobatur concluſio intenta. ¶ Contra octa
uam concluſioneꝫ arguitur ratione Thome op
poſitum tenentis. Erroꝛ circa pꝛincipia eſt gra
uiſſimus ſed ſe in omni peccato contra naturam
eſt erroꝛ circa pꝛincipia ergo omne peccatū con
tra naturam eſt quolibet quod non eſt cōtra na
turā grauiꝰ ⁊ per cōſequēs eſt grauiꝰ adulterio
inceſtu et ſic de alijs. Ad hoc ipſum poſſunt ad
duci rōes adducte ad quintā cōcluſionē. ¶ Ad
Duplex erroꝛ circa pꝛincipia.
pꝛimam dico ꝙ duplex eſt erroꝛ circa pꝛincipia
vnus eſt quo que ſunt pꝛima vera credūtur eſſe
falſa ⁊ que ſūt pꝛīa falſa credunt̄ eſſe pꝛīa vera
et iſte erroꝛ eſt grauiſſimus et periculoſiſſimus.
Alius eſt quo licet credamus pꝛincipia ipſa eſſe
vera non tamē vtimur eis comodo quo vti opoꝛ
tet ad inquiſitionē veritatis ita ꝙ eis vtimur in
interduꝫ ad concluſiones falſas. in peccatis cō
tra naturam. pꝛimo erroꝛi comparantur ea que
ſunt innaturalia ex parte materie aut inſtrumē
toꝛum. Secundo autem erroꝛi comparantur ea
que innaturalia ſunt ex parte modi concubitus
cōceditur ergo maioꝛ de pꝛimo erroꝛe ſed nega
tur de ſecundo. Ad pꝛimam pꝛo quinta conclu
ſione dico ſimiliter ꝙ dupliciter contingit tranſ
cendere limites humane luxurie ſcilicet vel ex
parte materie et inſtrumentoꝛum ⁊ ſic concedo
maioꝛem vel ex parte modi vtendi materia et in
ſtrumentis debitis et ſic ego nego. Et eodem
modo ad ſecundam. Ratio ante oppoſitum ſo-
luta eſt ex dictis.

# Queritur vtrum in

ter omnia luxurie naturalis peccata
inceſtus ſit grauiſſimum. Arguitur
ꝙ non quia adulterium magis ciuitatem pertur
bat igitur adulterium eſt grauius. In oppoſitū
arguit̄ quia inceſtus eſt peccatum contra reue-
rentiam naturalem igitur. ¶ Notandum eſt ꝙ
Sex ſpecies luxurie nāīs ſm aliquos.
ſecundum multos ſunt ſex ſpecies luxurie natu
ralis foꝛnicatio ſimplex/ſtupꝛū/aduterium/in-
ceſtus/raptus/et ſacrilegium. Eſt autem ſacrile
gium ſecundum eos qua perſona cultui diuino
dicata maculatur. Sed ſicut dictum eſt ꝙ ince-
ſtus impoꝛtat et ſignificat actuꝫ luxuriandi per
ſonarū cognationem vel affinitateꝫ tam carna-
lem ꝗ̄ ſpiritualem habentium: ita dicendum eſt
ꝙ adulterium ſignificat luxuriam perſonarum
quarum altera vel ambe alteri connexe ſunt car
naliter ſicut cōnectuntur per matrimonium vel
ſpiritualiter ſicut connectuntur deo per religio
nem Et quia perſona ſic deo dicata poteſt eſſe in
tegra coꝛpoꝛe poteſt eſſe carnalit̄ aut ſpiritali-
ter perſone conluxurianti coniuncta. ideo idem
peccatum poteſt eſſe per equiualentiam triplex
aut quadrulex. Nam ſi rapiatur virgo cōſangui
nea dicata xp̄o equiualebit peccatum illud ince
ſtui adulterio/ſpirituali/ſtupꝛo/⁊ raptui. ſi rapi
at quis deſpōſatā cōmatrē cōſanguineā dicatā
Chꝛiſto (poteſt eniꝫ deſponſata ꝑ conſenſuꝫ viri
religionem ingredi) erit per equiualentiaꝫ adul
teriuꝫ duplex quia deſponſata et dicata deo erit
inceſtus duplex: quia conſanguinea ⁊ cōmater
et erit raptꝰ Et ita hec vicia poſſunt inter ſe mul
tipliciter comparari. Vnomodo quia minimum
comparetur minimo vt ſi compararetur raptus
ſoluti ⁊ coꝛrupte inceſtui ī quarto gradū aūt ma
ximum maximo vt ſi compararetur inceſtus in
matrem raptui mulieris dicate deo Et in hac cō
paratione non debet eſſe coꝛuꝫ que comparatur
alterius in altero incluſio quod fieret ſi aliquis
cōpararet inceſtum ad raptum conſanguinee.
¶ Pꝛima concluſio aliquis inceſtus omni alio  Pꝛīa ꝯclō
peccato luxurie naturalis eſt grauioꝛ patet de in
ceſtu in matrem vel in filiam queꝫ nulla vnquā
lex admiſit ¶ Secunda cōcluſio aliquo inceſtu  Scđa ꝯclō
adulterium eſt grauius patet aliquis eſt inceſtꝰ
qui non eſt pꝛohibitus niſi de iure poſitiuo vt
concubitus cum conſanguinea in tercio vel quar
to gradu concubitus cum cōmatre hec enim tā
tum ſunt de iure poſitiuo ſed adulterium eſt taꝫ
contra ius poſitiuum ꝗ̄ contra ius diuinum ex
pꝛeſſum igitur ¶ Tercia concluſio aliquo ince-  Tertia ꝯclō
ſtu raptus eſt grauioꝛ patet de inceſtu cum con-
ſanguinea in quarto gradu et de raptu virginis
pꝛimum enim non eſt niſi contra ius poſitiuum
ſecundum eſt contra ius gentium. Cum autem
dico inceſtum in quarto gradu eſſe tantum de iu
re poſitiuo non intelligo concubitum illum lu-
xurioſum et cum non ſua eſſe tantum de iure po
ſitiuo pꝛohibitum ſed intelligo ꝙ quātuꝫ ad cir-
cūſtantiaꝫ illaꝫ q̄ facit ipꝫ eſſe inceſtū nō eſt niſi  Q̄rta ꝯclō
de iure poſitiuo. ¶ Quarta cōcluſio nō quilibꝫ
inceſtus eſt quolibꝫ ſtupꝛo grauioꝛ Pꝛobatur
quia multa plura incommoda pꝛoueniunt ciui
tati per ſtupꝛa ꝗ̄ per inceſtum meretricis cōſan
guinee in quarto gradu ⁊ ſi poneretur in optiōe
multitudinis ipſa potiꝰ eligeret inceſtū in q̄rto
gradu licē ꝗ̄ defloꝛationeꝫ virginū neq̄ reuerē
tia debita cōſanguineis oppoſitum conuicit qꝛ
reuerentia illa tanto minuitur magis ꝗ̄to ma-
gis cognatio ipſa a pꝛīo gradu recedit. ¶ Qui  Quita ꝯclō
ta concluſio omne adulteriū eſt ſtupꝛo grauius
Pꝛobat̄ adulteriuꝫ eſt humana ⁊ diuina lege
expꝛeſſe pꝛohibitū ſecundū circunſtantiā illam
ſecundum quaꝫ eſt adulteriū ſed ſtupꝛū non eſt
pꝛohibitum niſi humana lege niſi ſecunduꝫ ra
tionē illiciti concubitus in qua conuenit cū adul
terio quod intelligo non eſſe diuina lege pꝛohi-
bituꝫ in ꝗ̄tū hm̄oi ſub pena peccati moꝛtalis.
Naꝫ in deuteronomio. ſtupꝛatoꝛū pena tempe
ralis imponit̄ igitur. Secundo adulteriū eſt ex
pꝛeſſe pꝛohibitū pꝛohibitione decalogi ſed ſtu-
pꝛū nō eſt tali ꝓhibitione expꝛeſſe ꝓhibitū nec
ꝓhibitione legis euāgelice qꝺ intelligo vt pꝛiꝰ
quantūcū q̄ eīm doctoꝛes ſacri ꝓhibititionē deca
logi ad oēꝫ illicitū ꝯcubitū extendāt ꝯſtat tñ ꝙ
illa ꝓhibitio eſt tm̄ expꝛeſſa ꝓhibitio adulterij
⁊ ſi ſit alioꝛū ꝓhibitio nō tñ expꝛeſſa. Aliā rōeꝫ
addit thomas qꝛ maioꝛ eſt iniuria ſi quis abuta
tur muliere alteriꝰ poteſtati ſubiecta ad vſū ge
nerationis ꝗ̄ ad ſolaꝫ cuſtodiā ſed pꝛioꝛes rōes
magis mēmouēt et attentis incōuenientibꝰ que
contingūt per ſtupꝛuꝫ ſecluſa omni lege diuina
eſſet grauis queſtio quid eoꝛū eſſet grauius.

Contra predictas concluſiones poſſunt fieri multa argumenta que faciliter ſoluentur. ſi diligenter attendatur an cum comparantur due ſpecies luxurie adinuicem cetera ſint paria vt ſi compararetur ſtuprum inceſtuoſum ad adulterium ſimplex eſſet mala comparatio quia cetera non ſunt paria. Ad rationem ante oppoſitum negatur cõſequentia maxime de inceſtu primi gradus propter ius nature quod per ipſum violatur.

¶ De continentia gradu.

# Querit duodecimo.

Utrum cõtinentia ſit virtus a caſtitate diſtincta ⁊ temperantia. Arguitur ꝙ ſic per Andronicum dicẽtem ꝙ continentia eſt habitus innictus a delectatione.

¶ Notãdum ꝙ nomen continentie accipitur dupliciter. Unomodo vt ſignificat ceſſationem ab omni delectatione venerea ⁊ ſic duplex eſt cõtinẽtia ſcꝫ virginitas et viduitas. Alio mõ accipitur cõtinentia pro habitu quo quis ſuperat delectationes humanas vehementes cõtra iudicium rationis inſurgentes ſecundũ quam acceptionẽ dictum eſt ſupra in multis locis ꝙ continentia nõ nominat aliqđ genus virtutis ſed noiat graduꝫ in quolibet genere virtutis reperibilẽ: quia tamẽ delectationum humanarum potiſſime ſunt delectatiões guſtus ⁊ tactus ideo iſti gradus magis proprie reperiuntur in materia ⁊ genere virtutis temperãtie in alijs tamen omnibus reperiuntur Iſto ſecundo mõ accipit cõtinentiaꝫ Ariſ. in. vij. ethicorum. accipit eam etiam Andronicus in auctoritate allegata añ oppoſitum. Accipit etiam eam Caſſianus collatione duodecima vbi ponit differentiam inter cõtinentiam ⁊ caſtitatem. Eſt enim caſtitas cum caro nõ concupiſcit aduerſus ſpiritum ſed conſentit deſiderijs eius et ſibi confederatur ſecũdum illud Pſalmiſte. Habitauerunt fratres in vnum. Cõtinentia vero conflictuꝫ et impugnationem carnis ꝯiunctam habet [non caſtitas inquit] ſed cõtinentia dicitur vbi adhuc aliqua reſiſtit aduerſitas voluptatis. ¶ Notandum p̄terea ꝙ nomẽ virtutis accipitur dupliciter Unomõ pro habitu electiuo immediate ꝯſiſtente ⁊c̄. Aliomodo prout eſt nomẽ gradus in quolibet v̄tutis moralis genere reperibilis quomodo accipit virtutem Ariſto. vij. ethicorum cum ait. poſt hec autem dicendum aliud facientes principium quoniam circa mores frigidoruꝫ tres ſunt ſpecies. malicia/incontinentia/beſtialitas. contraria autem duobus quidem manifeſta hoc quidem em̄ virtutem hoc autem incontinentiam vocamus. ¶ Ex quo patꝫ etiã ꝙ malicia põt accipi dupliciter. Similiter temperantia põt accipi dupliciter. Unomõ vt eſt nomẽ generis v̄tutis. Secundomõ vt eſt nomen gradus v̄tutis quem ibi Ariſt. intelligit per virtutẽ et poſtea vocat multos temperantiã et oppoſitum eius intemperantiam, dictum eſt ſupra etiaꝫ ꝙ continentia vt eſt nomen gradus accipitur dupl'r. vnomõ cõmuniter ⁊ ſic continet ſub ſe pſeuerantiam. Aliomodo proprie eomõ quo diffinita eſt in p̄mo notabili et ſic diſtinguitur cõtra perſeuerantiam eodemmõ etiam de incontinentia dici poteſt.

[margin: Cõtinentia dupl'r accipitur. — Uirtus capit dupl'r. — Malicia capit dupl'r. Simil'r ⁊ tẽperantia. — Cõtinentia gdus dupl'r accipitur.]

¶ Prima cõcluſio. Cõtinentia primomõ nec a caſtitate nec a temperantia virtutibꝰ diſtincta eſt. probatur omnis continẽtia eſt caſtitas ⁊ omnis cõtinentia eſt temperantia igit. [margin: Pria]

¶ Secunda cõcluſio cõtinentia ſecundo mõ circa materiaꝫ caſtitatis exiſtens nec a caſtitate nec a temperantia virtutibus diſtincta eſt. patꝫ qꝛ omnis talis continentia eſt caſtitas ⁊ omnis talis eſt temperantia igitur. [margin: Scda]

¶ Tertia concluſio aliqua ꝯtinentia ſecundomõ a caſtitate ⁊ temperantia virtutibus diſtincta eſt patꝫ quia aliqua continentia pertinet ad iuſticiam: aliqua ad fortitudinem. quia in qualibet earum reperiuntur tres gradus virtutum. [margin: Tertia cluſio,]

Quarta concluſio ꝯtinentia ſecundomodo a caſtitate et temperantia gradibus diſtincta eſt. patꝫ hoc de continentia et caſtitate gradibus auctoritate Caſſiani allegata. de temperantia patꝫ per Ariſtote. in ſeptimo ethicorum pene per totum. [margin: Qrta]

¶ Quinta concluſio. Cõtinentia ſecundo modo et ſi ſit virtus primomõ accepto noie virtutis nõ tamẽ eſt virtus ſcđomodo patꝫ primũ qꝛ eſt habitus electiuus imediate conſiſtens ⁊c̄. patꝫ ſecũduꝫ quia continenia gradus nõ eſt temperantis gradus cum temperantia dicat abſolutionem a paſſionibus auertentibus nos ne ſequamur iudiciuꝫ rationis per diuturnam victoriaꝫ huiuſmodi paſſionum inexiſtentem. continentia vero ponit huiuſmodi paſſionum conflictum alie tamen conditiones ad eas exiguntur quas quia diffuſe alijs locis diximus pretermittimus. ꝗ continentia nõ eſt virtus gradus ꝯña tenet qꝛ idem ſunt cõuertibiliter virtus ſecũdomodo ⁊ temperãtia gradus. [margin: Quint]

¶ Et ſi queras quomodo differt caſtitas gradꝰ a temperantia. reſponſio ꝙ differunt ſicut ſuperiꝰ et inferius. Caſtitas enim dicit abſolutionem a delectationibus aut triſtitijs vt contra iudicium rationis ad venerea moueatur ſed ceſſante omni impetu et impugnatione circa venerea agit vel omittit quicquid recta ratio agendũ vel obmittendum conſulit temperantia vero gradus eſt abſolutio ab huiuſmodi impugnatione non ſolum circa actus venereos ſed etiam circa alia delectabilia. [margin: Dubiu]

¶ Sexta concluſio. Continentia gradꝰ nõ eſt tantum circa delectationes venereas. Probatur in omni genere virtutis reperitur continentia gradus ergo continentia gradus non eſt circa ſolas delectationes venereas. Conſequentia tenet quia non reperiuntur in omni genere virtutis delectationes veneree Antecedens probatur quia ſi quis in opere iuſticie patiatur impugnationes a rebꝰ delectabilibꝰ puta muneribꝰ vl'alijs hmõi et vincat frequenter talis erit iuſtus ſecunduꝫ aliquem gradum. et non ſecundum gradum heroicum quia tentatio non excedit communem facultatem hominum nec ſecundum gradum temperantie quia patitur impugnationeꝫ: ergo ſecundum gradum continentie. Secundo in omni materia reperibilis eſt continentia in qua reperiuntur paſſiones impellentes ad proſequendum aliquid quod recta ratio dictat non eſſe proſequẽdũ ſed in omni genere et materia virtutis reperiunt̄ huiuſmodi delectationes. Item per cupidita- [margin: Sext]

tē pecunie impellitur quis aliquando ad iniuſtitiam alius ad fugam vel proditionē ergo in his reperitur continentia maior eſt certa et minor eſt thome ſecunda ſecunde queſtione centeſima.lv articulo ſecundo dicentis. Proprie continentia dicitur circa illas paſſiones que impellunt ad aliquid proſequendū in quibus laudabile eſt vt ratio retrahat a proſequēdo licet tamē hanc maiorem ibidem limitare videatur ſed nimium voluntarie vt patebit ſoluendo rationem per eum adductam Tercio arguitur auctoritate ambroſij primo de officijs dicentis ꝙ generare decorū ita eſt ac ſi equabilem atq; vniuerſitatem honeſtatis habeat in omni actu ſuo continentem ſed cōſtat ꝙ non omnis actus pertinet ad delectatiōes tactus igitur. Quarto nomē continentie dicitur ex eo ꝙ aliquis ſe recte tenet in bono rationis et ſuperat paſſiones contra huiuſmodi bonum trahentes ſed multe paſſiones alie a delectationibus tactus trahunt hominem contra bonum rationis igitur circa alias paſſiones conſiſtit cōtinentia. maior eſt Ariſ. ſeptimo ethicorū dicentis continentia autem in eo quod eſt ſuperare. Quinto auctoritate tullij ſcd̄o rethoricorū dicentis ꝙ continentia eſt per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur ſed conſtat ſed cupiditas eque bene aut magis eſt diuitiarū ſicut delectationum tactus igitur et continentia non eſt circa ſolas delectationes tactus. Has rationes fere omnes ſoluit thomas per hoc ꝙ nomen continentie poteſt accipi communiter vt ſtricte: in quo non ab eo diſſentiendum tamen conſtet hos virtutum gradus in omni genere virtutis reperiri.

**Septima concluſio.** Septima concluſio continentia gradus eſt virtus a caſtitate ⁊ temperantia gradibus diſtincta patet ex dictis.

**Cōtra ſcd̄am cōcluſionē.** ¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic de ratione continētie eſt paſſio retrahens ſed hoc non eſt de ratione caſtitatis nec temperantie igitur Secundo temperantia virtus continet ſub ſe heroicā temperantiam ſed eam non continet ſub ſe continentia gradus igitur

**Solutiōes.** ¶ Ad primam concedo maiorem et minorē ⁊ nego conſequentiam quia continentia caſtitas ⁊ temperantia in ipſis accipiuntur pro terminis quorum eſt ratio et diffinitio in conſequente autem accipiūtur pro actibus vt habitibus. Ad ſecundam reſpondeo omnino eodem modo per has enim rationes probaret ꝙ homo non eſſet animal quia homo cōtinet in ratione ſua rationale et non animal ⁊ animal continet ſub ſe equum quē non continet homo.

**Cōtra ſextā cōcluſionē.** ¶ Contra ſextam concluſionem arguit ſic ſecundum ariſtotelem ſeptimo ethicorū continentia ⁊ incōtinentia ſūt circa illa circa q̄ ſunt tēperantia et intēperantia ſed tēperantia ⁊ intemperantia ſunt ſolū circa delectationes tactus: ergo ⁊ cōtinentia et incontinentia. Scd̄o ꝯtinentia ⁊ incōtinētia ſunt ſolū circa delectationes naturales ſed ſole delectationes tactus ſunt delectiones naturales igitur minor eſt certa et maior probatur quia continentia et incontinentia ſunt circa delectationes vehementiorē inclinationem facientes ſed delectationes naturales inter omnes vehementiorem iclinationem faciunt cum ſint principia omniū delectationum ſuperuenientium igitur. Tercio continentia proprie dicitur in materia in qua eſt difficilimum continere ſed in concupiſcentijs delectationū tactus eſt optimū ⁊ difficilimū continere igitur circa eas proprie eſt continentia Quarto circa ea non eſt proprie cōtinentia circa que homines proprie non dicunt cōtinentes aut incōtinentes Sed circa alias paſſiones homines non proprie dicunt continētes ſed ſecundum quid et cum appoſitione vt dicimus iſtum cōtinentē ire lucri honoris aut pecuniarū igitur. Quinto ſi ſic ſequeret ꝙ circa delectationes non humanas puta que ſunt in eſu carnium humanarū aut abuſu pueroꝝ vel beſtiarū eſſet continentia ſed conſequens eſt falſū vt pꝫ ſeptīo ethicoꝝ igit. Iſte rationes ⁊ maxie quattuor prie ſūpte ſunt et collecte ex dictis thome ad impugnationem ꝓdicte cōcluſionis.

**Solutiōes auctoris.** ¶ Ad primā concedo maiorē ⁊ nego minorē accipiēdo tēperantiā ⁊ intēperantiā vt ſignt gradus virtutū ⁊ vicioꝝ ſi aūt acciperentur vt ſunt nomina ſignificātia genera virtutū et viciorū maior eſſet falſa et minor vera. Ad ſecūdam nego maiorē q̄uis minor ſit falſa quia delectationes guſtus ſunt etiam naturales. ad probationem maioris concedo ꝙ ſunt circa delectationes facientes vehementē inclinationē ſed nō oportet ꝙ ille circa quas ſunt faciant vehementiorem q̄ cetere imo poſſent facere tam vehementem inclinationem ꝙ vehemētia ipā poneret actum extra gradum ꝯtinentie ⁊ faceret ipſum ptinere ad gradū heroicum puta ſi inclinatio facta eſſet tam vehemēs ꝙ pauci homines regulariter eam vincerent. Ad tertiā nego maiorem nā vt dictū eſt poſſet eſſe tāta difficultas ꝯtinendi ꝙ actus nō eſſet actus cōtinentie: ſed virtutis heroice puta ſicut vincere talē paſſionē eſſet ſupra cōmunē facultatē hominū.

**Quinq; ſignificatiōes cōtinentie.** ¶ Ad quartā [que eſt bona et ex dictis Ariſt. videt ꝓcedere] dico ꝙ nomen ꝯtinentie primo īpoſitū eſt ad ſignificandū ceſſationē ab omni actu venereo. Scd̄o a ſignificandum actus quib⁹ vincimus delectationes venereas nos ꝯtra rōnem ad opera libidinoſa trahentes. Tertio ad ſignificādū actus q̄bus vincimus delectatiōes nos ꝯtra rectā rōnē ad opera intēperantie q̄ in tactu et guſtu cōſiſtunt trahētes Quarto ad ſignificandū actus quib⁹ vincimus delectationes nos ꝯtra rectam rōnem trahentes. Quinto ad ſignificandū actus q̄bus vincimus delectationes ⁊ triſticias nos cōtra rectam rōnē trahentes. Quinto modo accipit Ariſ. vij. ethi. continentiā in principio cū ponit eam vnum ex tribus gradibus circa mores faciendorum Quarto mō accipit i eodē ſeptimo cū continētiā a perſeuerantia diſtinguit. Tertio mō in eodē ſeptimo tractatu prīo capitulo ſexto. Scd̄o mō accipit caſſianus. Prīo mō accipiūt multi ⁊ ꝓpter iſtas diuerſas acceptiōes cōtingit ꝙ cū de continente aut incontinente loquimur circa alias delectationes a tactu et guſtu aliquid addim⁹ vt magis explicam⁹ quid intēdim⁹ ⁊ hoc ſignificaſſe videt Ariſ. quarto ⁊ quīto capitulis. Ad quītam nego ꝯñā qꝛ cōtinentia eſt circa delectatiōes humanas a quib⁹ vinci nō deſicit hoīē infra cōmu

nēm vilitatē hominū ideo circa tales nec ꝯtinen
tia eſt nec incontinentia et hoc diffuſe habet Ari
ſto. in ſeptimo tractatu primo capitulo ſexto.
¶ Cōtra ſeptimam concluſionem arguit primo
Cōtra ſepti mā ꝯcl'onē. Continētia cōdiuidit virtuti vt pꝫ ſeptimo ethi
corum ergo ipſa nō eſt virtus. Secūdo peccant
multi continēdo puta ſi deſiderant facere aliqḋ
bonum et nō faciunt ergo ꝯtinentia nō eſt virtus
ꝯñſ tenet quia nullus vtendo virtute peccat vt
vult Auguſtinus libro de libero arbitrio. Tertio
nulla virtus retrahit hominē a licitis ſed tm̄ ab
illicitis ſed ꝯtinentia retrahit hominem a licitis
vt patet per gloſam ſuper quintū capitulum ad
Gal. dicentem ꝙ per ꝯtinentiam etiam quis a li
citis abſtinet. Ad primaꝫ dico ꝙ in ſeptimo ethi
co. Ariſto. accipit virtutem: nō vt ſignificat gene
ra virtutum ſed vt eſt nomen gradus idem cum
temperantia gradu ſignans. Ad ſecundam nego
añs et ad ꝓbationem nego aſſumptū qui em̄ de-
ſiderat facere bonū et nō facit nō dicitur ꝯtinere
nec continens. ſolus em̄ ille eſt continens qui con
tra paſſionū motus rationi recte inſiſtit. Ad ter
tiam nego maiorem omnes enim habitus conſi-
liorum retrahunt hominem a licitis ſicut ab illi
citis. Ratio ante oppoſitum ſoluta eſt ex dictis.

¶ De icontinentia gradu.

# Q Uerit decimo ter-
tio. Utrum incontinens ſit intempe-
rante deterior. Arguit ꝙ ſic quia in
continens magis agit contra conſcientiam ergo
eſt deterior. In oppoſitum arguit ſecundū Ari.
ſeptimo ethicorum. Intemperatus nō eſt peniti
uus. ſed impenitentia aggrauat peccatum igit.
Notandum ꝙ ſicut poſite ſunt diſtinctiones de
continentia ita et omnino ſimiles poni poſſunt
de incōtinentia: hic autem accipio ſecundū ꝙ eſt
gradus in moribus fugiendorum vt diſtinguitur
contra intemperātiam ⁊ beſtialitatem in qua ſi-
gnificatione continet ſub ſe molliciē et ideo ad-
huc poteſt ſpecialius accipi ſecundum ꝙ diui-
ditur contra molliciem ſicut continentia contra
perſeuerantiam. Non curo autem multum nunc
vtrum accipiatur iſto ſpeciali modo vel nō. dum
tamen accipiatur vt eſt nomen gradus viciȷ̄ ⁊ nō
Duplex in cōtinentia. generis viciȷ̄. ¶ Notanduꝫ preterea ꝙ duplex eſt
incontinentia. quedam eſt que dicitur preuolatio
alia eſt que dicitur debilitas. Preuolatio fit cum
inſurgente paſſione non expectamus conſilium
et deliberationem rationis ſed ſtatim ferimur ſe-
cundum motum paſſionis debilitas fit cuꝫ inſur
gente paſſione expectamus conſilium. ſed tamen
non manemus neꝗ perſiſtimus in eo.
Preuola-tio dupl'r ꝯ tingit. ¶ Preuolatio contingit dupliciter. Unomodo
quia ſumus faciliter ſequaces fantaſie et appre-
henſionis ſicut ſunt acuti id eſt collerici qui fre-
num rationis non expectant. Secundo modo cō
tingit ꝓpter vehementiam impreſſionis vt in me
lencolicis in quibus eſt apprehenſio tam fortis
et tam vehemens ꝙ ſine freno mouentur motu
paſſionis inſurgentis. Notandum eſt preterea ꝙ
iſte paſſiones trahentes ad illitum frequenter in
nobis ex qualitatibus corporalibus inſurgūt vt
patet per illud qḋ dictum eſt in precedenti nota
bili de colericis et melancolicis et habet ab Ari
ſtotele in ſeptimo. huiuſmodi autem qualitates
aliquando inſequuntur naturam generis vt in ſci
tarum regibus reperitur mollities qui ſe habent
ad alios homines vt femininum ad maſculinuꝫ
aliquando inſequuntur egritudinem. videmus
enim multos affici ad alia et alia propter egritu
dines quas patiuntur quia alie ⁊ alie qualitates
vim habent in corpore in aliȷ̄s et aliȷ̄s egritudi-
nibus: aliȷ̄ vero inſequuntur proprias complexi-
ones. Cum autē hmōi qualitates inſunt propter
naturam generis: aut ꝓpter egritudinē. cōtingit
interdum ꝙ ſunt ita vehementes ꝙ nō poteſt ille
qui afficitur talibus paſſionibus contratendere
ſiue pugnare contra paſſionem ꝓpter naturā ge
neris vel propter egritudinem et tūc ꝓprie tales
cum vincūtur a paſſionibus quas multi vincunt
non dicuntur molles: qꝛ mollicies ſiue vinci acci
dit ꝓpter naturam generis. Et ratio huius eſt qꝛ
vt videtur tota cauſa ꝙ vincuntur a talibus paſ
ſionibus ꝓuenit ex parte corporis ſicut ꝯtingit
in illis in quibus paſſiones ita creſcunt ꝙ auferūt
vſum rationis vt in amentibus. tales em̄ nō pro
prie dicuntur incōtinentes neꝗ molles per hoc
qḋ inſurgentes paſſiones inſequunt. et vt dicit
Tho. in iſtis vltimis qñ ſcꝫ totaliter auferẗ vſus
rōnis nō ſaluatur ratio incontinentie: michi aūt
videtur ꝙ neꝗ in primis ſcḋm doctrinam Ariſ.
¶ Et ideo ſit prima cōcluſio. Cōtinentia ⁊ incō-
tinentia ſunt circa paſſiones quas multi poſſunt Pria ꝯ
vincere. Iſtam cōcluſionē ſupra ꝓbaui diffuſe et
ad eā varios paſſus Ari. induxi. ¶ Scḋa conclu
ſio. Ille qui paſſiones quas multi poſſunt vince- Scḋa ꝯ
re nō poteſt ꝓpter naturam gñis aut egritudinē
ſuperare nō eſt dicendus incōtinens cū ab eis vin
citur. ꝓbatur primo auctoritate Ariſ. ita dicētis
in. vij. ethi. Sed et ſi quis ad quas multi poſſunt
abſtinē ⁊ ab hiȷ̄s vincit et non pōt ꝯtratendere
nō ꝓpter naturā generis vel ꝓpter egritudinem
puta in ſcitarū regibus mollicies ꝓpter genus et
vt femininū ad maſculinū diſtat. Scḋo Nullus
qui ſuperatur a paſſione quā pauciſſimi illius gene
ris et nature ſuperant eſt incōtinens: ſed tales ſu
perātur a paſſione quā pauciſſimi illius generis
et nature ſuperant. cū propter qualitates ex na-
tura generis inexiſtentes nō poſſint cōtratende-
re igit tales nō ſunt incontinentes. maior pꝫ ex
prima concluſione. Tertio nullus qui vincitur a
paſſione aliqua a qua vinci eſt cōdonabile ⁊ ma
xime ſi cōtra nitatur eſt incōtinens ſed ꝑdicti vin
cuntur a paſſionibus a quibus vinci eſt cōdona-
bile ſi ꝯtra nitāt cū difficilimū ſit eas vincere igit
maior eſt Ari. in eodē ſeptimo. Similiter aūt ha
bet circa ꝯtinentiaꝫ et incōtinentiā. Nō em̄ ſi qs
a fortibus ⁊ ſuperexcellentibus delectationibꝰ vin
citur vel triſticiȷ̄s admirabile ſed ꝯdonabile ſi cō
tratendens. Ubi expreſſe declarat Ariſ. ꝙ in tali
caſu vinci nō eſt incontinētia. ¶ Tertia cōcluſio
Incōtinentia nō eſt corꝑis ſed aīe habitꝰ ꝓbat. Tertia con cluſio.
Omne viciū eſt q̄litas mētis. incōtinētia eſt vici-
um igit. Pro hac cocluſione aduerte ꝙ in incōti
nente fragili ſiue debili inuenitur paſſio ipellens

ad illicitum vel retrahens a licito inuenitur ratio ad licitum ſuadens ꝛ exhortans ꝛ inuenitur hoc quod eſt vinci a paſſione cum voluntas relictes ractione ſe permittit duci ſecundum impetū paſſionis: hoc autē vinci eſt actus voluntatis ab impetu paſſionis ſuperate quod ſi frequēter fiat generat habitum in voluntate per quem voluntas inſurgente paſſione facilius vincitur ꝛ inclinatur ad non reſiſtendum aut ad minus reſiſtendum. Dico ergo ꝙ huiuſmodi paſſio corporalis non eſt incontinentia: ſed eſt qualitas impellens ad actum incontinentie/ et dicit eam Thomas occaſionem incontinentie quod non videtur mihi verum Eſt enim magna differentia inter cauſam impellentem ꝛ inclinantē et cauſā occaſionalē Similiter ratio reſiſtens vel adhortans ad oppoſitum non eſt incontinentia cum hec adhortatio ad oppoſitum non ſit vitioſus actus Eſt igitur incontinentia actualis ipſū vinci ꝛ ſuperari quod eſt actus liber voluntatis potentis reſiſtere ꝛ nō reſiſtentis. Habitualis autem eſt habitus ex frequentibus actibus genitus inclinans voluntatē ad actus cōſimiles illis ex quibus genitus eſt / ꝛ iſti actus et habitus ſunt proprie incontinentia: et ſunt vitia mentis. ꝙ ſi iſte habitus inclinans voluntatem ad non reſiſtendum impetui paſſionis et ad permittendū ſe duci a tali paſſione fuerit multum auctus ꝛ firmatus/ ita ꝙ voluntas nō plus reſiſtere conetur. Jam tandem incipit non ſolum non reſiſtere ſed conſentire paſſioni impellenti/ et tunc ex multis actibus generabitur habitus in voluntate inclinans eam ad illud idem ad quod paſſio corporalis inclinabat ipſam/ ꝛ quia nulla eſt ibi reſiſtētia neqꝫ obmurmuratio iſte habitus dicitur intemperantia. ex iſtis patet ꝙ paſſio corporalis non eſt ſolum cauſa per accidens actus incontinentie ſicut vult Tho. ſed eſt cauſa per ſe. quod pꝫ in eo in quo nundū eſt genitꝰ habitus incōtinentie: in tali enim voluntas non eſt totalis cauſa per ſe actus incontinentie: ergo preter eā eſt aliqua alia cauſa per ſe. Tum ſcd̄o quia omne per ſe ſuperans ꝛ vincēs eſt cauſa per ſe huius quod eſt ſuperari ꝛ vinci ſed paſſio eſt per ſe ſuperans ꝛ vincens voluntatē que cōtratendit ꝛ reſiſtit: ergo paſſio eſt cauſa per ſe huiꝰ quod eſt ſuperari ꝛ vinci: ſed ſuperari ꝛ vinci ſunt actꝰ incotinentie ergo paſſio corporalis eſt ꝑ ſe cauſa actꝰ incōtinentie Et per iſtud pꝫ ꝙ Tho. nō ſufficiēter hoc ꝓbat per illud mediū ꝙ paſſio non eſt cā per

Ista ꝯclo

ſe ſed occaſio tm̄. ¶ Quarta concluſio. circa paſſiones fugibiles ꝛ non vituperabiles nullus dicitur incōtinens. Probatur circa paſſiones circa quas non eſt malicia non eſt incontinētia: ſed circa paſſiones fugibiles tm̄ ꝛ nō vituperabiles nō eſt malicicia: ergo nec incōtinētia. Maior eſt Ariſ. qui poſtq̄ꝫ diuiſit delectabilia in delectabilia ſecūdū naturā/ eligibilia ꝛ delectabilia ſecundū naturā fugibilia ꝛ intermedia horum Et exemplificauit de primis vt pecunie lucrū victoria honor/ ꝛ ſubiecit ꝙ non vituperamur quia talia concupiſcimus ſed quia aliqualiter ea appetimꝰ ſcꝫ habundanter ꝛ magis q̄ꝫ oportet ſubiungit Malicia quidē igitur nulla circa hec eſt ꝓpter id quod dictū eſt quoniam natura eligibiliū vnum quodqꝫ eſt ꝓpter ſeipſū praue aūt ꝛ fugiende ſunt ipſorū cōcupiſcentie. Similiter autē neqꝫ incontinentia. Secundo patet expreſſa auctoritate eiuſdem dicentis ibidem. Incontinentia enim nō ſolū fugiendorū ſed etiā vituperabiliū. Ubi vult dicere ꝙ incontinentia ē eorum que non ſolū ſunt fugienda ſed etiā vituperabilia quia ſi intelligeretur aliter eſſet contra ꝓceſſum eius in eodē loco: ꝙ ſi incontinentia dicatur in illis puta in fugibilibus ꝛ non in vituperabilibꝰ hoc eſt propter ſimilitudinē paſſionis ſiue impugnationis ꝛ cum appoſitione ſiue additione alicuius vt dicimꝰ incontinētē ire quē tn̄ diceremꝰ ſimpliciter incontinētem: ſicut dicimus malū medicum quē tamen ſimpliciter non diceremꝰ malum Tercio probatur expreſſa auctoritate eiuſdē in eodē capitulo vbi poſita diuiſione delectabilium conſimili ei que dicta eſt in prima ratione huius concluſionis ita dicit. Eligibilia quidē ſcd̄ꝫ ſeipſa dico autē puta victoriam honorē diuicias et talia bonorum ꝛ delectabiliū. Eos quidē igitur qui ad hec preter rectam rationē ſuperexcellūt eamqꝫ in ipſis ſimpliciter quidē nō dicimꝰ incontinentes apponentes autem pecuniarum incontinētes et lucri et honoris ꝛ ire ſimpliciter autem non vt alteros vt alteros ꝛ ſcd̄m ſimilitudinem dictos Quarto quicquid vituperatur nō vt peccm̄ tantum: ſed vt malicia quedam vel ſimpliciter vel ſecūdum quandam partē hoc eſt vt accedens ad maliciā illud eſt tm̄ circa paſſiones vituperabiles: ſed incontinentia non vituperatur vt peccatū ſolum. i. vt diſcedens a recta ratione: ſed etiā vituperatur vt malicia vel vt accedens ad maliciā/ nam in eo qui frequenter vincitur a delectationibus poſt habitū incōtinentie cōſummatū circa eadē obiecta incipit generari habitꝰ malicie ſiue intemperātie gradus. Minor ꝓbatur quia quicq̄d vituperatur vt malicia eſt circa delectationes circa quas eſt malicia: ſed malicia non eſt niſi circa delectationes vituperabiles ergo nec incōtinētia ꝓprie eſt circa delectatōes vituprabiles. Quito circa illas delectatōes ē incōtinētia circa quarū triſticias prouenientes ex illarū abſentia eſt mollicies: ſed circa ſolas triſticias vituperabiles eſt mollicies ꝓprie ergo ꝛ circa delectationes ſolas vituperabiles ē proprie icontinētia. Hanc rationē tāgit Ariſ. in eodē loco cum ait. Signū autem eſt et enim molles dicuntur circa has circa autem illarū nullā Pro intellectu huius cōcluſionis declarandū eſt que ſunt delectatiōes fugibiles tantū ꝛ que ſunt delectationes fugibiles ꝛ vituperabiles. Videtur dicere beatꝰ Tho. ſcd̄a ſcd̄e q. c. lvi. articulo. ij. in reſpōſione ad cōcluſionē ꝙ ſunt delectationes praue cū ait. Et ideo phūs dicit in. vij. ethico. ꝙ incōtinētia vituperatur nō ſolū ſicut peccatū quod ſcꝫ eſt per receſſum a recta ratione: ſed ſicut malicia quedam in q̄ꝫtum ſcilꝫ prauas cōcupiſcentias ſcd̄m Tho. Incōtinens vult cōcupiſcentias ſequitur. Sed cōtra hoc eſt intentio Ariſ. ibidē dicētis. ꝙ incōtinētia honoris eſt circa prauas concupiſcentias quia eſt circa ſuperabundantiam honoris que praua eſt et fugibilis et tamen negat ꝙ ſit circa concupiſcentias

vituperabiles ergo non omnis ꝯcupiſcentia pꝛi
ua eſt vituperabilis. añs apparet ex textu iam al
legato. Nam de illis loquens ait. Praue autem
et fugiende ſunt ipſoꝛum ſuperhabundantie: et
ſtatim ſequitur. Incontinentia autem nõ ſolum
fugiendoꝛum ſed etiam vituperabiliũ. Ecce quo
modo aliqua ſunt praua ⁊ fugibilia que tamen
non ſunt vituperabilia. ¶ Dico ergo ꝙ ſecũdũ

Quid delectatões fugibiles tñ: ⁊ fugibiles ⁊ vitupabiles ſimul.

Ariſto. delectabiliũ quedam ſunt per ſe et ex na
tura ſua appetibilia. ꝙ intelligo ſic ꝙ poſſunt ap
peti rationabiliter etiam ſi propter nullum fineꝫ
creatuꝫ appetantur vt pecunie/lucrum/ victoꝛia
honoꝛ/et talia habent bene ſuperabundantias
prauas ⁊ fugibiles: ſed tamen nõ dicuntur vitu-
perabilia. Alia ſunt q̃ ſunt hijs cõtraria que ſcꝫ
ex natura ſua fugienda ſunt de quibus exempli-
ficat Euſtra. vt comedere crudas carnes eſt aliq̄-
bus delectabile quod tamen eſt fugiendũ per ſe.
Alia vero ſunt neceſſaria que poſtea appellat in
termedia que ſcꝫ ratione indigentie alicuius rati
onabiliter appetunt vt comedere/bibere. In pꝛi
mis qꝛ ſole ſuperabundantie ſunt fugiende. ideo
ipſa non dicuntur vituperabilia quia vero in ter
tijs nõ ſole ſuperabundantie ſunt fugiende quia
talia non ſunt neqꝫ ſecundum parum neqꝫ ſecũ-
dum multum appetenda niſi quando eſt indigẽ
tia aut ſaltem quando nõ ſunt nocitura bone diſ
poſitioni coꝛpoꝛis vel anime ideo dicũtur nõ per
ſe et ex natura ſua appetenda ſed neceſſaria ⁊ ap
petenda propter aliud. Scd̃a vero nec per ſe ap
petenda ſunt nec neceſſaria ad aliud niſi foꝛte ra
ro de aliquibus eoꝛum que poſſunt ſumi vt medi
camenta. Pꝛima ergo dicuntur ſcd̃m Ariſto. fu
gienda et nõ vituperabilia. Omnia vero alia di
cuntur fugienda ⁊ vituperabilia. Et hec eſt intẽ
tio Ariſt. in ſeptimo ethicoꝛũ vt patere poteſt
intuenti textum et circa iſtas delectationes vitu-
perabiles ⁊ neceſſarias ꝓpꝛie ponit continentiã
et incontinentiam. Per quandam autem ſimi-

Quīta ꝯclo

litudineꝫ circa pꝛimas. ¶ Quinta concluſio. In
continentia eſt peccatum pꝛobatur pꝛimo quia
ſecunde ad Thimoteum tertio connumeratur a-
lijs peccatis vbi dicitur. criminatoꝛes incontinẽ
tes immites. Secundo pꝛobat̃ auctoꝛitate Ari-
ſtote. ſeptimo ethicoꝛum ⁊ iam allegatum eſt di-
centis. ꝙ incontinentia non tantũ vituperatur
vt peccatum ſed vt malicia. Tertio omnis habi
tus inclinans voluntatem ad non reſiſtendũ: ſed
potius ſuccumbendum delectationibus vitupe-
rabilibus contra rectam rationeꝫ dictantem eſſe
reſiſtendum et non ſuccumbendũ eſt peccatum:
ſed incontinentia eſt hmõi vt patꝫ ex iam allega

Incõtinentia ẽ circa aliqd tripl̃r.

tis: g̃ incontinentia eſt peccatũ. ¶ Beatus Tho.
vero dicit ꝙ incontinentia eſt circa aliquid tripli
citer. Unomodo ꝓpꝛie et ſimpliciter et ſic eſt cir
ca delectationes tactus. Secundo mõ pꝛopꝛie et
non ſimpliciter ſed ſcd̃m quid ⁊ ſic eſt circa dele
ctationes per ſe appetibiles in quibus tñ reperi-
tur ſuperabundantia praua. Tertio mõ ſecundũ
ſimilitudinem ⁊ ſic eſt circa cõcupiſcentias eoꝛũ
quibus non poteſt quis male vti ſicut ſunt virtu
tes et hoc mõ Dionyſi. x. ca. de diuinis noĩbus di
cit ꝙ Pau. per incontinentiã diuini amoꝛis di-
xit Uiuo ego iam non ego. Hanc diſtinctionem
nõ repꝛobo dum cõſtet ex auctoꝛitatibus allega-
tis in iſta q̃ſtione ꝙ incontinentia ſcd̃o modo eti
am dꝛ per ſimilitudinem: ſed qꝛ alia eſt ratio ſimi
litudinis incõtinentie pꝛimo modo dicte ad ſcd̃o
modo et tertio mõ dictam ideo poteſt diſtinctio
Tho. defendi. ¶ Sexta concluſio. Intemperan- Sexta ꝯclo
tia eſt deterioꝛ et peioꝛ q̃ꝫ incontinentia. pꝛobat̃
quicunqꝫ operatur aliquid turpe qꝛ impulſus a
paſſione eſt minus malus q̃ꝫ qui a paſſione nõ im
pulſus operatur ſimile turpe: ſed incontinens o-
peratur tupiter qꝛ impulſus a paſſione. intempa
tus vero non impulſus a paſſione aut ſaltem re-
miſſe impulſus operatur turpiter igr̃. maioꝛ pꝫ
pꝛimo quia ſi ille qui nõ eſt impulſus a paſſione
operatur turpiter multo turpius operaretur ſi eſ
ſet in paſſione. Quid enim vtiqꝫ ait Ariſt. faceret
in paſſione exiſtens. Secũdo pꝛobatur a ſimili.
Nam qui nõ iratus percutit ẽ deterioꝛ eo qui ira-
tus percutit g̃ ſimiliter qui turpe operat̃ ſiue im
pulſu eſt deterioꝛ eo qui turpe operat̃ qꝛ a paſſio
ne impulſus eſt. minoꝛ pꝛobatur qꝛ intempanteꝫ
dicimus qui operat̃ turpiter nõ qꝛ a paſſione im
pulſus eſt ſed ex electione ꝓpꝛia. Incõtinentem
vero qui operatur turpiter quia a paſſione impul
ſus eſt. Secundo. Omne vitiũ inſanabile eſt dete
rius eo quod eſt ſanabile maxime qñ illa ſunt cir
ca eandem materiam: ſed intempantia eſt inſana
bilis incontinentia vero ſanabilis eſt igr̃. maioꝛ
eſt nota. et minoꝛ pꝛobatur quia intempatus nõ
eſt penitiuus: ſed perſiſtit ĩ electione ſua. inconti
nẽs vero qui a paſſione ducitur penitet cuꝫ ceſſat
paſſio. Tertio. Omnis malicia continuata et
non interrupta eſt ceteris paribus deterioꝛ mali-
cia non cõtinuata: ſed interrupta. ſed intemperã
tia eſt continuata ⁊ nõ interrupta malicia. incõ-
tinentia vero eſt malicia nõ continuata ⁊ inde eſt
ꝙ intempantia aſſimulatur idropiſi ⁊ ptiſi. incõ-
tinentia vero epilentie. Quarta rõ. intemperat⁹
eſt malus malicia que eum latꝫ quia non penitet
nec murmurat in eo conſcientia: ſed incontinens
eſt malus malicia que non eum latet cum ſit pe-
niturus ⁊ habeat remurmurantem conſcientiaꝫ:
igit̃. intemperatus eſt deterioꝛ incõtinente. Nam
cum in malicia latente latentia venit ex ꝑuerſi-
tate ⁊ coꝛruptione rõnis ipſa facit eã deterioꝛem
ſecus eſt ſi latentia ꝓueniret ex erroꝛe inuĩcibili
aut cũ magna difficultate vincibili. Quinto. om
nis ꝓſequens delectationes ex electione volunta
tis quia ſcꝫ iudicat eas eſſe pꝛoſequendas eſt dete
rioꝛ eo qui eas pꝛoſequit̃ ſine electione volunta-
tis nec iudicat eas eſſe ꝓſequendas: ſed intempa
tus pꝛoſequit̃ delectationes ex electione volunta
tis et iudicio rõnis coꝛrupte. Incontinens autẽ
ſine iudicio rõnis ⁊ ſine electione voluntatis ſed
potius permittit ſe a paſſione duci: ergo intempe
ratus eſt incontinente deterioꝛ. Maioꝛ apparet
qꝛ in pꝛimo illud qd̓ eſt optimũ in homine ſcꝫ ra
tio eſt coꝛruptum circa pꝛincipia agibilium cuꝫ
qua coꝛruptione nõ ſtat ꝙ ſit vera virtus in hoĩe
In ſcd̃o autem nõ eſt hmõi ratio circa pꝛincipia
agibilium coꝛrupta. Confirmat̃ qꝛ pꝛimus diſce
dit a recta ratione quia credit et iudicat ꝙ huiuſ

modi delectationes impudenter ſequende ſunt.
Secundus añs ideʒ agit nõ quia hoc credat ſed
quia ſuperat a paſſione ⁊ ideo iſte incontinens
non eſt ſimpliciter malꝰ cum in eo ſaluet optimũ
principium humanarũ actionum: intemperatꝰ
aũt eſt ſimpliciter malus quia in eo non ſaluatur
ſed corruptum eſt tale principium. Iſte ſunt ra-
tiones Ariſ. quas ponit in ſeptimo. ca. vi. primi
tractatus beatus Tho. vbi agit de incontinentia
in cõcluſione ſupra allegata non ponit niſi quin
tam iſtarum rationũ que vt eam format videt pa
ti calumniaʒ ſic ait vbi eſt maior inclinatio volũ
tatis ad peccandũ ibi eſt maius peccatũ: ſed in
intemperato voluntas inclinat ad peccandũ ex
propria electione que procedit ex habitu per con
ſuetudinem acquiſito. In eo autem qui eſt incon
tinens voluntas inclinatur ad peccandum ex ali
qua paſſione ⁊ quia paſſio cito tranſit: habitꝰ au
tem eſt de difficili mobilis ideo incontinens ſtatiʒ
penitet. Intemperatꝰ aũt nõ ſed gaudet ſe pec-
caſſe eo ꝙ operatio peccati eſt ſibi facta cõnatu-
ralis/et ideo de intemperatis dicit prouer. ij. letã
tur cum malefecerint ⁊ exultant in rebꝰ peſſimis
tota difficultas conſiſtit in hoc ꝙ voluntas incon
tinentis inclinat ad peccandũ ex aliqua paſſione
tantum ⁊ non ex habitu. ſi enim intelligat Tho.
ꝙ per actus incontinentie frequentatos non ge-
nerat aliquis habitus inclinans voluntatem ad
peccandum videt falſum ⁊ primo videtur contra
totam phĩam moralẽ que clamat ꝙ ex actibꝰ fre-
quentatis generat habitus maxime in ſubiecto
non habente contrariũ habitum Secundo enim
hoc eſt contra experientiam quia omnes inconti
nentes experiunt ſe magis inclinatos ad deſeren
dũ rectaʒ rationem poſt frequentationem multo
rum actuũ q̄ʒ ante. Tercio quia ſcðm Tho. incõ-
tinentia ad volũtatem ⁊ non ad vim cõcupiſcibi
lem nec iraſcibileʒ pertinet ſicut ⁊ continentia vt
habet ſecũda ſecũde. q. clvi. ar. iij. ⁊ non dicit pre
ciſe actum quia ſicut virtus eſt habitus ita ⁊ vi-
tium: ſed omne vitium in voluntate exiſtens in-
clinat eam ad peccandũ: igit. Dico ergo ꝙ incõ
tinentis voluntas inclinatur ex ꝓprio habitu ad
peccandum: ſed non inclinatur ex ꝓprio habitu
ad ſequendum concupiſcentias malas ⁊ turpes:
inclinat inq̄ʒ ad peccanduʒ quia inclinat ex pro
prio habitu ad non reſiſtendũ motioni et impe-
tui paſſionum cum tamẽ tenet reſiſtere hoc auteʒ
eſt peccare ſed ipſa eadem volũtas q̄ʒ diu manet
voluntas incontinentis non habet volitionem ⁊
electionem huiuſmodi cõcupiſcentiaruʒ imo iſte
eſt actus intemperati ⁊ habitus inclinans ſic ad
electionem ſciliʒ ⁊ volitionem illarum delectati
num ad quas paſſiones inclinant dicit intempe
rantia ⁊ ex hoc pʒ manifeſte ꝙ intemperãtia eſt
habitus genere differens ab incontinentia quod
expreſſis patenter Ariſ. cum ait in ſupra memo-
rato capitulo. Et omnino autem alterum genus
incontinentie ⁊ malicie ⁊ ibidem quoniã igit ma
licia incontinentia non eſt manifeſtũ vbi maliciã
Septima conclusio, pro intemperantia accipit. ❡ Septima conclu-
ſio. Incontinentia debilium eſt deterior inconti-
nentia preuolantium. probatur incõtinentia eoꝝ
qui rationem habent cui non immanent eſt dete-
rior incontinentia eorum qui ratione ⁊ iudicio ca
rent ſed incontinentes debiles rationem habent
cui non imanent/preuolantes vero ratione ⁊ iudi
cio carent igit. Maior pʒ quia qui rationem ⁊ iu
dicium habent ⁊ tamen vincunt ſuperantur a mi
nori paſſione ⁊ ſuperant non incõſulte. i. nõ ſine
conſilio: deterius enim eſt ſuperari ⁊ vinci cuʒ ha
bet conſilium de non ſuperari ⁊ vinci q̄ʒ ſuperari
ſine huiuſmodi conſilio. Secundo. Incontinen-
tes debiles ſimiles ſunt illis qui cito inebriantur
⁊ a vino pauciore q̄ʒ multi inebriantur: preuolã
tes autem non igit debiles deteriores ſunt preuo
lantibus. ❡ Octaua concluſio. Incontinẽtia cõ Octaua cõclusio.
cupiſcentie eſt turpior q̄ʒ concupiſcentia ire pro-
batur prio. Omnis incontinẽns qui nullo modo
obſequitur rationi nec vincit vllomodo ab ea ſed
vincit a concupiſcentia eſt deterior eo qui aliqua
liter vincit a ratione ⁊ eam aliqualiter ſequitur:
ſed incontinens concupiſcentie nullo modo vin-
citur a ratione ſed a cõcupiſcentia nec vllomodo
ſequitur eam ſed concupiſcentiaʒ: incontinẽs au
tem ire aliquo modo vincit a ratione ⁊ eaʒ ſequi
tur igit. Maior eſt nota Et minor probatur quia
concupiſcens ad apprehenſionem ſenſus vel ra-
tionis dicentis hoc eſſe delecbitale ſtatim mouet
⁊ properat vt eo potiatur iratus vero rationeʒ au
dit ſecundũ quid. Nam q̄ʒ primum per rationeʒ
vel fantaſiam manifeſtatuʒ eſt ſibi ꝙ facta eſt ei
iniuria vel contemptus velut ſilogiſans conclu
dit ꝙ opʒ illum oppugnare ⁊ ſtati mouet ad vin
dictam anteq̄ʒ habeat iudicium rationis plenuʒ
⁊ perfectum quo dicteẗ de agibili ⁊ omnibus cir-
cunſtantijs eius Et ita iratus audit rationem ſed
incomplete ⁊ imperfecte audiens mouet ad vin
dictam quod contingit ꝓpter caliditatẽ et veloci
tatem nature. Ira enim eſt accẽſſio ſanguinis cir
ca cor et hoc manifeſtat Ariſ. duobus exemplis
Primũ eſt de velocibus miniſtris qui excurrunt
ad faciendũ quod imperatur anteq̄ʒ audierint
totaliter dictum imperantis ⁊ inde eſt ꝙ peccant
⁊ errant in agẽdo nec faciunt quod eis fuerat im
peratum. Secundum exemplum eſt de canibus
qui ſtatim latrant ad primũ ſtrepitum ingredien
tis ante q̄ʒ cognouerint ſi ille qui intrat amicꝰ ſit
aut non. Secundo. Incõtinẽtia eo eſt minus tur-
pis ⁊ ei facilius ignoſcimus ac veniam damꝰ quo
eſt naturalior ⁊ difficilior ad vincendũ ſed ira eſt
naturalior ⁊ difficilior ad vincendum q̄ʒ ille con
cupiſcentie que ſuperabundantes ſunt ⁊ non ne-
ceſſarie: igit incontinẽtia ire eſt minus turpis q̄ʒ
cõcupiſcentie. Maior probatur quia videmus ꝙ
etiam ipſis concupiſcentijs magis veniaʒ damꝰ
quanto ſunt magis communes: quia inq̄ʒtum ſũt
magis cõmunes ſunt magis naturales. Minor
probatur duobus exemplis Ariſ. Primuʒ eſt de
eo qui ſe excuſabat ꝙ iratus patrem percuſſit: pa
ter enim meus [inquit] percuſſit patrem ſuum et
ille ſuuʒ ⁊ filium ſuum oſtendens ⁊ iſte inquit me
percutiet cauſam addidit. cõnatum enĩ nobis id
eſt cõnaturale ⁊ cõgenitum. Secũdum exemplũ
eſt de eo qui trahebat a filio cuʒ fuit tractus vſq̄ʒ
ad ianuã iuſſit ceſſare ⁊ rationẽ addidit quia non

traxerat pſem niſi vſqꝫ ad illum locum. Ex iſtis
exemplis apparet ꝙ ira vel ſaltem qualitates ad
actum ire inclinantes tranſit a parentibus in fi-
lios ⁊ per ɔ̄ñs ipſa eſt multuꝫ naturalis. Tertio
Incontinẽtia inclinans ad operãdum inſidioſe
et fraudulenter eſt turpior ea que ĩclinat ad ope
randum manifeſte ⁊ aperte: ſed incontinentia cõ
cupiſcentie inclinat ad proſequẽdum concupiſcẽ
tiam inſidioſe ⁊ dolo. ira autem ad proſequendũ
vindictam palam ⁊ manifeſte et nõ per inſidias
igit. Maior patꝫ quia qui iniuriam inferunt tan
to ſunt iniuſtiores q̄ꝫto magis inſidiãtes. minor
probatur per illud qḋ venus [ que apud poetas
veneream ɔcupiſcentiam ſig̃t ] cõmuniter appel
latur doloſa ciprigena ⁊ corrigia ei varia attri-
buitur et Homerus vocat eam deceptionem que
furata eſt intellectum multum ſapientis. Quar-
to nullus ſcd̃m concupiſcentiam operãs triſtat:
omnis ſcd̃m iram operans triſtat: ergo iniuſtior
eſt operatio ſcd̃m concupiſcentiam q̄ꝫ ſecundum
iram. Nam peccata quo magis placent eo graui
ora ſunt. Aduerte ꝙ ſi quis pater habeat duas fi
lias quarum vnam quis ꝑpter concupiſcentiam
violet alteram vero alius propter iram quia ſcꝫ
a patre earum aliquod ſimile paſſus eſt: tunc pri
mus maiorem iniuriaꝫ intulit q̄ꝫ ſcd̃us ⁊ minus
iraſci debet pater ſecũdo q̄ꝫ primo. Iſtis quattu
or rationibus ꝓbat Ariſt. ꝙ incõtinentia cõcupi
Nona ɔclo. ſcentie eſt deterior q̄ꝫ ire. ¶ Nona ɔcluſio. Incõ
tinentia habitualis eſt aſſuefactiua ⁊ aſſuefactia
Incõtinentia naturalꝭ aſſuefactia hitualis. naturali deterior. ¶ Pro qua cõcluſione aduer
tẽdũ ꝙ per incõtinentiã naturalẽ intelligo actũ
ſeq̄ndi delectatiões ex q̄litatibus a natura idu-
ctis cauſatum aut inclinationem ad hmõi actum
per qualitates a natura inductas factam ſine aſ
ſuefactione ⁊ ſine habitu voluntatis ad actum in
continentie inclinante. Qñ vero hmõi inclinatõ
fit per qualitates ex ſola aſſuefactione factas ſic
tamẽ ꝙ ex hmõi actibus quibus fit aſſuefactio nõ
generatur habitus incõtinentie in voluntate tũc
dicitur aſſuefactiua incõtinentia quod contingit
cum quis pro tempore pro quo non eſt adhuc no
tabiliter capax rõnis et diſcretionis frequenteꝫ
operam dat operibus incõtinentie puta aſſueſcit
cibos ad ingluuiem ⁊ potus ad ebrietatem. Ha-
bitualis auteꝫ incontinentia eſt habitus genitus
in voluntate ex frequentibus actibus quibus vo
luntas adueniente paſſione inclinatur ſibi nõ re-
ſiſtere ſed cedere contra rõnem impellenti. Dico
ergo ꝙ iſta tertia eſt duabus aliis deterior. Patꝫ
quia iſta proprie eſt incõtinentia moralis et mo-
raliter vitioſa. alie autem non. Iſta enim habet
plus de voluntario qr cauſatur in homine ꝓ tem
pore quo eſt notabiliter capax rõnis et diſcretio
nis et pro tempore pro quo tenetur ſuperare paſ
ſionem. Alie autem non. ſed naturalis ineſt per
cauſam inexiſtentem a natura nõ quidem totali
ter ſed partialiter: aſſuefactiua vero ineſt per cau
ſam cauſataꝫ in continẽte pro tempore pro quo
non eſt notabiliter capax rõnis. habitualis vero
eſt cauſata vt dictum eſt. Probatur. igit conclu
ſio quia vel incõtinentia accipitur pro ipſis prin
cipiis inclinatiuis et tunc conſtat ꝙ habitualis
eſt deterior quia ē cauſata ex actibus malis ⁊ tur
pibus et ipſi operanti imputabilibus: aſſuefacti
ua etiam eſt cauſata ex actibus turpibus licet nõ
imputabilibus ipſi operanti propter defectum
vſus rationis ſed imputabilibus hiis quoruꝫ cu-
ſtodie puer commiſſus eſt. Et ob hoc dicit Ariſt.
in primo ethicorũ ꝙ non parum refert iuuenem
ſic vel ſic aſſueſci. Prima vero ſcꝫ naturalis ſine
culpa cuiuſcũqꝫ cauſata eſt. ſi vero accipiatur in
continentia pro actu ad quem fit inclinatio: tunc
dico ꝙ habitualis eſt deterior: qr actus ille qui ē
concupiſcentia eſt culpabilis et turpis operanti
et cauſa ad ipſum inclinans ex actibus turpibus
et ipſi operãti imputabilibus eſt cauſata. Actus
vero concupiſcentie aſſuefactiue vel non eſt im-
putabilis operanti vel ſi eſt imputabilis propter
vſum rationis interuenientẽ tamẽ cauſa eius nõ
eſt cauſata ex actibus ſibi imputabilibus ſed alte
ri et ſi non imputabilibus tamẽ turpibus. Natu-
ralis vero q̄ꝫuis etiam ſit actus imputabilis pro
tempore diſcretionis cauſa tamen eius non ineſt
per actus imputabiles nec turpes ſed ex mera a-
ctione nature. ꝙ aũt ita ſit dicendũ ⁊ ꝙ diſtinguẽ
de ſunt hmõi inclinationes patꝫ ex Ariſt. vij. ethi
corum ca. iiij. in ea parte in qua agit de beſtialita
te ita dicente. Quia autem ſunt quedã delectabi
lia natura et horũ hec quidem ſimpliciter: hec au
tem ſecundũ genera et animalium ⁊ hominũ: hec
autem nõ ſunt. ſed hec quideꝫ propter orbitates
hec autem ꝑpter conſuetudines fiunt hec autem
propter pernicioſas naturas et ſequitur. Eſt ⁊ cir
ca horuꝫ ſingula ſimiles videre habitus. ecce vbi
diſtinguit Ariſto. inter habitus pernicioſas na-
turas: conſuetudines: et orbitates ſiue morbos ꝙ
ſi contingat circa beſtialem nõ eſt dubium etiam
contingere circa incontinentiam ꝙ auteꝫ inclina
tiones a natura facte ſunt aut a conſuetudine nõ
ſint ita praue ſicut facte ab habitibus patꝫ qr pro
pter hoc Ariſt. dicit opus qḋ ex eis ſequitur non
eſt dicendũ incontinentiam ita dicens. Quantis
quidem igr natura cauſa hos vtiqꝫ nullus dice-
ret incontinentes quẽadmodũ neqꝫ mulieres qm̃
non ducunt ſed ducuntur. ſimiliter autem ⁊ egro
tatiue ſe habentibus ꝑpter cõſuetudinem. Buri.
autẽ ſatis breuiter ſe expedit de predicta queſtio
ne dicens. ꝙ incõtinens per naturam eſt deterior
ſecundum maliciam naturalem: ſed incontinens
per aſſuefactionem eſt deterior ſecundũ maliciaꝫ
moralem. Sed iudicio meo nõ ſatiſfacit queſtio-
ni. Cum pro eodem habet incõtinentiam ſcd̃m
aſſuefactionem et incõtinentiã habitualem. Cuꝫ
ſecundo qr adhuc ſtat queſtio de actu incontinen
tie facto ꝑpter inclinationem qualitatum natu-
ralium et de actu incontinentie facto ꝑpter incli
nationem ɔſuetudinis ⁊ etiam de actu facto pro
pter inclinationem habitus qui actus ſi fiant ab
habente plenum vſum rõnis ſunt praui morali-
ter et ita inter ipſos poteſt fieri comparatio q̄ꝫtũ
ad prauitatem moralem. Dico ergo de compara
tione iſtorum ꝙ actus incontinentie qui eſt a ma
lo habitu eſt deterior ⁊ turpior. deinde actus qui
eſt ex mala cõſuetudine. Tertio. Actus qui eſt a
qualitatibus naturalibus male inclinantibus et

hoc ceteris paribus ꝓpter cauſas iam adductas.
Hec tamen concluſio qualificanda et limitanda
eſt per ſecundam concluſionē huius queſtionis
Cōtra ſcdā concluſionē. ¶Contra ſecundam concluſionem. Arguitur.
Ille qui paſſiones quas multi ſuperant non po-
teſt vincere propter peruerſitatem cōplexionis:
ſiue qualitatum indiuidualiū male inclinantiū
dicit incontinens: ergo et ille qui non poteſt hu-
iuſmodi paſſiones ſuperare propter naturā ge-
neris aut egritudinem. Conſequentia patet quia
actus incontinentie non eſt plus in poteſtate vni
us q̃ȝ alterius et omnis ratio que militat ꝓ vno
militat ꝓ alio. Secūdo. Talis cōmittit actū ma
lum ⁊ non ſecundū intemperantiam quia nititur
contratendere nec ſecundum beſtialitatem: quia
Solutio. actus non eſt actus beſtialitatis vt ſuppono er-
go peccat ſcdm incontinentiā. ¶Ad primam
poteſt rūderi dupliciter Uno mō ꝙ qualitates in
diuiduales ꝓuenientes ex complexione particu-
lari non faciunt tantam vehementiā nec tantū
impetū ſicut qualitates ex natura generis inexi
ſtentes aut ꝓpter egritudinē ideo hō affectus qli
tatib⁹ indiuidualib⁹ eīn ſemper magis poteſt re
ſiſtere impulſioni earum ⁊ eas ſuperare ⁊ magis
eſt dominus ſui q̃ȝ affectus qualitatibus ſui gene
ris. Secūdo dico ꝙ ſi reperiantur alique quali-
tates indiuiduales tantam impulſionem facien-
tes ⁊ reddentes hominē impotentē aut difficili
me potentem reſiſtere ſicut apud multos eſt veri
ſimile tunc ille ſcdm rei veritatē [ ſi contratende-
re nitatur ] non eſt dicendus incontinens quia
vincitur in eo in quo non plurimi ſic ſe habentes
reſiſterent. Nam iſte ſi vincere faceret actum he-
roice virtutis non ex natura actus ſed ex circun-
ſtantie perſone operantis: poſſet eīn ibi eſſe tanta
et tam vehemens impulſio ꝙ ille actus continen
di eſſet ſibi tam difficilis q̃ȝ difficilis eſt viro per
fecto actus martirij ꝙ ſi contratendere nitatur ⁊
tamen vincatur actus quidem erit malus ⁊ cul-
pabilis ſed tamen erit talis de quo ſibi faci-
le venia donetur: quia tamen iſta qualitas in-
diuidualis nō eſt ita nota ſicut qualitas generis
et quod iſte facit īpulſione male qualitatis multi
putant eū facere ſola peruerſione volūtatis ideo
operatio ſua appellatur incontinentia licet ſecū-
Ad ſcdam. dum veritatē non ſit incōtinentia quod ſemper
intelligo de incontinentia gradu. ¶Ad ſecundā
concedo primā partem antecedentis ⁊ ſecundā
⁊ terciā ⁊ nego conſequentiam quia talis actus
eſt tam parum imputabilis facienti vt non ſit in
aliquo gradu vicij reponendus. In iſtis eni gra
dib⁹ nō reponūtur act⁹ niſi culpabiles ⁊ multū
imputabiles ⁊ taliter ꝙ apud hoīes magis cen-
ſeantur digni pena graui ⁊ emēdatione culpe q̃ȝ
cōdonatione ⁊ venia ſicut cōtingit in actib⁹ vel
omiſſionibus oppoſitis heroicis operationibus.
Nam et qui ꝓpter metum grauiſſimorū suppli-
ciorum fugit ne per hec cogatur ad negandam
fidem veniam dandam homines cenſent quan-
uis tamen in caſu actus ille ſit culpabilis et im-
putabilis. Cuius exemplum poteſt eſſe de bea-
to Regulo qui cum vidiſſet ſupplicia Dionyſij
fugere cepit ne ſimiliter afficeret. Et ſi dicas ꝙ ſe

cundū hoc ſequeretur ꝙ in predicto caſu aliquis
adulterans non peccaret mortaliter quia nō age
ret incontinenter et non faceret niſi peccatum ve
niale. Ad hoc reſpondeo negando conſequentiā
quia licet non ageret incontinenter incontinen-
tia gradu ageret tamen luxurioſe et contra prece
ptum diuinum vnumquemq̄ potentem vti ratio
ne obligans ſub pena peccati mortalis. Et cum
dicis ꝙ non faceret niſi peccatum veniale dico ꝙ
faceret peccatum mortale quia licet quantum eſt
ex circunſtantia perſone peccatum ſuum eſſet fa-
ciliter cōdonabile tamen ratione precepti tranſ-
greſſio ad penam eternam obligat credo tamen
ꝙ deus cum minore penitudine et contritione re
mitteret ſibi peccatum illud q̃ȝ perſone aliter cir
cunſtantionate. ¶Contra terciam concluſionē Cōtra terciā
Arguitur ſic diuerſitas ſexuum facit diuerſitatē cōcluſionē
circa continentiam et incontinentiam quia ſecū-
dum Ariſ. ſeptimo ethicorum mulieres non dicū
tur incontinentes ſed diuerſitas ſexuum eſt ex ꝑ-
te corporis et nō ex parte anime ergo incontinen
tia eſt habitus corporis et non anime. Secundo
nichil quod ſequitur corporis complexionem ꝑ-
tinet ad animam ſed incontinentia ſequitur cor-
poris complexionem. Nam ſecundum Ariſto.
ſeptimo ethicorum maxime acuti ſcilicet coleri-
ci et melancolici ſunt incontinentes incontinen-
tia effrenata ſiue preuolante. Tercio victoria ma
gis pertinet ad eū qui vincit q̃ȝ ad eum qui vinci
tur ſed ex hoc dicitur aliquis eſſe incontinens ꝙ
caro concupiſcens aduerſus ſpiritum ſuperat ip-
ſum ergo incontinentia magis pertinet ad corp⁹
q̃ȝ ad animam. Quarto incontinentia dicit actū
aliquem circa delectationes corporales et non di
cit actum voluntatis puta non dicit velle ſequi de
lectationes corporales quia tunc incontinēs ope
raretur ex electione quod eſt contra Ariſ. in ſepti
mo ethicorum vbi oſtendit differentiam inter in-
continentem et intemperatum ergo dicit actum
qualitatum corporalium ſcilicet ducere ad dele-
ctationes corporales cōtra rectā rationē. ¶Ad Solutio.
primā ſi accipiatur facere proprie vt ſignificat
cauſam nego maiorem ſi accipiatur improprie
pro ſignificare ſic ego concedo. Diuerſitas enim
ſexuum non eſt cauſa diuerſitatis circa continen
tiam et incontinentiam ſed bene eſt ſignum ſed
qualitates que communiter reperiunt̄ in his di-
uerſis ſexibus faciūt huiuſmodi diuerſitatem et
ita concedo [ conſequenter dicendo ] ꝙ cauſa ali-
qua act⁹ incontinentie ſe tenē ex parte corporis ſ3
ipſe act⁹ nō eſt act⁹ corporis ſed eſt act⁹ anime
et ſimiliter habitus. Quod autem dicit Ariſto-
teles ꝙ mulieres non ſunt continentes neq̄ incō
tinentes intelligit de mulieribus regulariter ⁊ vt
in pluribus q̃ȝuis tamen poſſint reperiri alique
continentes ⁊ alique incōtinentes. intelligit etiā
in operationibus ad quas inclinant̄ ſecundum
qualitates regulariter naturam femineam ſequē
tes. Cuius ratio eſt quia reſpectu talium operati
onum habent fortes ⁊ frequentes impulſiones ⁊
ſunt multum debiles in reſiſtendo ſecundum il-
lud prouerbiorum vltimo mulierem fortē quis
inueniet adeo ꝙ in pluribus vincuntur et in pau

rioribus vincunt ideo cum vincunt non eſt actus
continentie ſed altioris virtutis puta heroice ra
tione difficultatis actus ex circunſtantia perſone
cum vero vincuntur tunc nō eſt actus incontinē
tie ſed actus condonabilis et qui ꝓpter paruam
imputabilitatem nō reponitur in gradu vicij: eſt
tamen actus culpabilis etiam aliquādo mortali
ter omnino tamē ſimul in viro eſſet multo magis
imputabilis et aſcenderet ad gradum incōtinen
Ad ſcd͞am tie. ¶ Ad ſecundam dico ꝙ aliquid dicitur con-
ſequi aliud dupliciter. Uno mō conſecutione que
eſt inter cauſam totalem et effectum ⁊ ſic cōcedo
maiorem et nego minorem. complexio enim non
eſt cauſa totalis actus vel habitus qui eſt incontinē
tia ſed cum ea concurrit voluntas. Alio mō con
ſecutiōe que eſt inter inferens et illatum et hoc du
pliciter vel hoc intelligitur de conſecutione ſim-
pliciter neceſſaria et ſic ego nego minorem. hec
enī ꝯña non eſt ſimpliciter neceſſaria. iſte eſt cole
ricus ergo eſt incontinens quia vt dictum eſt ad
continentiam cum qualitate impellente exigitur
voluntas que ꝯtranititur ⁊ tamē vincitur et quia
libera ipſa eſt et in poteſtate ſua eſt nō vinci ideo
conſequentia illa nō eſt neceſſaria vel intelligitur
de conſecutione vt in pluribus et ſic negatur ma
ior et etiam minor quia ſi ita eſſet vt in pluribus
ꝙ colerici vincerentur ⁊ raro vincerent iam per
doctrinam Ariſ. nō dicerētur incontinentes. Ex
quibus patz ꝙ falſum eſt ꝙ incontinentia ꝯſequit͛
complexionem corporis. Ad Ariſto. autem dico
ꝙ incōtinentia preuolans ſiue effrenata maxime
reperitur in colericis ⁊ melancolicis vt hz Ariſt.
et ad eam inclinant qualitates corporales coleri
corum et melancolicorum etiā fortius ⁊ vehemē
tius q̄z qualitates aliarum complexionuz tamē
ab huiōi qualitatibus corporis ad incontinentiā
anime nec neceſſario nec vt in pluribus valz ꝯña
quia vt dictum eſt tunc nō dicerētur incontinen-
tes. Ad tertiam cōcedo maiorez ſed dico ꝙ victo
ria nō denominat incōtinentem ſed incōtinentie
cauſam nō enī incontinens eſt qui vincit ſed qui
vincitur. et ideo licet victoria tribuatur carni et
qualitati corporali incontinentia tamen que cōſi
ſtit in vinci et non in vincere attribuitur ſpiritui
ſiue anime. Et ad minorem dico ꝙ hec ratio que
eſt carnez ſuperare ſpiritū nō eſt ratio incōtinen
tie ſed bene infert rationem incōtinentie que eſt
ſpiritum ſuperari a carne hoc autem ſuperari eſt
ipſius et nō carnis. Nō vult tamē Tho. ⁊ bene ꝙ
in incontinente caro ex neceſſitate ſuperet ſpiritū
ſed vt dicit per quandam negligentiam ſpiritus
nō reſiſtentis fortiter in hoc autem ꝙ eſt nō reſi-
ſtere vbi ratio dictat reſiſtendum eſſe proprie cō-
ſiſtit ratio incontinentie. Ad quartam rationem
que eſt difficilis dico ꝙ incōtinentia non dicit vo
litionem circa delectationes corporales propter
rationem arguēdo adductaz ſed dicit magis paſ
ſionem quandaz puta vinci ⁊ ſuperari que paſſio
cōſiſtit in omiſſione reſiſtentie pro tempore pro
quo eſt impugnatio et recta ratio dictat eſſe reſi-
ſtendum et in hoc ꝙ eſt duci ſecundum impetuz
paſſionis hoc autem duci ſequitur ex ipſa impu-
gnatione paſſionis et non reſiſtentia voluntatis

tū enī fortiter īpugnat paſſio et nō reſiſtit volun-
tas tunc ducitur īpetu paſſionis. Quod autē vin
ci et ſuperari ſit actus incontinentis ⁊ ſuperare
et vincere actus continentis habet Ariſ. ſeptimo
ethicoruz expreſſe vbi oſtendit quid vnūquodqꝫ
horum ſit. ¶ Contra quartā cōcluſionem argui Cōtra q[...] ꝯcluſion[...]
tur ſic circa habundantias delectationum fugi-
bilium tantum aliquis peccat ⁊ nō ſemper ſecun
dum gradum beſtialitatis aut intemperantie er
go aliquādo ſecūdum gradum incōtinentie ꝯña
tenet quia nō videntur eſſe niſi illi tres gradus.
¶ Ad hanc rationem reſpondeo concedo primā Solutio
partem antecedentis ⁊ ſecundam et ꝯñs ſed dico
ꝙ incontinētia gradus dicitur primo et proprie
circa delectationes fugibiles et vituperabiles cir
ca alias autem per quandam aſſimulationem et
cum additione alicuius termini et hoc forte con-
tingit ratione prime impoſitionis termini.
¶ Contra quintam concluſionem arguitur pri- Cōtra q[...]
mo ſic nullus incōtinentiam vitare poteſt ergo cōcluſion[...]
incontinentia nō eſt peccatū ꝯña tenet qꝛ nullus
peccat in eo qđ vitare nō poteſt ſecundum Au-
guſtinum libro de libero arbitrio ⁊ añs probatur
per illud Sapientie octauo. ſcio ꝙ nō poſſum eſ-
ſe cōtinens niſi deus det. Secūdo nullum eſt pec
catum ſine vſu rationis ſed in incontinente vin-
citur ratio ergo incontinens nō peccat. Tertio a
liquis fit incōtinens ex vehemētia diuini amoris
ſcđm illud Dionyſij. iiij. capi. de diuinis noibus.
Pau. per incontinētiam diuini amoris dixit vi-
uo ego iam non ego. Quarto quia incontinentia
vel eſt peccatum omiſſionis vel cōmiſſionis non
omiſſionis quia eſt contra preceptum negatiuum
non commiſſionis quia tūc incōtinens ex electōe
voluntatis peccaret qđ eſt cōtra Ariſ. ¶ Ad pri- Solutio
mam nego antecedens et ad probationem nego
conſequentiam quia licet homo nō poſſit nō ad-
iutus vitare incontinentiam poteſt tamen eā cuz
auxilio diuino vitare quia illa poſſumus que ad
iuti a deo poſſumus eo maxime auxilio quod nō
deeſt petentibus ⁊ requirentibꝰ Ad ſecundā di-
ſtinguo maiorē vel ꝙ nō ſit peccatū ſine vſu rati-
onis. i. niſi cum peccans poteſt ꝓ tunc vti ratione
et eam ſequi. ⁊ ſic cōcedo vel ꝙ nō ſit peccatū niſi
cuz peccās rationē ſequit͛ ⁊ ſic ego nego imo ideo
peccat quia a ratione deuiat. Et ad minorez dico
ꝙ in īcontinēte ratio vincit͛ nō quia ꝓ tunc nō po
teſt vti ratione neqꝫ quia pro tunc de facto nō vta
tur recte iudicando de agibili et fugibili ſed quia
pro tunc voluntas nō ſequit͛ iuditium rationis ſꝫ
permittit ſe duci contra illud iudicium. Et vt di
cit Thomas non vincitur iudiciuz rationis ex ne
ceſſitate ſed ex negligentia quadam hominis nō
firmiter reſiſtentis. Ad tertiam nego antecedēs
accepto nomine incontinentie pro incontinentia
gradu. Dioniſius autem nō accipit incōtinentiā
pro incontinentia gradu ſed tranſumptiue ꝓ om
ni operatione que ex vehementia affectionis ſiue
bone ſiue male procedit ita enim in Paulo vin-
cebat diuinus amor vt iam vinceret non ipſe ſed ī
eo chriſtus. Ad quartam dico ꝙ aliqua inconti-
nentia eſt peccatū omiſſionis aliqua eſt peccatuz
cōmiſſionis quia aliqua eſt tranſgreſſio precepti

affirmatiui aliqua eſt tranſgreſſio precepti nega-
tiui q̄3uis tamen preceptum affirmatiuu3 tranſ-
gredi poſſit per actum poſitiuū vt preceptū amo
ris per odiu3 et preceptum latrie per ydolatria3.
Et ad improbationem ſecunde partis negat cō-
ſequentia nam ꝙ quis fornicet eſt peccatum cō-
miſſionis ad fornicationis autem actum non ha
bet volūtas in incontinēte actum poſitiuū volen
di ſed nō reſiſtit impetui paſſionis ⁊ ſine electio
ne voluntatis. Et ita impetus paſſionis mouere
poteſt organa corporea ſine imperio voluntatis
hoc.ſ.tantū poſito ꝙ voluntas nō reſiſtat poſiti
uo actu ipſi paſſioni impellenti mouētur ipſa mē
bra a paſſione a concupiſcentia ſua peccans duci
Cōtra ſextā ꝯcluſionē3. tur. ¶ Contra ſextā concluſione3 arguit ſic incō
tinēs agit magis ꝯtra ꝯſcientiā q̄3 itēperatus, ergo
incōtinens magis peccat cōſequentia tenet per il
lud luce duodecio Seruꝰ ſciens volūtate3 dn̄i ſui
et nō faciens plagis vapulabit multis. Et ante-
cedens ꝓbatur quia incōtinens habet rationē di
ctantem ſibi non eſſe ſequendum quod ſequitur.
Secundo peccatum incontinētie eſt inſanabiliꝰ
peccato temperantie ergo et deterius Conſequē-
tia eſt nota et an̄s probatur quia peccatum alicu
ius ſanatur per ammonitionem et correctionem
ſed hec ammonitio nihil videt conferre inconti-
nenti qui ſit ſe male agere ⁊ nichilominus male
agit igitur. Tertio q̄3to aliquis ex maiori libidi-
ne peccat tanto grauius peccat ſed incontinens
peccat ex maiori libidine q̄3 intemperatus quia
incontinens habet vehementes concupiſcentias
quas non habet intemperatus igitur incontinēs
magis peccat q̄3 intemperatus. Quarto vbi eſt
minus de rōne ibi minus eſt de peccato. ⁊ inde eſt
ꝙ vbi non eſt ratio ibi non eſt peccatū ſed in intē
perato eſt minus de ratiōe q̄3 in incontinēte quia
in incontinēte victa eſt ratio tantum in intempe
rato aūt corrupta. Quinto qui malum agit diſ-
ſuaſus eſt deterior eo qui malum agit ſuaſus ſed
incontinens malum agit diſſuaſus quia ratio ob
murmurat ⁊ ad oppoſitum deprecatur: intēpera
tus vero malu3 agit ſuaſus quia ratio ī eo ⁊ paſ-
ſio concordant. Sexto mala que non latent ſunt
peiora q̄3 ea que latent ſed incontinentia eſt ma-
lum magis apertum et nō latens q̄3 intemperan
tia quia incontinens poſt actu3 reuertitur ad ra-
tione3 et cognoſcit peccatum ſuum ⁊ penitet in-
temperatus aute3 nō ergo. Et maior ꝓbatur quia
bona que patent et non latent preſentia ſunt me
liora q̄3 que latēt ergo ⁊ mala q̄ non latēt preſen
tia ſunt deteriora malis que latēt. Conſequentia
iſta tenet ꝑ locum a cōtrariis ⁊ an̄s eſt. Ariſ. prio
rethorice Tū ſcdo quia intemperatus minus ve
recundatur peccare palam q̄3 incontinens ergo
peccatum eius minus latet conſequentia tenet.
Septimo deterius eſt cōſiliari ⁊ a recta ratione
diſcedere q̄3 agere incōſiliatus et preueniēdo cō
ſilium per hoc em̄ medium videtur Ariſ. ꝓbare
ꝙ incontinens debilis eſt deterior preuolante ſed
incontinens cōſiliatur primo ⁊ poſtea a recta ra
tiōe et cōſilio diſcedit intemperatus autē agit in
conſiliatus ergo incontinēs eſt deterior intempe
Solutiōes. rato. ¶ Ad primā concedo an̄s ⁊ nego conſequē

tia3 nam contingit aliqñ ꝙ peccatū quod non eſt
contra conſcientia3 ſit grauius et hoc dupliciter
Vno mō qñ peccans negligit vel cōtēpnit inqui-
rere qd faciendū ſit aut ſequendū ne in agendo ⁊
peccando habeat conſcientia3 remurmurantem
verbi gratia ſunt duo qui ſunt aliquid acturi vnꝰ
inquirit diligēter quid agere debeat ⁊ cognita ve
ritate nichilominus paſſio vincit rationē. Alius
vero eligit quid faciat ⁊ ne habeat remurmuran
te3 conſciētia3 nō vult inqrere quid ſit vel nō ſit fa
ciendum. Contingit preterea ſecundo modo hoc
idem quando error qui habetur non ſolum habe
tur per negligentia3 inquiſitionis ſed per diutur
nam conſuetudinem peccandi que rationē3 circa
principia agibiliū corrupit quod ꝯtingit in intē
peratis ⁊ de iſtis certū eſt ꝙ hoc mō agere nō con
tra conſcientiam eſt grauius. Si tamen ſint duo
peccantes faciendo aliquid de quo ꝓbabile dubi
um eſt an ſit faciendum vel nō ⁊ vnꝰ eoꝝ diligen
tiſſimam inquiſitionem veritatis faciat ita vt co-
gnoſcat quid agendū ſit et nichilominus paſſio
ne victus contra iudiciū rationis agat alius dili
gentiam adhibeat ſed non tantā non affectet ta-
men ignorantiā ⁊ faciat operationē ſimilē alteri
tūc primus grauius peccat q̄3 ſecundus q̄3uis ta
men ſecundꝰ omittat in aliquo in quo nō omiſit
primꝰ. Ad ſecundā nego antecedēs. Et ad ꝓba-
tionē dico ꝙ āmonicio multo plus confert incō-
tinenti q̄3 intemperato. tū quia incōtinens eſt ma
gis capax eius cū non habeat rationē corrupta3
circa principia agibiliū ſicut intemperatus. Tu3
ſecundo quia q̄3uis intēperato oſtenderetur ꝑ amo
nitionē quid agendū ſit tamen difficiliꝰ obediret
rationi q̄3 incōtinens quia incontinēs nō habet
niſi paſſionē impellentē in intēperato autē habi
tus voluntatis concordat cū inclinatione paſſio-
nis que inclinatio habitus cū magna difficultate
tollit. Et propter iſtas cauſas incontinens eſt ſa
nabilior quia ad ſanandū ipſū ſufficit firmare vo
luntatē eius cōtra impetū paſſionis ad ſanandū
vero intemperatū oportet ſanare rationē volun
tatē ⁊ reprimere paſſionē ſi qua inſit. Et cū dicit
ꝙ incontinens ſcit ſe male agere cōcedo ad bonū
ſenſu3 dico tamen ꝙ multa pertinentia ad repreſ
ſionē paſſionis ⁊ cōfirmationē voluntatis per bo
nam āmonicionem poſſunt ſibi actualiter fieri no
ta que cum peccabat non cognoſcebat actualiter
et q̄3uis ea cognouiſſet tamen aliam efficatiam
habebunt vel repetita vel ab alio dicta vel alio-
modo menti impreſſa q̄3 habebant cum talia ex Duplex li-
ſeipſo conſiderabat. ¶ Ad tertia3 diſtinguo ma bido.
iorem et minorem vel ſi intelligitur de libidine
voluntatis et ſic conceditur maior et negatur mi
nor vel ſi intelligitur de libidine concupiſcentie
appetitus ſenſitiui et ſic negatur maior et conce
ditur minor ꝑticulariter intellecta hoc eſt contin
git aliquando ꝙ in intemperato aut non eſt con
cupiſcentia aut eſt minor q̄3 ī incontinente Incō
tinens enim non peccat niſi a forti cōcupiſcentia
intemperatus autem quia habet habitū inclinā-
tem ad ſequendū illas delectationes corporales
ad quas cōcupiſcentia inclinat incōtinentē ideo
contingit aliquando ꝙ per inclinationē habitus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

exiſtentis in voluntate preuenitur cōcupiſcentiā aliquando autem concupiſcentia paruam et remiſſam impulſionem faciente propter habitum voluntatis intemperatus prauas delectationes ſequitur et hoc modo intelligendum eſt illud Ariſtotelis in. vij. ethico. Omnino autem vtiqꝫ videbitur deterior eſſe ſi quis nō concupiſcēs vel quiete id eſt remiſſe concupiſcens operatur quid turpe qđ dicit nō quia intemperatus omnis remiſſe concupiſcat. ſed quia propter habitum maluʒ voluntatis ad tenuiſſimuʒ motū concupiſcentie turpiter operatur.

Dupl'r itelligit' ꝙ in aliquo ſit minus de rōne

¶ Ad quartaʒ dico ꝙ in aliquo eſſe minus de rōne poteſt contingere dupliciter. Unomodo propter ignorantiā precedenteʒ inclinationē malevolūtatis et ſic [ vt dicit Thomas ] queſtione cente. quinquageſima ſexta. ar. tertio. reſ. ad primam q̄zto eſt maior ignorantia tanto peccatum magis diminuitur et aliquando totaliter excuſat. qđ intelligo vbi non ſumus cauſa talis ignorantie. Secundo modo ꝓpter ignorantiam ſequentem inclinationem appetitus ⁊ ab ea cauſatam et talis ignorantia q̄zto eſt maior tanto peccatum eſt grauius et hoc ſecundo modo in intemperato eſt minus de ratione ⁊ plus de ignorantia: plus quidem quantū ad durationeʒ. Primo quia in intemperato durat ſemꝑ ⁊ ideo Ari. intemperantiam dicit morbuʒ continuū. in incōtinente autem durat tantum paſſione durante. Secundo quantū ad ea circa que erratur quia intemperatus errat circa principia agibilium incōtinens autem nō. quomodo autem in incōtinente ſit ignorantia videbitur poſtea. Ad quintam diſtinguo maiorem

Duplex ſuaſio.

¶ Duplex eſt enī ſuaſio vna eſt probabilis et de illa conceſſa maiore negatur minor q2 loquendo de tali ſuaſione intēperatus non peccat ſuaſus. Alia eſt ſuaſio improbabilis que recipitur tamen ab aliquo non ex natura vel apparentia rei que ſuadetur ſed ex corruptione principij indicatiui ſcʒ rationis ⁊ talis corruptio aliquando eſt a natura aut ab egritudine: aliquādo vero eſt ex corruptione appetitus qualiter cōtingit in intemperato et hocmodo intelligendo negatur maior imo multo deterior eſt ille qui agit malum ſuaſus q̄ʒ qui agit malum diſſuaſus. ſicut ptʒ ex reſponſione ad primam.

Aliqđ malū dr latēs dupliciter.

Ad ſextam dico ꝙ aliquod malum dicitur latens vel non latens dupliciter. Unomō apud operantem. Aliomodo apud alios bonos et ſapientes. Secundo modo conceditur maior et negatur minor immo hocmodo mala intemperati ſunt apertiora ⁊ minus latentia quia minus verecundat'. primomodo dico ꝙ aliquod malum dicitur eſſe latens vel non latens dupliciter. Unomodo ex natura et cōditione ipſius operationis ita ꝙ illud latens dicatur de quo ꝓbabile dubium eſt an ſit malum et illud non latens de quo conſtat ⁊ certum eſt ip̄m eſſe maluʒ et hocmodo conceſſa maiore negatur minor. Aliomodo ex circunſtātia operantis ita ꝙ vnum malum dicatur latens operanti q2 propter corruptionē principij indicatiui in ipſo operante ipſe neſcit ſe male agere. aliud autem dicatur nō latens operanti quia nō eſt in operāte corruptum principium indicatiuum et in iſto ſenſu negatur maior et conceditur minor: et maxime quando corruptio ꝓuenit ex corruptione appetitus ſicut dictum eſt. ex iſtis ſatis patʒ quomō rn̄deri poſſit ad probationes arguendo adductas.

¶ Ad ſeptimam dico ꝙ aliquis dicitur agere inconſiliatus tripliciter. vnomodo quia propter vehementiam paſſionis aut velocitatem in inſequēdo motum paſſionis prouenientis ex naturali diſpoſitione rei non expectatur ſed preuenitur deliberatio rationis et hoc modo concedo maiorem et nego minorem. Secundomodo quia talis qui agit non eſt potens conſiliari propter corruptionem alicuius requiſiti ad bene conſiliandum ex natura aut egritudine aut aſſuefactione prouenientem et hocmodo concedo maiorem et nego minorem intelligendo per aſſuefactionem illud qđ ſupradictum eſt. Tertiomodo quia talis qui agit non eſt potens recte conſiliari autem quia de facto non recte conſiliatur propter corruptionē rationis ex corruptione voluntatis prouenientem et hocmodo nego maiorem et concedo minorem talis enim habitū illum per quem ſic inconſiliatus agit acquiſiuit poſtq̄ʒ frequenter a ratione recta diſceſſit.

Dr quis [a]gere inc[onſi]liat' tr[ipliciter]

in ieiunȷ̄s quadrageſimalibus: ſi ſic ergo non li-
cebit eis vti in ieiunȷ̄s quattuor temporum. Se
cundo ille qui vtitur parcimonia ⁊ abſtinet a pi-
ſcibus habet parcimoniaȝ victus ⁊ abſtinentiam
ciborum et tamen non ieiunat igitur. Tercio. om
ne ieiuniuȝ quod pōt inſtituere eccleſia eſt eiuſdē
rōnis cum ieiunio qđ iam inſtitutū eſt ſed poteſt
inſtituere ieiunium in pane et aqua ǧ omne ieiu
nium iam inſtitutum eſt eiuſdeȝ rōnis ǧ omne ta
le eſt inſtitutum in pane et aqua ǧ diffinitio ieiu-
nȷ̄ expoſita ſicut dictum eſt non eſt bona. Quar
to omnis abſtinentia que ē ieiuniū vno tempore
quocunqȝ tempore facta eſt ieiunium: ſed abſtinē
tia a ſolis carnibus in ieiunio ſeptimi aut decimi
menſis eſt ieiunium ǧ eadem abſtinentia in ieiu-
nio quadrageſime eſt ieiunium ſed hoc eſt falſuȝ
cum non fiat tūc abſtinentia ſecundum ordinem
eccleſie igitur. diffinitio ieiunȷ̄ expoſita vt prius
non eſt bona. Maior patet quia omne ieiunium
eſt per ſe et eſſentialiter ieiunium.

Solutio

¶ Ad primam dico ꝙ abſtinentia a lacticinȷ̄s
non eſt de ratiōe ieiunȷ̄ in cōmuni: ſed eſt de ra
tione vnius ſpecierum ſuarū ſcilicet de ratione ie
iunȷ̄ quadrageſimalis regulariter. abſtinentia a
lacticinȷ̄s non eſt de ratione ieiunȷ̄ in cōmuni ſȝ
ſolum ieiunȷ̄ xl. dico aūt regulariter quia in ca-
ſu in quo caderet diſpenſatio ſuperioris abſtinen
tia a lacticinȷ̄s non eſſet de ratione eius quia nō
contineretur ſub hoc cōmuni inſtituta vel ordina
ta ab eccleſia quod eſt de ratione ieiunȷ̄ in cōmu
ni ⁊ cuiuſlibet inferioris ad ipſū. Ieiunium ergo

eſt parcimonia victus abſtinentiaqꝫ ciborum ſe-
cundum cõſuetudinem inſtitutionẽqꝫ eccleſie or
dinata. Ad ſcḋam dico ꝙ talis nõ habet abſtinẽ
tiam ciborũ ab eccleſia ordinatam. Hanc autem
clauſulam iã dixim9 pertinere ad diffinitionez
ieiunij. Ad tertiam cõcedo maiorem ⁊ minorem
et primum ↄñs illatum ⁊ nego ſcḋm quia licʒ nõ
omne ieiunium fit in pane ⁊ in aqua quodlibet ta
men eſt eiuſdem rõnis generice cuʒ ieiunio in pa-
ne et in aqua quia quodlibet eſt ꝑcimonia victus
abſtinentiaqꝫ ciborum talis qualis eſt ab eccleſia
inſtituta: omnia em̃ cõueniunt in hoc ꝙ ſunt ab-
ſtinentia ab eccl'ia inſtituta. Ad quartam nego
maiorem et ad probationẽ dico ꝙ aſſumptum in
ſenſu cõpoſito eſt verũ: ſed in ſenſu diuiſo eſt fal-
ſum hec em̃ eſt per ſe et eſſentialis. omne ieiuniuʒ
eſt ieiuniũ ſed nõ quelibet hm̃oi eſt per ſe hoc eſt
ieiuium illud eſt ieiuniũ. Sed inſtabis de actu in
teriori ieiunij qui eſt per ſe et eſſentialiter ieiuniũ
qꝛ per ſe et eſſentialiter bonus et nõ niſi bonitate

Per ſe et eſſentialr capiũt dupl'r

ieiunij ❡ Dico ꝙ per ſe et eſſentialiter accipiunt
dupl'r. Uno modõ naturaliter ſiue phiſice vt alij di-
cũt methaphiſice et ſic negatur añs. Alio modo
moraliter et tunc per ſe eſſentialiter bonũ dicitur
ꝙ nec ipſum nec ſimile ſecundũ speciez elicitum
a creatura rationali libere operante põt eſſe ma-
lum et hoc ſtante precepto. Dico ḡ ꝙ licet talis
actus ſit ieiunium q̃ʒ diu manet p̄ceptum: per mu
tationem tñ precepti aut per mutationeʒ tempo-
ris in quo alia et alia p̄cepta de ieiunio ſuccedũt
poteſt nõ eſſe ieiuniũ imo actus malus ⁊ vitioſus
Et ſi dicas ꝙ diffinitio ſemper predicat̃ de diffi-
nito q̃ʒdiu diffinitum ſaltem ſupponit pro aliquo
Dico ꝙ duplex eſt diffinitio quedam eſt que da-
tur ꝑ terminos abſolutos et de iſtis nichil ad pre
ſens. alia eſt que datur per terminos cõnotatiuos
qui aliquando dicuntur de aliquo et aliquo nõ et
tunc dico ꝙ duplex eſt diffinitum vnũ eſt termi-
nus conuertibilis cum diffinitione per diffinitio-
nem quantũ ad ſignificationem et cõſignificatio
neʒ explicatus. Aliud eſt res illa pro qua ſuppo
nit talis terminus diffinit9 aut aliquis terminus
rem illã abſolute aut nõ taliter cõnotatiue ſignat
qualiter eam cõnotatiue diffinitum ſig̃t. de p̄mo
diffinito cõceditur añs. de ſcḋo negatur ⁊ de iſto
procedit ratio facta.

Cõtra ſcḋaʒ ↄcluſionem

❡ Cõtra ſecundã concluſio
nem. omnis actus bonus ⁊ virtuoſus ẽ meritori
us p̄miũ eterni vel tp̄alis ſed ieiunium ꝑ cõiuncti
onẽ aliorum vitiorũ nõ deſinit eſſe actus ꝟtutis
nec deſinit eſſe bonus et laudabilis cũ alia vitia
per accñs omnino ſe habeãt ad ipſum nec ſint ꝓ
prie circunſtãtie eius nec obiecta ig̃. tale ieiuni-
um eſt alicuius meriti meritorius ⁊ a deo exaudi
bilis. Ad hanc rõnem cõcedo maiorẽ et minoreʒ
et qḋ infertur eſt enim illud ieiunium exaudibile
ne tamẽ exaudiatur et ne operanti de facto tribu
atur merituʒ operi ſuo debitum impedit̃ ex eo ꝙ
operans ieiunio ſuo alia vicia coniũxit. nõ video
enim ꝙ ieiunium interius habeat pro obiecto ca
rẽtiam aliorũ vitiorũ et exterius eandeʒ habeat
pro circunſtantia qꝛ tũc coniunctio taliũ vitiorũ
nõ ſolum ſolueret ieiuniũ primo mõ ſed etiã ſcḋo
mõ qui tñ ita diceret cũ difficultate cõuinceretur

Cõtra q̃rtã et q̃ntã concluſiones

❡ Contra quartam et quintaʒ ↄcluſiones ar̃ ſic
nullus qui ↄtrauenit aut cõtranititur p̄cepto ſa-
tiſfacit precipienti ſed qui ↄnititur fini quẽ inten
dit eccl'ia precipiendo ieiuniũ ↄtranititur p̄cepto
ergo talis non ſatiſfacit. maior eſt nota et minor
probatur omnis precipiens aliquid propter fi-
nem aliquem precipit ipſum finem ḡ qui cõtrani
titur fini ↄtranititur precepto. Scḋo quia per il-
lam actioneʒ nullus ſatiſfacit p̄cepto: cũ qua ſtat
preceptũ eſſe fruſtra totum et inutile ſed ſi ſtet ꝙ
quis ſatiſfaciendo p̄cepto ↄtranitatur fini cũ acti
one ſua ſtabit preceptũ eſſe fruſtra totum qꝛ ſta-
bit ꝙ precipiens nõ conſequat̃ fineʒ quẽ intendit
conſequi ḡ nõ ſtat ꝙ quis contranitatur fini et ſa
tiſfacit precepto.

Solutio.

❡ Ad primam ↄcedo maiorem
et nego minorẽ et ad ꝓbationem nego aſſumptũ
Abbas em̃ precipiens ſilentium religioſis vt cõ-
templationi vacent nõ propter hoc eis precipit
opus contemplationis. multa eniʒ precipiuntur
vt per ea quis diſponatur ad ardua opera ↄſilio
rum et tñ propter hoc precipiunt̃ eis opera con-
ſiliorum. nõ omnis p̄cipiens aliquid ꝓpter fineʒ
precipit finem Similiter architector multa p̄ci-
pit manu artificibus ꝓpter fines aliquos quos ip
ſi ignorant et ad quos non tenentur. Ad ſcḋam
nego maiorẽ vt poteſt declarari exemplis manu
artificum obedientium architectoribus. applicã
do tñ ad ꝓpoſitũ dico ꝙ q̃ʒuis ↄnitetur fini pre
cipientis ꝑ modũ expreſſuʒ in ↄcluſione videlicʒ
cũ ſcʒ ieiunat ſed impedit ne multum affligatur
per ieiuniũ nõ ꝓpter hoc p̄ceptuʒ eſt fruſtratori
um quia ⁊ ſi ieiunans nõ tm̃ affligat̃. affligitur
tamen etiã aliquãdo multo magis q̃ʒ multi q̃ nõ
contranituntur fini huic. Et interdum hoc poteſt
fieri ſine peccato cum quis ſcʒ ſe ſentit delicatum
nimiũ ⁊ parum potentem ad ieiunia neqꝫ poten-
tem ferre multaʒ eſuriem non tñ vult tranſgredi
preceptũ cuius tamẽ trãſgreſſionis videt ſe in pe
riculo eminẽti ideo ne tranſgrediat̃ illo remedio
vtitur ꝙ in cõcluſione poſitum eſt.

Cõtra nonã cõcluſioneʒ

❡ Contra no
naʒ concluſionẽ Arguitur primo ſic omnis con-
fortantium comeſtio ſoluit ieiuniuʒ: ſed predicte
ſpecies confortant ⁊ roborant: igitur. minor eſt
nota et maior probatur quia ieiunium ordinatuʒ
ab eccleſia vt homo debilitetur ⁊ debilitat9 affli-
gatur ergo omniuʒ confortantiũ ⁊ roborantium
vſus ſoluit ieiunium. Secũdo quicquid ſoluit eſu
riem ſumptũ illa hora qua non licet refici ſoluit
ieiunium/ ſed omnia predicta ſoluunt eſuriem vt
conſtat: igitur. Minor eſt nota. Et maior proba-
tur quia ieiunium inſtitutum eſt vt eſuriẽdo affli
gatur. Tercio. Cibi mixti ſpeciebus ⁊ in propria
forma remanentes ſumpti ſine ſpecieb9 ſoluunt
ieiuniuʒ ergo et ſumpti cuʒ ſpeciebus Añcedens
videtur notum cum ſpeciebus illis enim ponunt̃
amigdala interdũ nuces interdũ pira que ſi per
ſe ſumerentur ſoluerent ieiunium. Et patet cõſe-
quentia qꝛ ꝙ ſumantur cũ alijs rebus vel ſine il-
lis nihil facit ad hoc ꝙ ſint ſolutiua ieiunij vel nõ
Quarto p̄dicta pñt ſumi ĩ exceſſiua q̃ʒtitate aut
ergo ſoluũt ieiuniũ aut non: ſi ſic ſequit̃ ꝙ ſũt ſo-
lutiua ieiunij: ſi non ſequit̃ ꝙ licebit bis reficit in
die qꝛ poſſunt ſumi in tanta q̃ʒtitate ꝙ ſufficiens

ad refectionem. Quinto. Predictorũ vſus non
eſt conceſſus niſi cauſa neceſſitatis ꝙ huiuſmodi
ſpecies ſoluunt ieiunium in hĳs ſaltem qui eas
Solutiões. ſine neceſſitate ſumunt. ¶ Ad primam nego ma
iorem et ad probationem concedo aſſumptũ ⁊ ne
go cõſequentiam: licet enim eccleſia ita inſtitue-
rit nõ voluit tñ imponendo ieiunia imponere ab
ſtinentiã excedentem cõem hominũ facultatem
et quã veriſimile eſſet a paucis fore obſeruandã
ideo conceſſit vſum aliquorum ꝯfortantium. par
cum quidẽ et tenuem nõ per modum refectionis
ſed per modũ cuiuſdam recreationis et refocilla
tionis. Etiam ieiunantibus conceſſit vſum quo-
rundam confortantium qð non per modum re-
fectionis ſed per modum cuiuſdam recreationis
et refocillationis. Ad ſecundã nego maiorem et
ad probationẽ concedo aſſumptũ et nego conſe-
quentiam propter cauſam predictam nõ quicq̃d
ſoluit eſuriem ſoluit ieiuniũ. Ad tertiam conce-
do añs ſi horum vſus nõ ſit ex cõſuetudine eccle
ſie in qua degitur introductus qꝛ ſi vſus non re-
fectiuus ſed recreatiuus et refocillatiuus eſſet ex
cõſuetudine eccl'ie introductus nõ ſolueret ieiuni
um ſicut contingit in illis locis in quibus intro-
ductus eſt vſus aliq̃ntuli panis: et nego ꝯñam et
ad probationẽ nego aſſumptũ qꝛ hmõi cibi non
mixti ſpẽbus ſolent aſſumi ad refectionẽ ſed mix
ti ſpeciebus nõ ſolent ad refectionẽ aſſumi. Di-
ctum eſt etiã ꝙ ab eccl'ia ꝯceſſum eſt vti hĳs quo
rum principalis vſus nõ eſt ad refectionem ordi-
natus. Ad quartam concedo añs et dico ꝙ ſi ſu-
mantur in tanta q̃ntitate ꝙ vſus earũ equiualeat
refectioni ſoluũt ieiunium. electuaria ſumpta in
exceſſiua q̃ntitate ſoluũt ieiunium qꝛ iam hõ vti
equiualenter duplici refectiõe. Si añt nõ equiua
leat refectioni ſed notabiliter diſtet a q̃ntitate ci-
bi refectorĳ. Tũc dico ꝙ nõ eſt ſolutio ieiunĳ licꝫ
ſit error et exceſſus in vtendo cõceſſis. Ad quin-
tam dico ꝙ añs habet duplicẽ ſenſum. Unus eſt
ꝙ vſus predictorum nõ eſt conceſſus niſi hĳs qui
bus adeſt neceſſitas et iſte ſenſus eſt falſus alius
eſt neceſſitas que põt ineſſe ieiunantibus fuit cau
ſa cõcedendi ieiunantibus vt p̃dictis poſſent vti
et ſic concedo. Uidit em̃ eccl'ia ꝙ propter ieiunia
multi poterant in neceſſitatem cadere. ideo con-
ceſſit vſum predictorũ nõ per moduꝫ refectionis
ſed per modũ recreationis et cã concedendi fuit
neceſſitas ſed nõ tñ conceſſit neceſſitatẽ patienti
bus qꝛ miſiſſet eos in infinitos ſcrupulos ꝯſcien-
tie: ſed indifferenter oĩbus. eſt tñ ieiunium maio-
ris meriti nõ vtentibus cũ neceſſitas nõ exigit q̃ꝫ
vtentibus qꝛ vbi eſt maior afflictio ſpõtaneo mo
du ſuſcepta ibi ceteris paribus eſt maius meritũ
Ratio ante oppoſitũ ſoluta eſt ex dictis.

Q Uerit̃ tertio. vtrũ
de neceſſitate ieiunĳ ſit ꝙ nõ ſumat̃
refectio niſi poſt veſperas. Arᷣ ꝙ ſic
quia in ieiunio abſtinendũ eſt vſqꝫ ad nature de-
fectum: ſed hoc nõ fiet niſi differatur refectio vſqꝫ
poſt veſperas igr̃. In oppoſitũ eſt cõmunis con
ſuetudo. ¶ Prima concluſio. Nõ obligant ieiu-
Pris Jcko nia eccl'ie catholicum vt quis vſqꝫ ad nature de
fectum ieiunet. probatur. Ad nullam circunſtan
tiam nõ expreſſam in precepto eccl'ie obligat̃ ca
tholicus niſi illa ſit omni p̃cepto cõis. ſed differ-
re refectionẽ vſqꝫ ad nature defectuꝫ nõ eſt circũ
ſtantia expreſſa in ieiunio eccl'ie nec eſt circũſtan-
tia oĩbus p̃ceptis eccl'ie cõmunis ꝙ ad eam non
obligatur catholicus. Scðo eccleſia nõ obligat
oẽs regulariter ad ieiunia heroica ſiue ad actus
heroicos q̃ excedunt cõem facultateꝫ hominũ ſed
ieiunare vſqꝫ ad nature defectũ ſi ſit licituꝫ eſt a-
ctus heroicus cõem hominũ facultatem excedẽs
ergo nõ obligãtur homines ieiunare vſqꝫ ad na
ture defectum. Tertio ſubſtrahens alimentũ ſibi
neceſſarium infert ſibi mortem: ſed nemo tenetur
ſibĳpſi inferre mortem igitur. Quarto per illud
Apo. ad Rom. xĳ. Exibeatis corda veſtra hoſti
am viuentẽ ſanctaꝫ deo placentẽ vt rõnale ſit ob
ſequium veſtrũ ſed nulla ratio dictat abſtinendũ
eſſe vſqꝫ ad nature defectum igr̃. Item ſcðm ſan
ctos per ieiuniũ nõ debet perimi ciuis et amicus
ſed hoſtis. i. cõcupiſcentia debilitari ſed qui ieiu-
nant vſqꝫ ad nature defectum perimunt ciueꝫ et
amicum: ſcꝫ naturã corporeaꝫ igit̃ nõ eſt vſqꝫ ⁊c̃.
Item Apo. nõ precipit mẽbra noſtra q̃ ſint par-
tes nature noſtre mortificanda eſſe ſed mẽbra no
ſtra que ſunt fornicatio ⁊c̃. Quinto probatur au
ctoritate Hie. et recitatur in decretis de conſecra
tione diſtinctione quinta. Nõ mediocriter inquit
errant qui bono magno preferũt mediocre bonũ
nõne rõnabiliter homo dignitateꝫ amittit qui ie
iuniũ caritati aut vigilias p̃fert ſenſus integrita
ti vt ꝓpter immediatã atqꝫ indiſcretam pſalmo
rum aut officiorum decantationem aut amentie
aut triſticie notam incurrat et paulo poſt audiãt
itaqꝫ qui ea que neceſſario ſũt corpori ſubtrahũt
illud quod per ꝓphetaꝫ domin⁹ loquitur. Ego
dominus odio habens rapinaꝫ holocauſtorũ: de
rapina vero holocauſtum offert qui tẽporaliũ bo
norũ ſiue ciborum nimia egeſtate ĩ manducandi
vel ſompni penuria corpus ſuum ĩmoderate affli
git videat itaqꝫ quid Apoſ. dicat carnis curaꝫ ne
feceritis in cõcupiſcẽtĳs ⁊c̃. Sexto ſi ſic hoc ma
xime eſſet vt totalit̃ perimẽtur hoſtis qui regnat
in corpore noſtro ſed hoc eſt falſum. Tum primo
quia eſt ita nature noſtre permixtus ꝙ nõ poteſt
ſeparari niſi natura perimatur. Tum ſcðo quia
ſcðm ſacros autores dñs noluit totaliter deſtrue
re iebuſeũ qui ſignificat fomitem libidinis ſcðm
eos vt in eo erudiret̃ Iherlm. Tum tercio quia fo
mes ſiue hoſtis non erat totaliter deſtructus in
Paulo qui erat vas electionis cũ teſtimonio ſuo
ipſe ſentiebat aliaꝫ legẽ in mẽbris ſuis repugnã
tem legi mentis ſue et quãuis ille caſtigaret cor-
pus ſuum ⁊ in captiuitatem redigeret/non tamẽ
potuit totaliter hoſtem ſuperare. Quarto ſi ſic ſe
queretur ꝙ vnus teneretur ieiunare vſqꝫ ad duo-
decimaꝫ tñ alius vſqꝫ ad nonã alius poſt veſpe-
ras alius per totaꝫ diem ⁊ alius per plures quia
multo citius deficit natura in vno q̃ꝫ in alio ſed
hoc eſt falſum et contra cõmunem eſtimationem
nullus em̃ eſtimat ſe ſoluiſſe ieiunium ſi pranſus
ſit hora illa qua communiter in die ieiunĳ pran-
dent ceteri. Quinto quia hoc eſt expreſſe contra

Caſſi. conſulentem ꝙ cum venit hoꝛa refectionis
refectio ſumatur etiam ſi homo non eſuriat et ꝙ
per illam modum melius et cōmodius ſeruabit
parcimoniam victus q̄ꝫ ſi expectaret ꝙ multum
eſuriret quia in magna eſurie cibi auidius ⁊ mi=
Scda ꝯclo nus temperate ſumeret. ¶ Scđa concluſio. Non
obligant ieiunia eccleſie catholicū ꝫ vt abſtineat
a cibo vſqꝫ poſt hoꝛam veſpertinaꝫ. pꝛobatur qꝛ
illa tam diuturna abſtinentia eſſet multis nimiuꝫ
difficilis et cōmunem facultatem hominū videre
tur excellere. Secundo quia libertas noue legis
exigit vt ea ad que obligantur cōmuniter catholi
ci ſint minus laboꝛioſa hijs ad q̄ obligabātur in
dei tempoꝛe veteris legis ℥ cum iudei obligabā
tur abſtinere vſqꝫ poſt veſperas catholici qui ſub
Tertia con ſunt legi libertatis tantū obligantur abſtinere ci
cluſio. tra hoꝛam illam. ¶ Tertia cōcluſio. Jeiuniū ec
cleſie obligat catholicum vt a cibo abſtineat vſ=
qꝫ ad hoꝛam duodecimaꝫ quā Durandus hoꝛaꝫ
ſextam vocat. Pꝛobatur ex cōmuni conſuetudi=
ne quā regulariter obſeruāt ieiunantes et ſecun
dum quā decreta eccleſiaſtica interpꝛetant̄ ⁊ mo
derantur quicquid em̄ reperitur ſcriptum a ſum
mis pontificibus in hijs que variāda ſunt ex par
ticularibus circunſtantijs locoꝝ omne illud mo
derationem recipit ex ꝯſuetudine ſcđm quā de=
creta cōmunia ibi recepta ſunt que conſuetudo ⁊
communis inſtitutionis moderatio rationabili=
ter et vtiliter introducta eſt ne ſcꝫ illi qui per mo=
derationem et inſtitutionem eccleſie debent red=
di melioꝛes pꝛopter nimiuꝫ onus et grauitateꝫ le
gis fierent contemptoꝛes et tranſgreſſoꝛes et per
conſequens deterioꝛes. cum em̄ in diuerſis regio
nibus et pꝛouincijs ſit alia ⁊ alia cōmunis homi
nuꝫ facultas. Dioceſanus vnius cuiuſqꝫ loci hāc
maxime debet attendere et per eā cōmunia decre
ta moderari. Beatus Tho. vero dicit ꝙ hoꝛa co=
medendi eſt hoꝛa nona quā vulgariter ſcđam di
cimus. Cōtra cuius opinionem eſt cōmunis ieiu
nantiuꝫ ꝯſuetudo: et rō quam beatus Tho. indu=
cit facit pꝛo nobis manifeſte. Arguit em̄ ſic. Je=
iunium oꝛdinatur ad deletioneꝫ et cohibitionem
culpe ℥ opꝫ ꝙ aliquid addat ſuper cōem conſue=
tudinem ita tamē ꝙ per hoc nō multum natura
grauetur conſuetudo comedendi hominibus eſt
hoꝛa ſexta ℥ vt ieiunans aliquā afflictionem ſen=
tiat debet expectare vſqꝫ ad hoꝛam nonam. Sup
pono pꝛo hac ratione ꝙ hoꝛa ſexta ſit hoꝛa duo=
decima et nona ſit hoꝛa ſecunda. Et tunc retenta
eadem maioꝛe que eſt multum rationalis ita ſub
ſumo: ſed conſuetudo comedendi hominibus eſt
hoꝛa tertia ſcꝫ hoꝛa decima ℥ vt ieiunans aliquaꝫ
afflictionem ſentiat et nō multū natura eius gra
uetur debꝫ expectare hoꝛā ſextaꝫ. Scđo qꝛ rōna=
le eſt vt refectio differat̄ vſqꝫ ad medium diei arti
ficialis: ſed illa eſt hoꝛa ſexta quā vulgariter duo
decimaꝫ appellamus igr̄. aſis pꝫ qꝛ qui tm̄ vnā
refectionem facturus eſt in die rationabile eſt vt
diuidat diē in duas partes equales ⁊ ibi reficiat̄
Huius ſententie eſt Duran. in. iiij. vbi vult ꝙ cō=
munis ꝯſuetudo ieiunātiū eſt comedere hoꝛa. vi.
Qrta ꝯclo et hoc mō obſeruāt papa ⁊ cardinales. ¶ Quar
ta ꝯcluſio. Hmōi hoꝛa. xij. non eſt accipienda ſe
cundum extremū rigoꝛē menſurate: ſed ſcđm groſ=
ſam eſtimationē. pꝛobatur qꝛ ſi attenderetur ex=
tremus rigoꝛ tunc inicerent̄ varij et ꝑplexi ſcru=
puli ieiunantibus. Tum ꝓpter carentiā hoꝛolo=
gij in locis in quibus nō eſt. Tum ꝓpter erroꝛem
hoꝛologij in locis in quibus ē et tenerētur frequē
ter ieiunantes notabiliter poſtponere refectionē
vt in dubijs certius eligerent: ſed ꝯñs eſt falſum
et contra cōmunem ꝯſuetudinem ieiunantiū non
repꝛehenſam ab eccl̄ia ſed potius appꝛobatam.
Huius ſententie eſt btūs Thom. ⁊ Joh. lectoꝛ in
ſumma ꝯfeſſoꝛum dicētes ꝙ hoꝛa refectionis ac=
cipienda eſt ſcđm groſſam eſtimationem.
¶ Quinta ꝯcluſio. Jnſtitutio ieiunij nō obligat Quīta ꝯclo
catholicū vt refectionē nō differat vſqꝫ ad hoꝛaꝫ
veſpertinā. Jſta ꝯcluſio ꝓbata eſt in cōcluſione
pꝛecedēti et iterū in ꝓmitiua eccl̄ia et per longuꝫ
tempus poſtea obſeruatū eſt ita fuit inſtitutum
ieiuniū vt refectio differenda eſſet vſqꝫ ad hoꝛaꝫ
veſpertinam et poſtea cōcreuit grex xp̄ianus et
difficillimum fuit ſeruare tam longā abſtinentiaꝫ
fecit differre vſqꝫ ad hoꝛam nonam. poſtea vero
pꝛopter conſimilem cauſam ꝯceſſum eſt aut per
conſuetudinē introductū vt ſatis eſt differre vſqꝫ
ad hoꝛam ſextam ℥ cuꝫ pꝛima inſtitutio ſit de ho
ra veſpertina et relique cōceſſiones facte ſint vt
ſuccurreret̄ fragilitati cōi hominū ſequitur ꝙ po
teſt vſqꝫ ad hoꝛam illā veſpertinā refectio differ
ri et maxime ab hijs qui nō per hmōi dilationeꝫ
notabiliter grauant̄. Si dicas ponat̄ caſus ꝙ ſit
aliq̄s qui differēdo refectionē vſqꝫ poſt hoꝛā veſp
tinā minꝰ affligat̄ q̄ꝫ differēdo vſqꝫ ad hoꝛā. xij.
ſicut em̄ reperiunt̄ aliq̄ quibꝰ moleſtū eſt multū
differre comeſtionē vſqꝫ ad xij. ⁊ nō eſt moleſtū eis
differre a refectione ſūpta vſqꝫ ad craſtinū ita ſūt
etiam nōnulli quibꝰ non eſt multū moleſtū differ
re refectionē vſqꝫ ad hoꝛaꝫ veſpertinaꝫ ſi tamen
reficerentur hoꝛa. xij. eſſet eis multū moleſtū dif=
ferre eam a refectione vſqꝫ in craſtinū ergo cum
talis nō differat vt magis ſed vt minꝰ affligatur
ſequitur ꝙ non licet ei differre refectionē vſqꝫ ad
veſpertinam hoꝛaꝫ Reſpondeo ꝙ ſi talis affliga
tur exceſſiue in detrimētuꝫ notabile coꝛpoꝛis ſui
non ſolum poteſt differre imo etiā cōſulenduꝫ eſt
ſibi ꝙ differat ſicut contingit de aliquibus qui cū
carent refectione nocturna noctem inſompnem
et in doloꝛe ducunt. Si aūt afflictio non ſit eis ex
ceſſiue moleſta tūc poſſunt quidem differre ſed ta
men maioꝛis meriti eſſet eis ieiunium ſecundum
communem conſuetudinem obſeruatum. ¶ Sex Sexta ꝯclo
ta concluſio. Jn refectione tempoꝛe ieiunoꝛum
ſumenda in abſtinentia ciboꝛuꝫ ⁊ in obligatione
perſonarū magis ad moꝛes vtentium q̄ꝫ ad inſti
tutas leges ſeruanda eſt conſideratio ita ꝙ leges
de ijs non obligant niſi ſecundum ꝙ ſunt conſue
tudine ⁊ vtentium moꝛibus appꝛobate. Pꝛoba=
tur lege de ijs rebus. pꝛobatur concluſio auctoꝛi
tate Auguſ. de vera religione. Leges non obli=
gant niſi cū fuerit inſtitute ⁊ ꝯfirmate i iſtis inꝗ
tēpoꝛalibus legibus q̄ꝫq̄ꝫ de hijs hoīes iudicent
cum eas inſtituūt tn̄ cuꝫ fuerit inſtitute ⁊ firmate
non licebit iudici de ipſis iudicare ſed ſecundū ip
ſas. ſꝫ leges inſtituūtur cū ꝓmulgant̄: ferant̄ aūt

cum moribus vtentium approbantur. Secundo cum moribus vtentium nonnulle leges abrogate ſunt ⁊ infirmitate ergo moribus vtentur leges firmantur et approbantur. antecedens patꝫ de decreto Theleſfori pape quo decreuit ieiunandum eſſe a quinquageſima vſqꝫ ad diem paſche. Statuimus inquit vt ſeptē ebdomadas plenas ante ſanctum paſcha omnes clerici ieiunent qꝛ ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorū a laicorum conuerſatione ita et in ieiunio debet eſſe diſcretio et hoc thelephorum cauſe fuiſſe. Probatur auctoritate Ambro. in li. ſermonum diſtinctione. xl. ſex ſeptimanas habet cui addidit theleforus pōtifex ſeptimam ebdomadam et vocatum eſt hoc tempus quinquageſima. Conſtat autēꝫ ꝙ qui aliter agūt nō ſunt tranſgreſſores neqꝫ peccant eo ꝙ hoc decretum non eſt moribus vtentium approbatum Eandem inſtitutionem de quinquageſima fecit Grego. vt patꝫ ex epiſtola eius ad Au. anglorūꝫ epiſcopūꝫ in qua ſic habetur. Deniqꝫ ſacerdotes et diaconi et reliqui omnes quos dignitas eccl'iaſtici gradus exornat a quinquageſima propoſitum ieiunandi ſuſcipiat quo ⁊ aliquid ad penſūꝫ ſancte inſtitutionis adiciat et eorum qui in laicali ordine conſiſtunt obſeruantiam ſicut loco infra et religione precella. Tertio decretum de nō comedendo carnes diebus dominicis in quadrageſima nunqꝫ habuit viꝫ legis quouſqꝫ fuerit moribus vtentium approbatum igitur. antecedens videt̄ innui ex eo ꝙ Greg. epi. predicta ſcribit ad Au. cum ait. De ipſa vero die dn̄ica heſitamus quidnam dicendum ſit cum omnes laici et ſeculares illa die plus ſolito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetunt et niſi noua quadam auiditate vſqꝫ ad medias noctes ſe ingurgitant nō aliter ſe huius ſancti temporis obſeruationeꝫ ſuſcipere putant qđ vtiqꝫ non rationi ſed voluptati immo cuidam mentis cecitati aſſcribendūꝫ eſt vnde nec a tali ꝯſuetudine auerti poſſunt et ideo cum veram ſuo ingenio relinquendi ſunt ne forte peiores exiſtant ſi a tali conſuetudine prohibeantur. vt enim ait Salomon. Qui multū emungit elicit ſanguinem. Quarto ab eodem Gre. decretum eſt vt quotienſcunqꝫ ieiunamus et a carnibus animalium abſtinemus. abſtineamus etiam ab ouis et lacticinŭs ⁊ ꝙ talibus diebus piſcibus vtamur qꝫ parciſſime et etiam prohibemur preparare ſumptuoſa conuiuia marinarū beluarum et prohibemur etiam vinum bibere vſqꝫ ad ebrietatem. Hec enim omnia legibus conſtituta ſunt et tamen quia nō ſunt communi vſu approbata nō ſunt cenſendi rei tranſgreſſionis qui hec non obſeruant igitur. minor patꝫ qui ſacris non obediunt canonibus proprio priuantur honore. ſed qui predicta non obſeruant nō propter hoc proprio priuantur honore: ꝗ qui predicta nō obſeruant nō cenſentur rei tranſgreſſionis. maior probatur per illud qđ ī ſupradicta epiſtola habet̄. Par autē eſt vt nos qui hŭs diebus a carnibus animaliū abſtinemus ab oībus quoqꝫ que ſementinam trahunt originē carnis ieiunemus a lacte videlꝫ caſeo et ouis. Et poſt pauca ceterū piſciūꝫ eſus ita xp̄iano relinquitur vt hoc ei infirmitatis ſolacium non luxurie pariat incendium. Deniqꝫ qui a carne abſtinēt nequaqꝫ ſumptuoſiora marinarum beluaꝝ conuiuia prepararent vinū quoqꝫ ita bibere permittimur vt ebrietatem omnino fugiamꝰ alioquin reſtat vt omnia que corporibus libēt ſimiliter faciamus. Supradicte enim rationes ꝯcludūt ꝙ decreta nō obligāt niſi ſunt moribus vtentium ⁊ communi conſuetudine firmata niſi quis dicat ꝙ que dicta ſūt nō ſunt dicta per modum decretorum ⁊ ſtatutorū ſed per modum exortationis inter que eſt differentia ꝙ decretum neceſſitatem imponit et obligat: exortatio vero excitat voluntatem liberaꝫ que ſcilicet etiaꝫ ſi nō faciat nō peccat Hec ſumpta ſunt ex decreto diſtinctione quarta. Quinto In hŭs que variāda ſunt ſecundum circunſtantias locorū ⁊ in quibus licitum eſt vnam quāqꝫ prouinciam habundare ſuo ſenſu/ leges pontificales nō obligant niſi ſint moribus vtentium approbate ſed ieiuniorum obligationes ⁊ modi variandi ſunt ſecundum circūſtantias locorum ⁊ in hŭs cōceſſum eſt vnamquāqꝫ prouinciaꝫ habundare ſuo ſenſu igit̄ leges de ŭs non obligant niſi ſint moribus vtentium approbate maior videtur nota ⁊ minor probatur quia vt habet̄ capitulo vtinā de hŭs Jero. ad Lucinūꝫ ait ſed vnaqueqꝫ ꝓuincia habundet ſuo ſenſu et percepta maiorū leges ap̄li eas arbitrentur. Sed quia de vi conſuetudinis alibi tractandū eſt ideo pro nūc hec ſufficiāt. ¶ Cōtra primam concluſioneꝫ arguitur ſic inſtitutio ieiuniorum obligat ad magis abſtinendum qꝫ ſit abſtinendum ſecundū regularē tēperantiaꝫ ſed ſcđm regulareꝫ temperantiā tenemur abſtinere ab ŭs que impediunt ſanitatem ⁊ bonā habitudinem ergo cū quicquid eſt ad ſanitatem totūꝫ ſit neceſſariū ad conſeruationē nature ſequit̄ ꝙ ieiuniū ſatiſfactoriū obliget vt abſtineat̄ vſqꝫ ad defectū nature. Scđo ieiunās nō ꝓ peccato abſtinet a non neceſſarŭs ad corporis ſanitatem ſed ieiunans ꝓ peccatis debet amplius abſtinere ergo dꝫ abſtrahere parteꝫ neceſſarŭ ſed ea ſubſtracta deficit natura ergo talis debet abſtinere vſqꝫ ad nature defectum. Tercio in leuitico vbi dn̄s precipit ieiuniū ita habet̄ affligetis animas veſtras ſed anima non affligit̄ niſi ex ſubſtractiōe neceſſarŭ igitur. Quarto arguitur per Grego. ſup illud Job clamorē exactoris nō exaudiuit exactor ē inquit venter queꝫ nō exaudiūt ſancti exigētem ſed venter non poteſt dici exactor niſi violēter querat nō querit aūt violenter niſi neceſſariū ergo cū ſancti laudent̄ ex hoc ꝙ nō exaudiūt vocē exactoris ſequitur ꝙ debemꝰ abſtinere vſqꝫ ad nature deffectūꝫ. Quinto ꝓbat̄ per illud bernardi in ep̄la ad carthuſieñ. Quid magnū eſt ſi eſuriat venter vſqꝫ ad rugitū qui ſepe repletꝰ eſt vſqꝫ ad vomitū ſed nō rugit venter niſi ꝓ neceſſarŭs ergo vſqꝫ ad nature defectū abſtinēdū eſt. Sexto ſubſtrahendū eſt cibū qꝫdiu ſentit̄ hoſtis ſꝫ hoſtis ſentit̄ qꝫdiu nō deficit natura igit̄ aīs probat̄ per illud ꝗ redarguti ſunt filŭ iſrael ꝙ pepercerunt gabaonitis ⁊ dictūꝫ fuit eis ꝙ futuri eſſent eis ſicut lancee in lateribus ⁊ ſudes in oculis ꝑ hoc eīn ſignificat̄ ꝙ perimēdi ſūt hoſtes aīe Cōfirmat̄ qꝛ malū ē tota

Cōtra cōcluſ

liter eradicandū ſed quicqd eſt in nobis de mali-
cia hoſtis illud eſt malū ꝙ hoſtis eſt totaliter peri
mendus et deſtruendus. Confirmaꝫ ſecundo per
illud Jere. innouate vobis nouale ⁊ nolite ſedere
ſuper ſpinas per qḋ ſignificat ꝙ cõcupiſcentia et
hoſtis noſter debet totaliter extirpari. Cõfirmaꝫ
tertio per illud qḋ habet gloſa ſuper illud. perdā
babilonis nomē et reliquias et germē. Nomē eſt
actus pctī reliquie ſunt pronitates relicte ad pec
candū. germē autē eſt hoſtis inſequens ꝙ hoſtis
debet perdi et totaliter interimi ꝑ ieiuniū ⁊ per
ꝯñs ieiunandū eſt vſqꝫ ad defectum nature.

Solutiões. ¶ Ad primā concedo maiorem et minorē ⁊ ne
go conſequentiā quia licet illud quod dictum eſt
neceſſariū ad ſanitatem neceſſariū ſit nature vt
bene ſit tamen aliquid etiam notabiliter ſenſibi
le eſt nõ impeditiuum ſanitatis qḋ non eſt neceſ
ſarium nature vt ſibi bene ſit et illa inter id qḋ
eſt impeditiuū ſanitatis et id quod eſt neceſſariū
ad ſanitatem eſt magna latitudo infra quam de-
currit obligatio ieiunij. Ad ſecundā cõcedo ma
iorem et nego minorem niſi ſit ſpecialiter iniun-
ctum et ad probationē nego aſſumptum. debet
eñ facere qḋ ſibi iniunctum eſt patet nõ tenetur
amplius facere et ita ſi nõ plus ſibi iniungatur
q̄ regulariter obligat eccl'ia ieiunādo nõ tenetur
amplius abſtinere. Et ꝓterea dico ꝙ aliquid dici
tur neceſſariū dupl'r. Uno mõ id cuius vſus inter
dictus ꝓ ſemꝑ infert ſenſibile nocumentū natu
re vt vſus vini in conſuetis ⁊ tale poteſt interdici
pro vna die aut duobus. Alio mõ id cuius vſus
interdictus pro ſemel aut pro tempore ꝓ quo in
iuncta eſt abſtinentia infert graue nocumentum
nature et tūc dico ꝙ ſi aliquid eſt tale ab eo nõ te-
netur ieiunans pro pctõ abſtinere nec rõnale vi
detur imponere tale ieiuniū penitenti in foro inte
riori. ſecus eſt autē de foro exteriori. Ad tertiā ne
go minorem et dico ꝙ anima frequenter affligiꝫ
ex ſubſtractione nõ neceſſarij ⁊ maxime inconſue
tis vt per experientiam conſtat. Ad quartam cõ-
cedo auctoritatem Gregorij ſed dico ꝙ venter vi-
olenter querit nõ ſolum neceſſarium ſed etiam id
quod nõ eſt neceſſarium et ī ſic violenter querēdo
nõ neceſſariū diciꝫ exactor proprie: non autē in
querendo neceſſarium qꝛ hoc tribuitur ſibi ex ne
ceſſitate iuſticie debitum et in hoc laudātur ſan-
cti ꝙ non exaudiunt vocem hmõi exactoris. Ad
quintam dico ꝙ venter interdū eſurit vſqꝫ ad ru
gitum cū non deeſt ſibi aliquid neceſſarium: ſed
etiam cū deeſt aliquid nõ neceſſarium qḋ tamen
nõ deeſſe conſueuit. Ad ſextam nego maiorem ſi
cut probatum eſt ſupra cõcluſione prima. Et ad
probationem primā nego conſequentiam hoſtiū
eñ viſibilium et corporaliū peremptio repreſen
tat nobis ac figurat cohibitionē hoſtium ſpiritu
alium et in hoc attendendū eſt ſermonis illius fi
guratiui veritas, gabaonite enim nõ erant com-
plantati filijs iſrael: ꝯcupiſcentie vero noſtre ſunt
nature noſtre complantate et ob hoc nõ poſſunt
perimi niſi natura noſtra perimitur. poterāt aūt
perimi Gabaonite a filijs iſrael ipis filijs iſrꝫ nõ
peremptis nõ ſunt ꝙ ꝑimendi hoſtes ſpirituales
ſed cohibendi qꝛ niſi cohibeantur iugiter creſcūt
et vigorem accipiunt et multā honeſtis moribus
perniciem inferunt. Aliter dicendū eſt ꝙ per Ga
baonitas intelligit hoſtes ſpirituales nõ ex incli
natione nature originē habētes ſed totaliter ex-
trinſecus inductos et tales poſſunt totaliter peri
mi. Ad ſecundam probationem concedo añs de
malo moris et nego de malo pene ⁊ nego mino-
rem de malo moris. mala eñ inclinatio ex princi
pijs complexionātibus aut ex qualitatibus cor-
poralibus inducta nõ eſt malū moris licet ad mo
ralem maliciam inclinet. Ad tertiam probatio-
nem concedo auctoritatem et concedo etiā ꝙ ma
lum moris quod eſt peccatum actuale debet tota
liter extirpari ſed nõ ꝓpter hoc neceſſe eſt ꝙ ma-
la inclinatio totaliter extirpeꝫ ſed cohibenda et
quantum rõnabiliter poſſibile ē remittenda. Ad
quartam probationē dico ꝙ illud intelligendum
eſt de perditione in cõſummata vita et nõ in hac
peregrinatione facienda. in prima eñ nec pecca
tum nec inclinatio manebit nec hoſtis ab hijs
liberatos amplius inſequetur. Aliter dicendū ꝙ
perdendū eſt nouum pctm̄ per penitentiā ⁊ per
dende ſunt reliquie et ꝓnitates per cohibitionē
et perdendū eſt germē hoſtis inſeq̄ns ꝑ victoriā.

¶ Contra ſcḋam concluſionē arꝫ ſic. in veteri te- Cõtra ſcḋā ꝯcluſionem
ſtamēto ieiuniū obligabat abſtinere a veſꝑe vſqꝫ
ad veſperā ꝙ etiam in nouo debet refectio vſqꝫ ad
veſperam differri. ꝯña tenet qꝛ ſtatus noui teſta-
menti eſt ꝑfectior q̄ ſtatus veteris. et añs proba
tur per illud qḋ habeꝫ Leuitici. xxiij. Sabbatū
eſt affligetis animas veſtras. ⁊ poſtea ſequiꝫ et a
veſpere vſqꝫ ad veſperā celebrabitis ſabbata vr̃a
Secundo arguitur per illud cabilonēſ conſiliū ⁊
recitaꝫ in decretis de conſecra. d. i. ca. ſolent. So
lent plures qui ſe ieiunare putant in. xl. mox vt
ſignū audierint ad horam nonam cõmedere qui
nulla tenꝰ ieiunare credendi ſūt q̄ ante mandu
cauerint ſi veſpertinū celebretur officiū concur-
rendū eſt enim ad miſſas ⁊ auditis miſſarū ſolē-
nibꝰ et veſpertinis officijs ⁊ largitis elemoſinis
ad cibum accedendū eſt. Si vero aliquis neceſſi
tate conſtrictꝰ fuerit vt ad miſſam venire non va
leat eſtimata veſpertina hora completa oratione
ſua ieiuniū ſoluat. Et ſubiungit idem de ieiunijs
quattuor tp̄m an in ieiunijs etiā quattuor tēpo-
rum circa veſpertinas horas in ſabbato vero ſan
cto circa noctis iniciū miſſaꝝ ſollēnia ſūt celebrā
da ſed conſtat ꝙ nõ eſt comedendū niſi poſt miſ-
ſarū ſollēnia igiꝫ. Tercio auctoritate yſi. libro ſe-
cundo de ſummo bono capitulo vltimo dicentis
ſpernitur ieiuniū quod in veſperū repletione re-
ficitur Et iterū ſperniꝫ ieiuniū quod ī veſperū de
litijs compenſatur neqꝫ eñ reputanda eſt abſti-
nentia quam fuerit ventris ſacietas ſecuta cõſtat
autem ꝙ hic Iſi. non loquitur de repletione per
ſcḋam comeſtionē factā: ergo intelligit de reple-
tione facta per primam ergo ſcḋm eñ hora re-
fectionis tempore ieiunij eſt hora veſpertina.

¶ Ad primam concedo antecedens ⁊ nego con- Solutio.
ſequentiā ad probationem dico ꝙ perfectio ſta-
tus nõ facit vt magis vel diuciꝰ ieiunādū ſit imo
oppoſitum de ratione enim ꝑfectionis ſtatus eſt
libertas maior ⁊ de ratione maioris libertatis eſt

onerū diminutio. Dico ꝑterea cuꝫ Thoma ꝙ ſta
tus veteris teſtamenti comparatur nocti et ſtatus
noui compara̅t diei ſcd̄m illud Apoſto. ad Ro.
xiij. Nox ꝑceſſit et dies appropinquauit. In vete
ri teſtamento ieiunabāt vſqꝫ ad noctem nō auteꝫ
in nouo. Ad iſtas oēs auctoritates reſpondet
Durandus ꝙ iſta ieiunans nō debet comedere vſ
qꝫ ad veſperas aut ad horam veſpertinam dupli
citer poteſt intelligi. Uno mō ſic ꝙ intelliga̅t de
hora diei veſpertina que eſt hora quarta ⁊ ſic nuſ
q̄ꝫ obſeruatur quia omnes ieiunantes vt dicit co
medūt ſexta. ſi autem intelliga̅t de hora veſperti
na q̄ꝫtum ad diuinū officium ſicut verba ſtatuti
videntur ſonare videlicꝫ ꝙ dictis veſperis come
datur tunc hoc melius ſeruatur a ieiunātibus in
quadrageſima qꝛ veſpere in .xl. dicūtur hora ſex
ta nec comedunt ꝯmuniter ieiunantes in quadra
geſima niſi dictis veſperis hec ſolutio q̄ꝫtum ad
principalē difficultatem eſt bona ſed nō videtur
mihi ꝙ illa ſit intentio ſtatuti cuius oppoſitū ꝟr.
Nam iudicio meo Gratianus ibi incidentaliter
introducit auctoritates loquētes de ieiunio ⁊ ꝑn
cipaliter eas introducit vt oñdat qñ miſſaruꝫ ſo-
lemnia celebranda ſunt et expreſſe habetur ibi ꝙ
in ieiunijs quattuor temporū miſſarum ſolemnia
celebranda ſunt hora veſpertina vt patꝫ ex textu
allegato. Dico ergo ꝙ et ſi fuerit intentio ſtatu-
entium ꝙ abſtineretur a cibo vſqꝫ ad horam ve-
ſpertinaꝫ qꝛ tamē illud nō eſt nunc moribus vten
tium approbatum ideo nō obligat. videntes aūt
patres eccleſie nunc ꝙ iſta abſtinētia eſſet nimiū
grauis et moleſta et cauſa trāſgreſſionis pro ma
iori parte vt decretum illud nō eſſet omnino inu-
tile voluerūt in quadrageſima ꝙ veſpertinū offi
cium hora ſexta celebraretur et eo celebrato vnuſ
quiſqꝫ refectionem poteſt accipere ꝙ nunc obſer
uatur vbiqꝫ. Et per hoc reſponſuꝫ eſt ſatis ad au
ctoritatem ꝟſi. tempore eñi ſuo obſeruabatur ab
ſtinentia vſqꝫ ad horam veſpertinā ſed hoc vten
tium moribus ſatis rationabiliter mutatū eſt ne
qḋ inſtitutum eſt ad ſalutē verteretur in pernicieꝫ.
Cōtra tertiā cōcluſionēꝫ ¶ Contra tertiam ꝯcluſionē arguitur ꝑmo rōne
Thome allegata et deductione predicte ꝯcluſio
nis qua ꝓbat ꝙ ſumenda eſt refectio hora nona.
Secundo refectionē ſumere hora nona conuenit
miſterio paſſionis chriſti ſed cum quis per ieiuni
um carnem ſuā affligit ſe xp̄i paſſioni conformat
igitur. maior patꝫ qꝛ miſterium paſſionis chriſti
hora nona completū fuit ergo et abſtinentia noſtra
et carentia cibi eadeꝫ hora complenda eſt. Et mi
nor proba̅t per illḋ Pau. ad. Gal. v. qui xp̄i ſunt
carnem ſuā crucifixerunt cuꝫ vitijs et concupiſcē
tijs. Tertio arguitur auctoritate Caſſia. collatio
ne ſecunda dicētis. Quod hora nona eſt tempus
aptum refectioni et probat quia recens eſſe per-
ceptio non ſunt ſenſum leuem ⁊ tenuem inueniri
tam in veſpertinis q̄ꝫ in nocturnis orationibus vt
cum monachus non ſolum in nocturnis vigilijs
verumetiam in ipſis veſpertinis ſolēnitatibus le
uis ac vacuis digeſto iam cibo inueniri poſſit ho
ra nona ſalubriter ad refectionem inſtituta eſt.
Quarto argui̅t ieiunium eccleſiaſticum omnibus
imponitur ſed nō omnes poſſunt cognoſcere ho-
ram ſextam igr̄. Quinto nulla virtus moralis eo
dem modo accipit medium quo ad omnes ſed ie
iunium eſt actus virtutis ergo non poteſt omni-
bus ieiunantibus vna et eadem hora aſſignari.
Maior patet quia ꝙ vni eſt multum alteri eſt pa
ruꝫ. minor probatur quia eſt ſpecies abſtinentie.
¶ Ad primam concedo primū antecedens ⁊ pri Solutio
mum ꝯſequens ſed nego ꝙ conſuetudo comeden
di hominibus ſit hora ſexta .i. xij. ſed eſt hora ter
tia id eſt decima vel ſaltem media hora inter ter
tiam et ſextam. Et in hac rōne Thome forte fun
date ſunt antique conſuetudines naꝫ quibus erat
conſuetudo ſumendi refectionem regularem ho
ra nona illi die ieiunij debebant differre vſqꝫ veſ
pertinam. quibus vero cōſuetudo fuit ſumere ho
ra ſexta rōnabiliter diſtulerunt in die ieiunij vſqꝫ
ad horam nonā et ex eadem radice qui nō ſolent
differre niſi vſqꝫ ad tertiam in die ieiunij rationa
biliter differunt vſqꝫ ad ſextā. In iſtis autem non
fit diſtributio pro ſingulis prouinciarum ſed po-
tius pro ꝓuincijs ſingulorū hoc eſt nō eſt hoc va
riandū ſecundū vnius cuiuſqꝫ indiuiduū conſue
tudinem ſed ſcd̄m cōmunem ꝯſuetudinem vnius
prouincie vel regionis. Ad ſcd̄am dico ꝙ argu-
menta iſta figuratiua nō ꝓbant efficaciter niſi id
quod inferunt ex alio paſſu deduci poſſit et apta
diſſimilitudo eſt. naꝫ refectio noſtra in die ieiunij
media eſt inter duas abſtinētias quarū poſterior
multis eſt grauior ꝑore et nō eſt compāanda mor
ti xp̄i que fuit poſtrema eius afflictio ſed potius
crucifixioni que media fuit inter ꝑcedentes et ſe-
quentes afflictiones. hec autem crucifixio hora
ſexta facta eſt ſecundū illud Hora ſexta ieſus eſt
cruci ⁊c̄ quia ergo vt dicit miſteriū paſſionis xp̄i
completum eſt hora nona ⁊ afflictio ieiunij non
eſt in refectionis hora cōpleta cuꝫ poſt eaꝫ ſup ſit
alia abſtinentia ⁊ alia afflictio ideo hec hora non
ita congruit miſterio paſſionis chriſti ſicut hora
ſexta. Ad terciaꝫ dico ꝙ caſſianus loquitur de re
fectione regulari et nō de refectione ieiunij loqui
tur etiam de refectione monachoruꝫ Et non vni
uerſaliter de refectione omniū ⁊ ſi loqueretur de
refectione cōmuni omnibꝰ ⁊ in die ieiunij dico ꝙ
ſententia eius non eſt moribꝰ vtenciuꝫ approba-
ta ideo non obligamur eam ſequi Eſt tamen mi-
hi difficile videre de qua hora nona loquatur ac-
cipitur enim hora nona aliquādo ꝓ vna .xij. ho-
raruꝫ que mediat inter octauaꝫ ⁊ decimā aliquan
do vero accipitur ꝓ altera ſepteꝫ horarū que me
diat inter ſextam et veſpertinam horam. Si in-
telligat de hora nona ſecundo modo que eſt ho-
ra ſecunda poſt meridiem tunc ratio ſua deficit
quia ſi reficiamur illa hora non erit facta dige-
ſtio ſibi hora veſpertina ⁊ ita tunc nō habebimꝰ
ſenſum tenueꝫ ⁊ leuem tam in orationibꝰ veſper
tinis q̄ꝫ matutinis ſi intelligat de hora nona pri
mo modo tunc hoc videtur difficile cum ex con-
ſuetudine ſalteꝫ que nunc currit non ſint miſſarū
ſolēnia celebrata etiaꝫ apud monachos ſed forte
tunc illis alia fuit conſuetudo que in monachis
rationabilis videtur ꝓpter matutinas horas q̄s
media nocte decātant ⁊ forte poſt matutinas de-
cātatas vigilijs et orationibꝰ aut lectioni ⁊ non
Pi

ſompno indulgebant. Ad quartam dico ꝙ licet non omnes cognoſcāt horam ſextaʒ certitudinaliter ⁊ indiuiſibiliter cognoſcūt tamen omnes cōiecturaliter ⁊ per groſſam eſtimationem quod ſic cum non eſt diſtantia notabiliter ſenſibilis ab hora ſexta Ad quintaʒ dico ꝙ licet nulla virtus moralis eodēmodo accipiat mediuʒ quo ad omnes poteſt tñ aliquā circunſtantiaʒ mediū eodēmodo accipere quo ad oēs ⁊ maxime cuʒ circunſtantia talis eſt ꝙ non notabiliter deficit reſpectu robuſtiorum nec notabiliter excedit reſpectu debiliorum quia ergo cōmunis hora ſumendi refectionem eſt hora decima ideo cum differatur tempore ieiunij vſqʒ ad ſextaʒ competenter affliguntur robuſti neqʒ notabiliter grauanṫ debiliores. Qđ ſi aliquibꝰ vel propter etatem vel propter infirmitatem in magnū grauamen cederet eſſet cum eis diſpenſandū de ieiunio vt dicit beatus thomas.

Q Uerit quarto vtrū omnes ad ieiunia eccleſie teneantur? Arguitur ꝙ ſic precepta dei obligāt omnes ergo ⁊ precepta eccleſie. conſequentia tenet per illud luce decimo qui vos audit me audit In oppoſitū eſt cōmunis conſuetudo. Notandum ꝙ vt dictum eſt ſupra ieiunium non habet ex ſe bonitatem ſed tantuʒ ratione puritatis mentis quaʒ eccleſia intendit inducere mediante ieiunio Ieiunium enim ⁊ abſtinentia non dicunt preciſe regularem temperantiam ad quaʒ omnes tenentur ſed aliquid regulari abſtinentia arctius.

Pria ↄclō ¶ Sit igitur prima concluſio non omnes ad eccleſie ieiunia tenentur. probatur Nullus cui obſeruatio ieiunij quantum eſt ex conditione perſone diſtractiua vel impeditiua eſt a puritate mentis ad ieiuniuʒ teneṫ ſed multi ſunt quibus obſeruatio ieiunij q̄ʒtum eſt ex conditione eorū diſtractiua eſt vel impeditiua a puritate mētis ergo tales non obligantur ad ieiunia eccleſie maior patet quia ieiuniū non habet bonitatem niſi ſecundum ꝙ ordinatur ad puritatem mentis ita ꝙ in ipſo proprie non eſt puritas ſed quedaʒ ad ipſaʒ puritatem vtilitas minor probatur naʒ infirmis non valet ieiuniuʒ ad puritatem mentis ſed nocet. vires eniʒ infirmorū proſtrate ſūt ex infirmitate quare ſi ad huc ieiunijs ꝓſternerenṫ ita indiſponeretur corpus / vt eo anima vti non poſſet ad opera illa que exigit mentis puritas. Secundo nullus obligatus eſt ad ieiuniū queʒ ieiunium ipſum natū eſt impedire ab ijs que ſibi de neceſſitate ſalutis incumbūt ſed multi ſunt quos ieiuniū natum eſt impedire ad hijs que ſibi de neceſſitate ſalutis facienda incūbunt igiṫ tales nō obligantur ad ieiuniū maior eſt manifeſta qꝛ cuʒ hoc ꝙ quis omittit ea q̄ facere teneṫ de neceſſitate ſalutis nō ſtat puritas mentis minor patet qꝛ infirmꝰ per ieiuniū impediṫ a debita alimētiōe corporis ſui Naʒ debita alimentio corporis infirmi exigit vt non multuʒ cibū ſimul aſſumat ⁊ frequentiꝰ ſumat ꝓpter vires debilitatas que parū poſſūt digerere ⁊ ad ſic alimentandū corpꝰ ſuum tenetur de neceſſitate ſalutis alioquin eſſet homicida ſui et maxime cū hoc eſt ſibi a peritis indicatum infirmitas etiam eſt talis aliquando vt cogatur paciens preuenire horam conſuetam refectionis propter parociſmos egritudinis que aliquando vna hora aliquando alia accidunt. Tertio nullus obligatur ad ieiuniuʒ eccleſie in quo propter cōditiones vel circunſtantias perſone ieiunare eſt opus heroicum cōmunem hominum facultatem excedens ſed ita eſt ꝙ in multis propter perſonarum conditiones et circunſtantias ieiunare eſſet opus heroicum et cōmunem hominum facultatē excedens ergo tales non obligantur ad ieiunium maior patet quia eccleſia precipiendo omnibus ieiuniuʒ et totiens in anno vt puta in quattuor anni temporibꝰ in quadrageſima ⁊ vigilijs magnarum ſolemnitatum nunq̄ʒ intendit precipere aliquid omnibus quod cōmunem hominum facultateʒ excederet minor patet de multis de quibus dicetur in concluſionibus ſequentibus. per hanc autem probationem intendo ꝙ vbi etiam ieiunium nō eſſet puritati mentis nociturum ſi tñ ex cōditione perſone aut priuata complexione eſſet ei tam difficile ieiunare ꝙ in eo excederet cōmunem facultatem hominum non credo ꝙ eccleſia eum ⁊ ſimiles vnq̄ʒ intenderit obligare ad ieiunium.

¶ Secunda concluſio. Quicunqʒ aut ex cōplexione aut ex accidenti aut non multuʒ cibum ⁊ ſubſtentamentum debite ſufficiens ſimul ſumere aut non diu carere cibo poſſunt ij non obliganṫ ad eccleſie ieiunia patet. tum primo quia in talibus ieiunium potius nocet q̄ʒ prodeſt puritati mentis. tum ſecundo quia tales per ieiunium impediunṫ ab ijs que de neceſſitate ſalutis agenda incumbūt tum tertio quia vbi etiam nullum horum contingeret ieiunium tamen in eis eſſet maxime in ſanis heroicum ⁊ communē nature facultatem excederet. Ex hac ↄcluſione infero Quod egroti / ſenes / vehementer colerici et quorum natura eſt notabiliter debilis non tenentur ad eccleſiaſtica ieiunia. de ijs quoruʒ natura eſt debilis patet quia ſi ſumerent vna vice q̄ʒtum ſufficeret ad alimentationem nature per ſpaciū. xxiiij. horarū abſorberet calor naturalis et mortis aut grauis infirmitatis periculo exponerenṫ. De ſenibus pʒ quia in hijs eſt debilitata natura ⁊ calor multū exiguus. De vehementer colericis pʒ quia tales ſunt multi caloris ⁊ parue humiditatis ⁊ ideo nō poſſunt diu carere cibo ſine periculo egritudinis. De egrotis eſt aduertendum ꝙ q̄ʒuis natura nō ſit adhuc debilitata ꝑ egritudineʒ vt tñ magis reſiſtat egritudini preſeruanda eſt a debilitatione ⁊ ideo nutrienda eſt ſufficienter nec tamen cibo oneranda eſt per difficile auteʒ eſſet in ieiunio nutrire ſufficienter egrotū nec tamē naturā onerare cibo. multa ſunt ergo propter que egroti ablati ſunt ab eccleſiaſticis ieiunijs. vnum nature debilitas cū ſcʒ iaʒ vis morbi adeo contra naturam inualuit vt vires eius notabiliter diminuerit. ſecundum preſeruatio contra huiuſmodi debilitateʒ nature qđ fit alimentando frequenter ſed parum vice qualibʒ. tertium proſtratio appetitus ratione cuius cibi vſus ſufficientis ad ſuſtentationeʒ nature ꝓ die naturali eſſet nimis oneroſus vna vice ⁊ grauamē notabiliter nature inferret. Quartū parociſmorꝫ ⁊ acceſ

Scda ↄclō

ſionum varietas ⁊ lōgitudo propter quam oportet nutrire naturam per certum tempus ante parociſmum vt melius reſiſtat. Quintū ſpeciale eſt in quibuſdam egritudinibus que non euacuatione/ſed repletione potius curande ſunt vt in febri que cauſus dicit̄ que ſecundum ypocratem quarta parte anphoriſmorū cauſat̄ ex eo ꝙ quedaʒ venule per longū ieiuniū aut fortem ſolem aut longam deambulationem aut diuturnam ſitim aut comeſtionem ſalſorum euacuate bonis humoribꝰ malis replent̄ contra quam egritudinem conſulunt periti medici ꝙ eger non abſtineat ſed edat ⁊ bibat q̄ʒtuʒ poterit quam febrem ego aliquando paſſus mirabar ꝙ per abſtinentiam augebat̄ ſine vero abſtinentia minui videbat̄ alterius autem nature eſt febris quam cauſonem appellant ꝙ autē egritudo excuſet a ieiunio patet per Gre. in regiſtro qui patienti vomitum ſanguinis non ſoluʒ relaxat ieiunium ſed prohibet ita marino epiſcopo rauenne ſcribens venientes quidam rauannates homines grauiſſimo me memore percuſſerūt qui fraternitatem tum retulerunt de ſanguinis vomitu egrotare. Ex qua re ⁊ ſollicite ⁊ ſigillatim eos quos hic doctos lectione nouimus medicos fecimus requiriri et quid ſinguli ſenſerint quid ve dictauerint ſanctitati veſtre ſcriptum miſimus qui tamen quietū ⁊ ſilentiū pre omnibꝰ dictāt ⁊ infra propterea nec hortor nec admoneo ſed diſtricte p̄cipio vt ieiunare minime preſumas qr dicunt medici huic moleſtie valde eſſe contrariū niſi forte ſi grandis ſollemnitas exigit quinqꝫ in anno vicibꝰ concedo. Ex quo patet ꝙ nō ſolum ieiuniuʒ ratione egritudinis cadet in permiſſione ſed etiā ieiuniuʒ ipſū cadit aliquādo in prohibitione ⁊ aliqñ in permiſſione nō reputauerunt enī patres noſtri aliquid eſſe vtile ad puritatem mentis ꝙ non niſi cum detrimento notabili corporis perfici poteſt. Infero ſecundo ꝙ nō ſolum nature debilitas aut egritudo q̄ actualit̄ ineſt excuſat a ieiunio ſʒ etiā illa q̄ veriſimiliter ineſſet ⁊ cauſaret̄ p ieiuniū Exēplum huius ticius eſt ſanus et validus nunc ſed ſi ieiunaret efficeretur infirmus vel debilitaretur notabiliter. Dico ꝙ talis excuſatus eſt a ieiunio ſi veriſimile ſit expertorū iuditio ſibi hoc eventurum. Probat̄ tale ieiunium notabiliter et ſenſibiliter nocet bone diſpoſitioni corporis ergo tale ieiunium eſt irrationabile conſequentia eſt nota ⁊ añs patʒ ex caſu. Nā ſi legiſlator ieiunij eſſet preſens ipſe declararet nunq̄ʒ ſe voluiſſe obligare tales. Secundo Quicquid inexiſtens excuſet a ieiunio illud ſi per ieiunium veriſimiliter ſit futurum excuſat a ieiunio igitur antecedens patet qr nullus tenetur propter legem de ieiunio ſubire conditionem per quam iuditio omnium ſit impotens ad opus illius legis conſtat enim ꝙ ſi ex cōplexione vel ex alia quauis qualitate ego ſim ſic diſpoſitus quia ſecundum iuditium peritorum medicorum aut per experientiam certam ego ſciam ꝙ per ieiunium ego ſum venturus in febrē difficilis curationis recta ratio dictat michi ꝙ ego non debeo ieiunare eadem ratio eſt ſi ieiunando propter complexionem aut aliam qualitatem ego incurrereʒ notabilem indiſpoſitionem puta notabilem moleſtiam vel inhabilitatem ad cultum diuinum ⁊ ad alia bona opera in talibus enim ieiunium non valet ad puritateʒ mentis immo potius eſt impuritatis operatiuum. Tercio in omni tali ieiunium eſt heroicū opus cōmune ſcilicet nature facultateʒ excedens ſed eccleſia nō intendit homines obligare ad ieiunia heroica qr talia cadunt tantum ſub conſilio igitur. Aduertendum tamen ꝙ ea que dificultant hominem ad opus ieiunij ſunt in duplici differentia quedā ſunt que ideo preciſe difficultant quia inclinant voluntatem vel appetitum ſenſitiuum ad oppoſituʒ ieiunij ſic tamen ꝙ in eis per ieiunium non inducūtur indiſpoſitiones alique corporales puta nec nature debilitas nec egritudo nec afflictio aliqua corporalis ſenſibilis ⁊ notabilis ſicut contingit in aſſuetis ad ingluuiem ⁊ ad opera ventris in talibus eniʒ inducunt̄ per frequentes operationes habitus mali ⁊ noxij mores ⁊ alique qualitates corporales inclinantes vehementer ad oppoſitū ieiunij ⁊ de talibus dico ꝙ non excuſantur a ieiunio. Alia ſunt que difficultant opꝰ ieiunij ꝓpter malas diſpoſitiones quas nata ſūt facere in corpore et iſta ſunt duplicia quedam ſūt q̄ conſiſtūt in complexione naturali aut alijs qualitatibꝰ corporalibus ſine culpa inductis alia ſūt que conſiſtunt in qualitatibus vel in diſpoſitionibus culpabiliter inductis de primis videretur eſſe certa que dicimus de ſecundis etiam videretur mihi vera Nam egrotus aut nature debilis q̄ʒuis debilitatem illam vel egritudineʒ per culpam ſuam incurrerit puta ex nimio potu aut ex nimio coitu nihilominus tamen excuſatur a ieiunio hmōi tamē qualitates ſunt duplices quedā ſunt que non ſūt auferibiles vel ſimpliciter vel niſi difficilime. alie ſunt que per contrariā conſuetudineʒ aut per certos cibos ⁊ potꝰ aut per alias operationes oppoſitas eis interduʒ etiam multo faciliores q̄ʒ ieiunium ſunt auferibiles ⁊ de talibꝰ dico ꝙ licet nō teneātur ad ieiunia cuʒ hmōi qualitates in uno videntur tñ teneri laborare ⁊ niti paulatiʒ auferre huiuſmodi qualitates ſuppoſito ꝙ nullam in diſpoſitioneʒ aīe vel corporis ſic auferendo conſequantur. ❡Tercia concluſio quibuſcūqꝫ vel ꝓpter penuriam alimentorum vel propter grauitatem laboris qui non poteſt rationabiliter non ſumi non ſufficit ad vna refectio in die ſic ſcilicet ꝙ vna tantum vice refici in die excedens in eis cōmunem hominum facultatem excuſantur a ieiunio patet quia vt frequenter dictuʒ eſt eccleſia nō intendit per conſtitutionem ieiunij aliquos obligare ad opera cōmunem facultatem hominuʒ excedentia. Que talia ſunt ſcilicet ratione circunſtantiarū ꝙ pauci ſuperarent et multi ſuperarentur: ex iſta concluſione infertur ꝙ pauperes pro diebus illis pro quibus non habent hora competenti ſufficientia alimenta ad eorū ſuſtentationeʒ non tenentur ad ieiunium ꝓ alijs vero tenentur qr nihil eſt qđ eos excuſet infertur ſecūdo ꝙ peregrinantes qui cōmode peregrinationē differre non poſſunt non tenētur ad ieiunia eccleſie. Poſtet quis peregrinatio eſt de laboribꝰ qui dicti ſūt et maxime in hijs quos labor vehementius affli

git. Inferetnr tertio ꝙ curſores et nuncij qui hec
ratione officij vel famulatus et ſeruitij exercēt ex
cuſantur a ieiunio pro tēpore quo labori vie dans
operam. nō autem pro tempore quo in domibus
ſuis vel dñorum ſuoruꝫ quieſcunt. Infertur quar
to ꝙ agricole et alij manualiter operantes et ma
xime quorum labor eſt grauis grauitate dicta ex
cuſantur a ieiunio et hoc eſt certum ſi ieiunando
nō poſſunt ſufficienter laborare vt victum ſuffici
entem acquirant pro ſe et familia ſua. Si autem
eſſent diuites aut cum minori labore poſſent ſe et
familiam ſuam alere ſecūdum condecentiam ſui
ſtatus tunc nō tenerentur ad talē laborem et per
conſequens non eſſent excuſati a ieiunio. intentio
eñ maioris lucri nō excuſat et ideo qui locant o-
peras aliorum ⁊ ſciunt ꝙ ieiunando minus labo
rant nō debent eos inducere ad hoc ꝙ ieiunium
frangāt ſed poſſunt minori ꝑcio eoꝝ operas loca
re niſi forte vt dicit Thomas eſſet cauſa neceſſa-
ria que feſtinantiam operis pro quo laboratur ex
poſcat non credo tamen ꝙ illi peccent qui nolūt
eos tanto precio locare quanto locarent ſi non
ieiunarent et maxime in caſu dicto quia ſi velit
ſentire vtilitatem ſui ieiunij hoc debet appetere
cum detrimento ſuo et nō cum incōmodo alieno.
Infero quito ꝙ mercatores quibus labor vie pro
comparādis mercibus eſt grauitate ſupradicta
grauis ſi eos ad iter temporibus ieiuniorū ſuſci-
piendum neceſſitas ſui ſtatus impellat excuſan-
tur a ieiunio dixi ſi eos quia ſi tantūmodo ſuſci-
perēt hmōi iter cauſa maioris lucri ita ꝙ ſine hoc
poſſent ſufficiēter alere familiam ſuam ſtatū mer
cantie ſine notabili diminutione exercere: aliena
reſtituere: et ſua repetere ſicut ɔtingit in nūdinis
in quibus mercatores mercatoribus credita alie
na ſoluunt tunc eum non videtur excuſari ſed ſi
eſſet neceſſitas ſupradicta excuſarentur. Infero
ſexto ꝙ mulieres pregnantes ⁊ nutrices excuſen
tur a ieiunio. Patet quia ſi non reficiantur niſi
vna vice tūc vel nō recipient alimentū ſufficiens
pro nutritione ſui et fet⁹ vel pueri vel ſi ſuſcipi-
ent alimētum ſufficiens tūc grauamē ſue nature
Tertia notabiliter inferūt. Eſt etiaꝫ in pregnantib⁹ ſpe
cialis rō ꝑpter ſubita inordinata ⁊ varia deſide
ria que aliqñ ſunt ita intēſa ꝙ niſi ſatiſfaciāt ap
petitui eoꝝ īminet fetui periculū. Ex iſtis pꝫ ꝙ
penuria alimēti tales excuſat a ieiunio nō quidē
penuria qua careant alimētis qꝛ ſtat qđ habeant
ſed penuria vtendū qꝛ non poſſunt vna vice ſic re
fici vt ſufficiat nutritioni ſue ⁊ fetus aut pueri.
Qrta ɔclo ¶ Quarta cōcluſio quibus propter grauitatem
laboris ad notabilē vtilitateꝫ publicaꝫ etiam vo
luntarie aſſumpti non ſufficit vna refectio in die
tꝫ. excuſandi ſūt a ieiunio. Patet de predicatore
verbi dei qui interdū ꝑpter cōplexionē ⁊ laboreꝫ
ſimul nō poteſt ſimul ieiunare ⁊ ꝑdicare nā quā-
uis predicatio ſit ab eo volūtarie ſūpta qꝛ tamen
non eſt ſuſcepta propter vtilitateꝫ priuatā ſed pu
blicam ideo meli⁹ videtur eſſe ꝙ ſi nō poſſit vtrū
qꝫ ferre ꝙ relaxet ieiuniū ſibi qꝫ ab officio predi-
cationis deſiſtat imo ſi predicator ſuſciperet eaꝫ
propter priuatum commodum partialiter ita ta
men ꝙ niſi ei incūberet non haberet vnde cōmo
de viueret vel tūc ꝓ tempore illo pro quo paupe
res predicatores ſibi ipſis predicando per qua-
dragesimam aut per aduentū prouidere ſolēt eti
am viderent excuſari a ieiunio. Patet ſecūdo qꝛ
predicando cum ſequit predicator in ſe fineꝫ quē
eccleſia vult fideles ieiunādo conſequi. Sed quid
dices ſi labor ille ſit voluntarie aſſumpt⁹ ⁊ ad ꝑ-
uatam vtilitatē ſicut cōtingit de peregrinatione
volūtarie aſſumpta. Reſpondeo ꝙ talis aſſumēs
peregrinationē huiuſmodi niſi interuenerit con-
ſenſus ſuperioris nō pōt ſe eximere a ieiunio. Sꝫ
dico ꝙ ſuperior veriſimiliter cognoſcēs peregri-
nationē illam ſuſcipi ex pia ⁊ honeſta cauſa pōt
cōmutare ieiuniū in peregrinationē ⁊ p peregri-
nationē eū ab obligatiōe ieiunij abſoluere maxi-
me quia peregrinatio ⁊ ieiuniū eodēmodo in finē
ab eccleſia ordinatum tendunt ſcilicet in afflictio-
nem perſone ⁊ edomationem carnis et ſecundum
hoc poteſt exponi durandus qui negat peregrina
tionem voluntarie ſuſceptam excuſare a ieiunio.
Ex quib⁹ patet ꝙ predicatores verbi dei lectores
publici qui cum labore predicandi aut legendi
ſimul abſtinentiā ferre nō poſſunt: excuſandi ſunt
a ieiunio. Idem dico de regente artium cuius la-
bor eſt multum grauis. In iſtis autem eſt vna ſpe
cialis ratio quia ſi ſumant cibum vna vice paulo
habundantioreꝫ propter varios fumos aſcenden
tes redduntur omnino indiſpoſiti ⁊ ad ſtudium ⁊
ad opus docendi quare non poterunt laudabili-
ter perficere ſuſceptum vel predicandi vel docen
di opus. ¶ Quinta cōcluſio illi qui non poſſunt Quīta ɔclo
ratione officij aut famulatus ſine intermiſſione ſi
mul hora ceterorum refectionem ſumere ⁊ ſi non
excuſantur a ieiunio illa tame intermiſſio facta ex
neceſſitate ſeruitij: nec in alijs ad hoc neceſſitatis
cibi deguſtatio nō ſoluit ieiuniū. Patet primum
quia non eſt labor menſe tam grauis vt a ieiunio
excuſare ſufficiat. Secundum patet quia niſi lice
ret eis refectionem intermittere et iterum inchoa
re ieiunium magis grauaret eos et maiorem mo
leſtiam eis inferret et afflictionem quam regulari
ter intendet eccleſia inferre per inſtitutioneꝫ ieiu
nij. ergo vel excuſandi ſunt a ieiunio vel intermiſ
ſione varianda eſt eorū refectio: ſed ſecundum eſt
conuenientius primo: igitur. Unde eis totuꝫ tem
pus qđ currit ab inchoatione mēſe dominorū vſqꝫ
ad finē menſe ſeruitorum currit eis pro tēpore re
fectionis eo ꝙ refectio eorum frequentē interpel-
lationem habet. Tertium patet de coccis et ſcuti
feris dominorum quibus incūbit guſtatio cibi ꝓ
pter cautionem a veneno/ ⁊ volūt nōnulli ꝙ ſi cuꝫ
dominis propter aliquam cauſam ſit de eſu car-
nium diſpenſatū ꝙ lꝫ eis guſtū carnium facere ſi
ne ſolutione ieiunij melius tamē eſſet ꝙ cum peti
tur diſpenſatio pro vno peteretur etiam pro alio.
¶ Sexta concluſio cum per aliquam circunſtan Sexta ɔclo
tiam excuſatio a ieiunio in cōmunē cōſuetudineꝫ
ducta eſt nō tenetur quis qui certus eſt ſe eadē cir
cunſtantia circunſtantionatum ad ſuperiorē re-
currere vt ſecuꝫ de ieiunio eccleſie diſpenſet. Pa
tet quia conſuetudo eſt optima interpretatrix le-
gum ⁊ inſtitutionuꝫ eccleſiaſticarum. Secūdo ſi
eſſet precepto eccleſie de ieiunio addita exceptio

illius circunſtantie non tenetur ſic circunſtantio
natus recurrere ad ſuperiorem vt ſecum diſpenſa
retur ꝗd conſuetudo cum lege equiualet legi ſic
limitate igitur non tenetur. tenet̄ igitur recurrere
ad ſuperiorē cum excuſatio per talem circunſtan
tiā mundū ad inducta in conſuetudinē vt ſi non
eſſet conſuetum ꝙ mulieres pregnantes abſolue
rentur a ieiunio. Secundo tenentur recurrere ad
ſuperiorem cum probabiliter dubitat quis an ſit
illomodo circunſtantionatus ⁊ aperire coniectu
ras quas habet ⁊ opinionē ſapientū. Probatur
iterū concluſio auctoritate Tho. dicentis ꝙ ſi cau
ſa ſit euidens nō eget recurſu ad ſuperiorē ſi aūt
ſit dubia debet ad ſuperiorē recurrere cōſtat au
tem ꝙ cauſa non eſt euidens niſi certū ſit ꝙ perſo
na ſit circūſtantionata. ⁊ ꝙ excuſatio propter il-
lam circunſtantiam iaꝫ in conſuetudinē addu-
cta ſit ⁊ maxime ſi eſt de caſibus frequēter emer-
gētibꝰ. Quod ſi nō eſſet de caſibꝰ frequēter emer
gentibus ⁊ tamen certum eſſet cum per taleꝫ cir-
cunſtantiam excuſari nō teneretur ⁊ maxime vbi

Quattuor rl̄e ī qbꝰ fūdatur rō excuſandi.

in pari aut minus excuſante circūſtantia eſſet ex
cuſatio in conſuetudinē inducta. ¶ Omnis au
tem excuſandi ratio fundat̄ in quattuor regulis
generalibus. Prima eſt eccleſia inſtituendo ieiu
nia non intēdit ꝙ per obſeruationē eorum affera
tur corpori detrimentū. Secunda eccleſia non in
tendit ꝙ obſeruatio ieiunij vertatur in detrimen-
tum ſalutis eterne. Tercia eccleſia non intendit
ꝙ per obſeruationē ieiuniorū anima aliquaꝫ ma
lam indiſpoſitionem cōſequatur quia que ad ſa
luteꝫ tam anime q̄ꝫ corporis inſtituta ſūt non de
bent contra ſaluteꝫ militare. Quarta eccleſia hu
iuſmodi ieiunia inſtituendo non intendit obliga
re aliquem ad aliquid quod cōem hominū facul-
tatem excedit ⁊ ideo cum propter aliquam circū
ſtantiam ieiuniū eſt tam difficile ꝙ in pluribꝰ ho
mines ſic circunſtantionati trāſgrederent̄ ⁊ pau-
ci adimplerent tūc opus ieiunij in illo caſu debꝫ
cōmuneꝫ facultatem hominū excedere. Sed que
ritur de pueris quid dicendum ſit. Reſpondet̄ ꝙ
pueri ꝓpter neceſſitateꝫ augmenti indigent mul
to cibo quia et nutritiuo ⁊ auctiuo propter etiaꝫ
fluxū nature in eis qui eſt maior q̄ꝫ ī viris et quia
propter debilitatem caloris non poſſūt totum il
lum cibū ſumere paterentur notabile detrimen-
tum per ieiuniū frequentatuꝫ ſunt tamen paula-
tim aſſuefaciendi ad ieiunia puta in quadrageſi-
ma ieiunando bis aut ter ſed nō tenētur niſi poſt
tertiū ſeptenariū annoꝝ. Hec ratio ſatis bene con
cludit de ieiunio quadrageſimali qḋ nimis eos le
deret ſed non concludit quin ſint obligati ad ieiu
nia quattuor temporū ⁊ maiorum ſollēnitatum.
quod probatur ſecundum iſtos bonuꝫ eſt ꝙ aſſue
fiant ad ieiunia ieiunando bis aut ter in quadra
geſima ſed hoc non eſſet bonum nec ad hoc indu
cendi eſſent ſi ſic aſſueſcendo nature eorum gra-
uamen inferrent ergo binum aut trinum ieiuni-
um in quattuor aut quinqꝫ ſeptimanis anni non
affert eis notabile detrimentum ergo nulla cauſa
eos excuſat a ieiunijs quattuor temporum. Que
ritur ꝓpterea de vxoribus an ꝓpter prohibitio-
neꝫ virorum debeant dimittere eccleſiaſtica ieiu-
nia. Reſpondetur ꝙ volūtaria ieiunia debent di
mittere ꝓpter prohibitionē virorum ⁊ maxime
vbi nō dimittēdo diſcordia orireτ inter eos q̄ ma
xime fugienda eſt. de ieiunijs autē eccleſie dico ꝙ
vel prohibitio viri fundatur in aliquo eoruꝫ que
excuſant a ieiunio vt ſi mulier ſit pregnās aut na
ture debilis aut egrotet et tunc dico ꝙ ipſa tene-
tur dimittere ieiuniuꝫ prohibente viro niſi de op
poſito ſibi cōſtet manifeſte aut prohibitio viri eſt
mere voluntaria et in nullo predictorum funda-
ta et tunc dico ꝙ nō dꝫ dimittere ſed potius debꝫ
obedire eccleſie q̄ꝫ marito. Aduerte tamen ꝙ in
multis caſibꝰ tenet̄ mulier dimittere ieiunia eccle
ſiaſtica viro prohibente in quibus nō teneret̄ vi-
ro nō prohibēte. Unus eſt vt ſi mulier nō pendat
tātum famulatum viro cum ieiunat q̄ꝫ cum nō ie
iunat. Alius ſi vir propter ieiunia vxoris ſentiat
eam nimis frigidam et minus aptam ad venerea
⁊ videat ex hoc occaſionem adulterij ſibi oriri aut
econtra ſi ipſe velit continentius viuere in. xl. ⁊ ni
chilominus percipiat ꝙ vxor per ieiunia ſit ad lu
xuriam inflāmatior videtur ꝙ mulier prohibente
viro debeat dimittere eccleſiaſtica ieiunia: conſu-
lerem tamē ꝙ hoc faceret per cōſilium prudētum
⁊ eorum quibus competit in ieiunijs diſpenſatio.
ꝙ autē debeat dimittere patet quia vt dictum eſt
ieiunium nō habet bonitatē niſi ſecundum quod
ordinatur ad puritatem mentis ſed in dicto ca-
ſu ieiunia ſunt cōtraria puritati mentis ⁊ in ſa-
lutis diſpēdium vt cōſtat. Ex eodem etiam patet
ꝙ qui regulariter per ieiunia ſe multo magis incli
natos ad grauia peccata ſentiunt ſic tamen ꝙ ie-
iunium ſit cauſa huius inclinationis a ieiunijs ec
cleſie ſunt excuſandi ſed in hoc multuꝫ cauēdum
eſt ne nō cauſa pro cauſa ſumatur. Unde conſide
randum eſt vtrum ieiuniū ſit cauſa totalis illius
inclinationis vel partialis ⁊ vtrum quis ieiunādo
poteſt faciliter obſiſtere inclinationi ⁊ eam impe
dire ⁊ eaꝫ deſtruere totaliter aut nō. vtrū preterea
ſit notabiliter maior inclinatio cū ieiunio q̄ꝫ ſine
ieiunio. q2 ergo pōt ꝯtingere ꝙ ieiuniū non eſt cā
illius inclinationis: aut ſi eſt cauſa nō eſt cauſa ni
ſi partialis ⁊ cum ieiunio cōcurrit alia cauſa faci
liter auferibilis poteſt etiam contingere ꝙ incli-
natio eſt multū remiſſa. et ꝙ ieiuniū q̄ꝫuis ſit cau
ſa naturalis inclinationis pōt tamen eſſe cā me-
ritoria oppoſite inclinationis ideo non debet q̄s
ex propria ſentētia dimittere ieiunia ꝓpter hanc
cauſaꝫ ſed debet habere recurſum ad ſuperioreꝫ
⁊ expoſitis omnibꝰ que mouent eū ad dimitten-
duꝫ conſilio et auctoritate eius vti. Et ſi dicas ꝙ
inclinatio nunq̄ꝫ eſt in diſpendium ſalutis niſi
cōſentiente voluntate qui cōſenſus eſt mere liber
et in ptāte voluntatis ꝗ hec inclinatio vehemēs
per ieiunium cauſata nō eſt excuſatiua a ieiunio
Ad hoc reſpondeo negando ꝯñam quia ieiunia
non ſolum inſtituta ſunt ab eccleſia ad ſatiſfaciē
dum pro peccatis ſed principalius ad maceran-
dum carnē vt reddatur aptior ad obediendū ſic
quod totū ſit vt minuantur inclinationes ad pec
cata que non ledunt animaꝫ niſi conſentiente vo-
luntate ſi ergo inueniatur ꝙ per hmōi ieiunia au
gentia tales inclinationes propter forte partica

larem cõplexionez alicuius aut alias circunſtan
tias videtur eſſe rationabile ꝙ prelatus cui con-
ſtabit de veritate huius abſoluat iſtum a ieiunijs
eccleſie. Nam ſi legiſlator ſciuiſſet ꝙ regulariter
omnes paſſi fuiſſent malaꝝ inclinationũ augmẽ
tum cum vidiſſet ea eſſe nocius puritati mentis
potius prohibuiſſet ieiunare q̃z precepiſſet. Hec
dico vbi non eſſet ſpes ꝙ per cõſuetudinẽ ieiunan
di quis huiuſmodi inclinatiões tollere poſſet aut
aliomodo ideo prelatus haberet tentare circa ip
ſuz anteq̃z euz a ieiunio abſolueret. Sed queritur
de intemperatis qui per longã et diuturnaz intẽ
perantiaz acquiſierũt in ſeipſis mores ꝛ habitus
vehemẽtiſſime i oppoſitũ ieiunij inclinãtes adeo
ꝙ ieiunare eſt eis ſupra cõmunẽ facultatez homi
num an tales ꝓpter hanc circunſtãtiam excuſan
di ſũt a ieiunijs eccleſiaſticis Videt ꝙ non quia
huiuſmodi inclinatiões ex culpa ſua acquiſierũt
ergo non excuſant tales alias quis ex culpa ſua
reportaret cõmodũ Pro declaratione dubij dico
ꝓbabiliter ꝛ ſine aſſertione primo ꝙ ſi illi qui in
ſtituerũt ieiunia ſciuiſſent oẽs hoĩes eſſe tam ve-
hementer inclinatos in oppoſituz ieiunij ſiue in
clinatio ex culpa ſiue ſine culpa fuiſſet iducta nõ
inſtituiſſent tantã multitudinem ieiuniorũ. Pa-
tet quia vt dictum eſt eccleſia p ieiunia que regu
lariter inſtituit non intendit obligare fideles ad
opus heroicũ quod ſcz cõmunẽ nature facultatez
excedit. Patet ſecũdo qꝛ in tali caſu inſtituere ie
iunia tã frequentia nõ eſt aliud q̃z laqueũ tranſ-
greſſionis ꝛ dãnationis inicere. Dico ſcdo ꝙ ec-
cleſia non intendit tales ad ieiunia eccleſiaſtica
ſic obligare quin per ſuperiorẽ ꝓuideat eis mo-
do cõpetenti. patet qꝛ non intẽdit obligare illos
ad ieiunia qui ſunt in illa cõditione in qua ſi om
nes eſſent neminẽ obligaret. Dico tercio ꝙ tales
per ſuperiorem abſoluẽdi ſũt ab obligatione ieiu
nij ad tẽpꝰ quouſqꝫ ſcz diminuta fuerit ĩ eis hmõi
vehemẽs inclinatio Sũt enĩ abſoluẽdi ſi repiant
ligati Si aũt nõ repiant ligati ſunt declarãdi nõ
eſſe ligati Quarto dico ꝙ ſupiorloco ieiunij debz
eis primo ĩponere abſtinentiaz aliquam facilem
deinde artare ad pauca ieiunia/ deinde ad plura
ꝛ pedetentim eos ad cõmunem regulam reduce-
re. Patet quia hic eſt modus reſipiſcendi a ma-
gnis et multum radicatis vitijs Quinto dico ꝙ
talis cum ſuperior diſpẽſat de ieiunio tenetur ali
quã facilẽ abſtinentiã ei a ſuperiore ĩpoſitam re-
cipere. Quia tenẽtur affligi vt ceteri ꝛ tenẽtur ſe
paulatim ab hac vehementi inclinatione perni-
cioſa eximere. Et ſi dicas ꝙ tales ieiunando non
incurrunt detrimẽtum corporis nec diſpendiũ ſa
lutis eterne et demeruerũt grauiter acquirendo il
los malos habitus ergo ſequitur ꝙ cum eis non
eſt diſpenſandũ ſed relinquẽdi ſunt illi graui pe-
ne et afflictioni ꝓpter culpas intemperantie ſue.
Reſpondet concedẽdo antecedẽs ꝓ pria parte ꝛ
pro tercia. pro ſcda autez dico ꝙ licet ieiuniũ non
ſit eis in detrimentum ſalutis eterne vt ſuppono
obligatio tamẽ ad ieiunium ſi nõ diſpenſaret cũ
eis foret eis veriſimiliter in detrimẽtum ſalutis
eterne qꝛ non eſt veriſimile ꝙ tales ꝓpter prece-
ptum eccleſie facerent opus excedens cõmunem

hominum facultatem non quidẽ ex natura ope-
ris ſed ex circunſtantia operantis. Dico preterea
ꝙ licet antecedens eſſet verum pro omni parte:
tamen eccleſia non voluit nos eſſe obligatos indi
ſpenſabiliter ad opus ieiunij quod ratione circũ
ſtantie eſt tam difficile ꝙ excedit cõmunem ho
minum facultatez ꝛ ſatis eſt eccleſie ꝙ per huiuſ
modi ieiunia affligatur afflictiõe quã cõmuniter
homines ferunt ieiunãdo ꝛ mauult ouem perdi-
tam in lenitate et patientia reducere ad ouile q̃z
aſperitate flagellorũ in luporũ fauces impellere
tales eniz quo ad bonos mores ſunt adhuc ſicut
pueri: imo ſicut nũduz nati ꝛ ideo ſueui lacte nõ
duro indigeſto pabulo nutriendi. Et hoc poteſt
cõfirmari p Tho. q ſcda ſcde. q. cxlvij. ar. iiij. in re
ſpõſione ad quintũ ait ex Criſo. ꝙ diſcipuli qui fi
lij ſpõſi dicuntur adhuc ĩbecilliꝰ indiſpoſiti erãt
Unde veſtimento veteri comparabãtur in preſen
tia corporali xp̃i erant magis fouendi in quadaz
dulcedine q̃z in auſteritate ieiunij exercẽdi. Et in
fert ex hoc ꝙ magis cõuenit ꝙ diſpenſet in ieiu-
nijs cũ imperfectis et nouicijs q̃z cum in antiqui
oribus moribus et perfectis. ¶ Septima conclu Septima
ſio. Innocentia et iuſticia nõ ſunt conditiones ex conclusio.
cuſantes a ieiunijs eccleſiaſticis. probat quicq̃d
relinquit in homine ſubiectionẽ ad legiſlatorem
proximum ꝛ immediatũ relinquit in homine ſub
iectionem ad legẽ eiuſdem legiſlatorijs ſed inno
centia et iuſticia relinquit in hõie ſubiectionẽ ad
legiſlatorẽ ꝓrimuz ſcz ad eccleſiã vel ad ſummũ
pontificẽ. Nã iuſtus cũ ſit mẽbrũ eccleſie et non
ſit tota ecclia nec caput ecclie neceſſe ẽ ꝙ ſit mẽ-
brum ſub capite. Scdo iuſtꝰ deſineret eſſe iuſtus
ſi dimitteret ieiunia eccleſie ergo eſt ad ea obſer-
uanda obligatus et non precise ratione iuſticie
ſue quia poſita iuſticia eius et ceſſante inſtitutio-
ne eccleſie nõ eſſet obligatus ğ inſtitutio eccleſie
obligat ipſum ad ieiuniũ. añs patet qꝛ ideo dicit
Apoſt. iuſto nõ eſſe legem impoſitã quia qđ alij
faciunt regente lege iuſtus facit impellente iuſti
cia. hec tamẽ queſtio alibi habet locũ magis ↄue Octaua cō
nientem ideo dñda eſt. ¶ Octaua cõcluſio. Cuz cluſio.
circunſtantia aliq̃ excuſat a ieiunio cũ qua ſñ de-
trimento corpis vel aĩe et ſine nimia difficultate
non poteſt aliquid abſtinentie fieri melius eſt vt
per ſuperiorẽ fiat diſpenſatio aut declaratio ꝙ ta
lis non tenet ad ieiuniũ ꝛ hoc niſi nimiũ graua-
ret ad ſuperiorem accedendo. Patet cõcluſio qꝛ
in dubijs certior pars ſemper eſt eligenda. Tum
ſecundo quia multi ſunt in cauſa ſua nimis fauo
rabiles iudices. Tum tertio quia ſuperior relaxã
do ieiunium facilius eos ad aliquid abſtinentie:
aut aliquid afflictionum hortabitur ꝛ preterea cõ
monitos reddet vt ipſi quibꝰ plꝰ cõcedit q̃z alijs
caueant ne ſathane dolis pluſq̃z ceteri illaqueen
tur. ¶ Nona cõcluſio. Quibꝰ eſt de ieiunio rela- Nona ↄclō
xatꝰ rigor cauere debent ne incauta comeſtione
ſint ceteris in ruinam ac ſcandalũ. Hac de re ſan
cti doctores fideles infirmos frequenter admonẽt
ꝛ ille profecto ſibi conceſſo beneficio imprudẽter
abutit qui gratiam ſibi factam in perniciem alio
ruz cõuertit ꝛ ideo cauere debet excuſatꝰ a ieiunio
ne alijs cognoſcentibus comedat niſi vbi cauſa

excuſationis eſt tam euidēs vt nullus dubitet euꝫ
Cōtra ꝑmā eſſe propter hmōi cauſaꝫ excuſatuꝫ. ¶ Cōtra pri
cōcluſionē, mā cōcluſionē Arguitur ieiunia eccleſie obligāt
ſicut dei precepta: ſꝫ omnes tenētur ad precepta
dei ſeruāda: ergo oēs tenētur ad ſeruanda eccl'ie
ieiunia. Maior pꝫ per illō Lu. x. qui vos audit
me audit. Secūdo. quicqd eſt omnib⁹ preceptū
indifferenter oēs indifferēter obligat ſed eccleſia
ſtica ieiunia precipiunt omnib⁹ indifferenter er-
go ad ieiunia eccleſie omnes indifferenter obligā
tur. Tercio. vbi nec xp̄s nec eccl'ia excipit neminē
licet ibi excipere: ſed ab obligatione ieiunioꝝ ec-
cleſiaſticoꝝ nec xp̄s nec eccleſia aliquos excepit
et ſi excepit aliquos tm̄ videt infirmos excepiſſe
Solutiōes. ergo nemini licet alios excipere. ¶ Ad primā re
ſpondet beatus Tho. ꝙ precepta dei ſūt prece-
pta iuris naturalis que ſcd̄m ſe ſūt de neceſſitate
ſalutis ſed precepta eccliſie ſūt de ijs q̄ non ſūt p
ſe de neceſſitate ſalutis: ſed ſolum ex inſtitutione
eccleſie et ideo poſſunt eſſe aliqua impedimenta
propter que aliqui nō tenētur ad hmōi precepta
Iſta ſolutio non placet mihi q̄ꝫtum ad primam
parteꝫ ſcꝫ ꝙ precepta dei omnia ſūt precepta iu-
ris naturalis. nam ſacramenta noue legis q̄ ſunt
neceſſitatis ſūt precepta dei: ⁊ tn̄ non ſunt prece-
pta legis naturalis. ſimilit accedere ad ſuam eſt
de preceptis dei ⁊ tn̄ non eſt preceptum iuris na
turalis: ideo cōformiter ad ea q̄ ſupra dicta ſunt
Reſpondeo ꝙ in preceptis dei per ſe ⁊ īmediate
conſiſtit puritas mētis ⁊ in oppoſitis impuritas
ideo omnes obligant ad precepta dei: ſed in pre
ceptis eccleſie ⁊ maxime de ieiunio ⁊ multis alijs
non conſiſtit per ſe ⁊ īmediate puritas mētis ſed
tantū ꝯſiſtit in eis ſicut in cauſa vel diſpoſitiua
vel meritoria vel remouēte ꝓhibens ⁊ qꝛ aliquid
eſt regulariter cauſa puritatis ⁊ vt in plurib⁹ qđ
propter circunſtantias ꝑticulares alicui⁹ eſt po-
tius in eo cauſa īpuritatis q̄ꝫ puritatis ideo a ie-
iunij eccleſiaſtici obligatione pōt quis ꝓpter par
ticulares circunſtātias abſolui Et ad probatiōeꝫ
dico ꝙ qui audit eccleſiā recte precipienteꝫ audit
deū ſed qꝛ de⁹ nō vult creaturaꝫ rōnalē obligari
ad ieiunia vbi verteretur in detrimentum corpo
ris vel anime diſpendiū aut eſſent nimiū laborio-
ſa ideo nec eccleſia vult eaꝫ ſub talib⁹ circunſtan
tijs exiſtentē ab ipſa obligari. Ad ſecundam di-
co ꝙ aliquid dicitur eſſe preceptum indifferenter
omnibus dupliciter. vno modo ſcd̄m formā ⁊ ſen
ſum litteraleꝫ p̄cepti ⁊ tūc ego nego maiorē quia
obligatio nō ſumitur ex fo'a precepti vbi inten-
tio precipientis ab ea diſcordat. Alio mō ſecūdū
intentioneꝫ p̄cipientis ⁊ ſic cōcedo maiorem ⁊ ne
go minorē Eſt em̄ regula gn̄alis in moralib⁹ pre
ceptis que variant ſcd̄m particulares circūſtan-
cias ꝙ licet p̄ceptū non excludat aliquos q̄ꝫtum
eſt ex forma p̄cepti ⁊ rigore littere excludit tamē
multos ex intentiōe precipientis qꝛ precipiēs in
ponit formā precepto ſcd̄m illud qđ in pluribus
accidit intendens tn̄ ꝙ politicus eximet a prece-
pto eos quos ipſe exemiſſet ſi particulares circū
ſtātie fuiſſent ſibi note/ intentio auteꝫ precipiētis
frequenter colligit ex cauſa precipiendi. Ad ter
ciam dico ꝙ dupliciter poteſt intelligi eccleſiam
excipere Uno modo ex forma precepti. Alio mō
ex intentione quā habet precipiendo. Tunc dico
ꝙ vbi eccleſia nec primo mō nec ſecundo excipit
ibi nō debemus excipere ſed dico ꝙ vbi excipit pri
mo vel ſecundo modo ibi poſſumus excipere. Ad
minorem autem dico ꝙ eccleſia excipit multos ſe
cundum formam quam habet precipiendo ⁊ ſecū
dum ſenſum quem intendit ī precepto. Et licet ali
quando tantum explicet exceptionem de infirmis
q̄ꝫtum eſt ex forma precepti/ ex intentione tamen
quam habet precipiendo que intendit ieiunia nul
li debere afferre difficultatem excedentem cōmu-
nem facultatem nulli etiam debere afferre diſpen
diuꝫ corporis aut anime multos excipit/ ⁊ in hac
intentione eccleſie rationabili fundati ſunt docto
res qui multos a ieiunijs eccleſiaſticis abſoluen-
Cōtra ſecū dā tertiā quartā cō cluſionē dos cenſuerunt. ¶ Contra ſecundaꝫ tertiā ⁊ quar
tam concluſiones Arguitur ſic. Obſeruatio ieiu-
nij eſt maius bonum q̄ꝫ ſanitas vel alia queuis bo
na diſpoſitio corporis ergo nec propter indiſpoſi
tionem corporis nec propter grauitatem aut mo
leſtiam laboris excuſatur quis a ieiunijs eccleſia-
ſticis. Antecedens probatur. Tū primo quia bo-
na ſpiritualia preferenda ſunt corporalibus. Tū
ſecundo quia obſeruatio ieiunij eſt magis merito
ria q̄ꝫ ſanitas vel bona diſpoſitio corporis. Cōfir-
matur quia de obſeruatione ieiunij habetur prece
ptum eccleſie de cōſeruatione ſanitatis aut bone
habitudinis nullum preceptum habetur igitur.
Secundo opera corporalia ordinantur ad lucrū
temporale: ergo propter ea nō ſunt omittenda ie
iunia que ordinantur ad lucruꝫ ſpirituale. Tertio
Peregrinatio q̄ꝫtuncunqꝫ ordinetur ad ſpiritua
le bonum non eſt tamen alicuius neceſſitatis ſed
mere voluntarie ſuſcepta ergo propter ipſaꝫ non
eſt omittendū ieiuniū eccleſie. Quarto Arguitur
de pauperibus. Pauperes frequenter ex neceſſi-
tate ieiunant cum ſcilicet patiunt penuriam ali-
mentorū: ergo multo magis ieiunare debent volū
tarie ⁊ ex ſtatuto eccleſie. Conſequētia tenet quia
magis faciendū eſt aliquid ex voluntate q̄ꝫ ex ne
ceſſitate. Quinto arguit de hijs qui ſani ſunt per
ieiuniū tamen egrotant tales nullam habent cir
cunſtantiam excuſantem a ieiunio igit tenent ad
ieiuniū. Antecedēs patet quia nec ſunt pauperes
Solu nec pueri nec īfirmi nec ſenes ⁊ ſic de alijs. ¶ Ad
primaꝫ concedo antecedens de obſeruatione ieiu
nij debiti ⁊ nego conſequentiam. Et ad probatio-
nem dico ꝙ bona ſpiritualia ad quoꝝ adeptionē
tenemur cū detrimento quorūlibet bonoꝝ corpo
raliū ſunt preferenda corporalib⁹ ſed ſi talia ſint
ꝙ non teneamur ad adeptionem eorum cum de-
trimento corporalium. Tunc dico ꝙ talia nō ſunt
preferenda quia cū adipiſcunt cuꝫ detrimēto cor
poralium iam non ſunt bona. Ad ſecundam pro
bationē nego aſſumptū ⁊ dico ꝙ obſeruatio ſani-
tatis vel bone habitudinis eſt magis meritoria q̄ꝫ
obſeruatio ieiunij ceteris paribus. Dico preterea
ꝙ obſeruatio ieiunij cum detrimento bonoꝝ cor
poraliū non eſt ſemper meritoria: ſed aliquando
vituperabilis vel etiam demeritoria. Ad confir-
mationē dico ꝙ de obſeruatiōe ieiunij habet pre
ceptū eccleſie cū fit ſine detrimento notabili cor-

poris aut anime aut ſine heroica difficultate. De conſeruatione autē corporis ⁊ ſanitatis habetur preceptū legis nature et dictamen recte rationis ſecundum cuius moderationem moderanduʒ eſt omne preceptum eccleſie. Ad ſecundam cōcedo antecedens et nego cōſequentiam licet enim lucrum ſpirituale quod eſt ſimpliciter de neceſſitate ſalutis ſit preferendum lucro temporali tñ lucrum ſpirituale quod prouenit ex opere conſilij non eſt preferendū lucro temporali ad vitam neceſſario. Ad tertiam nego añcedens. Peregrinatio enim aliquando ex voto aliquādo in penitentia ſuſcepta eſt: et tunc ſi non poteſt ſine periculo differri cadit ſub neceſſitate ſicut ſi non poſſit fieri tempore hoſtilitatis et ī quadrageſima ſunt treuge tunc videtur neceſſitatis. Et preterea dato ꝙ non eſſet neceſſitatis tamē ſi in ea eſſet ſpes magne ſalutis ſpiritualis de conſilio epiſcopi videtur rōnabiliter poſſe ſuſcipi loco ieiuniorum quia vt dicit beatus Thomas non videtur fuiſſe intentio eccleſie ieiunia inſtituentis vt per hoc impediret alias magis pias et magnas cauſas. ꝙ autem poſſit vnum in aliud rationabiliter commutari patet quia perſona per peregrinationem erit cōuenienter afflicta et cum hoc additur pietas operis et religio in viſitatione locorum ſacrorum et cultu alicuius ſancti. Iſta tñ vult Thom. intelligi cum imminet neceſſitas ſtatim peregrinandi et magnas dietas faciendi vel multuʒ laborandi aut propter neceſſitateʒ corporalem aut propter aliquid neceſſarium ad vitam ſpiritualē. Michi autem videtur ꝙ ſuperior poteſt commutare ieiunia eccleſiaſtica in peregrinationem ſine tanta neceſſitate eo ꝙ in vtroq; ſaluatur intentio eccleſie ſed verum eſt ꝙ ſi faciendo minores dietas peregrinando poſſet vtrumq; adimplere hoc eſſet melius ad ſalutem. Ad quartam concedo antecedens et ꝯſequens quādo habent vna vice vnde ſufficienter refici poſſint. ſi autem nō habeant tunc non tenentur ad ieiunia quia non poſſent ieiunare ſine detrimento notabili corporis: et cum dicitur ꝙ magis eſt faciendum aliquid ex voluntate q̄ʒ ex neceſſitate. Dico ꝙ aliqua ex neceſſitate interdum tollerantur aut fiunt meritorie que ſi voluntarie et ſine neceſſitate fierent demeritoria eſſent ſicut mors tollerat̄ ex neceſſitate que ſi voluntarie fieret demeritoria eſſet. Ad quintaʒ nego antecedens et ad probationem dico ꝙ habens aliquas indiſpoſitiones corporales aliquādo notas: aliquando occultas propter quas ieiunium in eis eſt inductiuuʒ egritudinis aut nimie afflictionis et nō in alijs. et iſta indiſpoſitio aut corporalis qualitas ſufficienter a ieiunio excuſat. Contra illud quod dictuʒ eſt de mercatoribus in tertia concluſione arguitur primo ſic. pono caſum ꝙ mercatori debeantur pecunie ſatis magne quaruʒ ſolutio promiſſa eſt ſibi in proximis nundinis in. xl. fiunt et ꝙ ſine illis pecunijs bene poſſit viuere attamen his habitis poterit magnum lucrum facere aut etiam pecunie ſue nō erant tute et emerget difficultas ſolutionis ſi non vadat ad illas nundinas conſtat ꝙ poteſt propter hāc cauſam dimittere ſeruitia et tamen nulla neceſſitas ipſum ad hoc cogit cum ſine iſtis poſſit bene et honeſte viuere igit̄. Secundo volo ꝙ aliquis paruo labore poſſit ſufficienter alere familiā ſuā ſed niſi grauiori labori inſudat nō habeat vñ pauperibꝰ largiat̄ et ꝙ ꝓponat totū elargiri pauperibus quicquid ex graui labore ſupercreſcet tunc ſic talis poteſt intermittere ieiunia et tamen ad hoc nulla neceſſitas cogit igitur. antecedēs pateʒ quia melius eſt affligi et largiri pauperibus q̄ʒ affligi tantum ſed talis tantum graui labore affligitur quantum affligeretur per ieiuniū et cū hoc largitur pauperibus igit̄. Ad primam admitto caſuʒ et dico ꝙ ex conſilio et conſenſu ſuperioris ꝓpter huiuſmodi cauſas poterit dimittere ieiunia maxime attento ꝙ labor vie eſt afflictiuus. Et ad ꝓbationem dico primo ꝙ ſaluatio bonorū ſuorum aut repoſitio in tuto eſt de hijs que cadunt ſub neceſſitate ciuili quantū eſt de maiori lucro dico ꝙ lucrū maius vel veriſimile eſt recuperabile quandocunq; habebuntur pecunie vel non: ſi ſic conſulerem ꝙ obediret p̄cepto eccleſie ſi nō puta ego video ꝙ annona carior fit in dies aut vinum aut naues cum copia multorum bonoꝝ applicabunt tali die quas nō ē veriſimile poſtea cū tāta copia applicare. Tunc dico ꝙ ex cōſenſu ſuperioris poteſt omittere ieiunia et debet ſuperior ea cōmutare in aliud pium opus. Ad ſecundā admitto caſum et concedo qđ infertur. ſecurius tamen erit id facere ex conſenſu ſuperioris. in tali ergo caſu pōt ieiunium intermitti: quādocūq; eñ operatio cui incumbit includit bonum ieiunij virtualiter ⁊ cū hoc aliquid aliud aut in ea eſt vtilitas tā magna ꝙ equipollet neceſſitati ſicut de p̄dicatiōe verbi dei: aut ſic ꝯtingit in caſibꝰ ſupradictis iudicio meo ſuperior pōt diſpenſare de ieiunio aut ī aliud opus cōmutare. Ratio añ oppm̄ ſoluta eſt ex dictis.

## Q Uerit̄. vtrū obliga

tus ad ieiunium die ieiunij comedēs pluſq̄ʒ ſemel totiens peccet mortaliter quotiēs comedit pluſq̄ʒ ſemel. Arguit̄ ꝙ ſic. vnice comeſtiōi ita repugnat tertia ſicut ſcđa ġ peccat tm̄ tertio comedendo ſicut ſcđo. In oppm̄ arguitur. facta ſecūda comeſtione ſolutus eſt ab obligatione ieiunij cū obligatio nō ſit ad impoſſibile ġ tertio comedendo nō peccat. Circa hāc queſtionem ſunt varie opiniones. Una eſt dicentium ꝙ talis qualibʒ vice qua comedit peccat mortaliter quā multis rōnibus ꝓbant. Alia opinio ē huic ꝯtraria. ¶ Sit prima ꝯcluſio. Obligatus ad ieiunium totius. xl. ſub pena pcti mortalis ⁊ prima die ſoluens ieiuniū ⁊ ſimiliter ſcđa et tertia ⁊ ſic de alijs ſolutione ſubordinata volitioni cadenti p̄ciſe ſup vnum diem quolibʒ die peccat mortaliter nouo pctō nec formaliter nec virtualiter incluſo ī primo. probat̄ iſta ꝯcluſio qꝛ talis ꝑ caſuʒ volendo omittere ieiuniū pro p̄ma die nō vult omittē pro ſcđa nec volēdo omittē ꝓ ſcđa vult omittē ꝓ tertia qꝛ vt dictū eſt in caſu volitio ſua nō cadit niſi ſup vnā diē ſed poſtq̄ʒ ſoluit ieiuniū ꝓ prima die adhuc obligatus eſt ad ieiuniū ꝓ ſcđa ⁊ ꝓ tertia et pro q̄rta igit̄. qualʒ die q̄ ſoluit ieiuniuʒ peccat mortaliter. Confirmat̄ quicūq; facit id qđ tenet̄ nō

Pria ꝯclo

facere ſub pena peccati mortalis peccat mortali
ter: ſed talis facit id quod tenetur non facere ſub
pena peccati mortalis ergo talis peccat mortali
ter. maior eſt certa Et minor probatur quia iſta
ſecunda die reficitur pluries ⁊ tenetur tamen ſub
pena peccati mortalis non pluries refici. ꝙ autē
hoc peccatum ſit nouum peccatum patet: quia
hoc peccatum non eſt incluſum in peccato pri-
me diei cum volitio non ieiunandi primo die ha
bita nullomodo ceciderit per caſum ſuper ſecun-
dam diem. Secundo omnis qualibet die ieiuna-
bili quadrageſime ieiunare obligatus qualibet
die qua non ieiunat peccat: ſed obligatus ieiuna
re per totam quadrageſimam eſt obligatus ieiu
nare qualibet die ieiunabili: ergo talis qualibet
die qua non ieiunat peccat. maior patet quia om
nis talis omittit qđ facere tenetur aut facit quod
non facere tenetur. minor patet quia huiuſmodi
obligatio cadit ſupra quamlibet diem ieiunabi-
lem quadrageſime. Tertio. Obligatus ad ieiu-
nia quattuor temporum omittendo ieiunia veris
peccat et omittendo ieiunia eſtatis etiam nouo
peccato peccat et ſimiliter de ieiunijs autūpni et
hyemis: ergo etiam omittens ieiunia quadrage-
ſimalia qualibet die qua non ieiunat peccat. con
ſequentia tenet quia ſicut omnes dies quadrgeſi
me vno precepto precipiuntur ita omnia ieiunia
quattuor temporum vno precepto precipiuntur
Quarto quia ſi ſic ſequeretur ꝙ nulla die quadra-
geſime ieiunans non plus peccaret q̄z omni die
preter vltimū ieiunās: ſed conſequens videt̄ ma
nifeſte falſum et ſcandaloſum. et patz conſequen
tia quia peccatuz primi qđ prima die committit
et peccatum ſecundi quod committit vltima die
ſunt equalia ſi cetera ſint paria. ſed primus non
peccat niſi prima die: et ſecundus niſi vltima et
pono cetera paria igitur. Quinto pono ꝙ ſint
duo quoruz primus nolit ieiunare prima die qua
drageſime: ſed circa alios dies ſuſpendat actum
voluntatis: ſecundus nolit ieiunare prima die
nec ſecunda nec tertia et ſic de alijs. Tunc arguo
ſic. Si concluſio non eſſet vera ſequeretur ꝙ pri-
mus iſtorum tantū peccaret q̄ztū ſecundus: ſed
conſequens videtur eſſe omnino abſurduz et con
tra bonos mores. Et patet conſequentia ſecun-
dus adequate tantum peccat quantum vnus no
lens ieiunare prima die vna nolitione et alia no-
litione nolens ieiunare ſecunda die et alia noliti-
one nolens ieiunare tertia die et ſic de ſingulis.
ita tamen ꝙ ſupra quamlibet diem preciſe cadat
ſua nolitio: ſed primus per te tantuz peccat quā
tum iſte tertius: ergo etiam tantum peccat pri-
mus quantuz ſecundus. conſequentia tenet quia
quecunq̨ vni et eidem tertio ſunt equalia illa in
ter ſe ſunt equalia. Sexto ſi ſic ſequeretur ꝙ no-
lens prima die quadrageſime ieiunare volens ta
men ieiunare ceteris: et volens nulla die ieiuna-
re huiuſmodi volitionibus ⁊ nolitionibus ſe con
formantes equaliter peccarent: ſed conſequens vi
detur omnino abſurdum igitur.

Secda ꝯclo ¶ Secunda ꝯcluſio. Prima die nolens ieiunare
nolitione cadente ſupra quamlibet diem et ſingu
lis diebus ſoluens ieiunium non peccat ſingulis
diebus nouo peccato. appello autem nouum pec
catum: peccatum non quod eſt actus alius a pri
mo ſed quod ad aliquam penam obligat ad quā
non obligabat primū. Uolo dicere ꝙ ſi quis pri
ma die quadrageſime habeat actum hunc nolo
aliqua die quadrageſime ieiunare et vt executio-
ni det illum actuz voluntatis nolit illa prima die
ieiunare et ſecunda die nolitionez habeat qua no
lit illa die ieiunare et ſic de alijs. Dico ꝙ prima
nolitio ſi erat efficax et imperatiua formaliter:
vel equiualenter executionis: obligat ad totam
penam ad quam tenetur homo ex omiſſione toti-
us ieiunij quadrageſimalis et vniuſcuiuſq̨ par-
tis eius. alie autem nolitiones que ſingulis die-
bus habentur formaliter illaz executionem impe
rant quam prima nolitio virtualiter imperabat
que licet ſint alij et noui actus non tamen ad no-
uam penam obligant ſicut ſi quis habeat voli-
tionem efficacem qua velit occidere decem homi
nes quos apud ſe in vinculis tenet et poſtea exe-
quendo hanc volitionem circa vnumquenq̨ ha-
beat particularem volitionem iſte licet ſint noue
volitiones non tamen ad nouam penam obligāt
quia per primam volitionem obligabatur ad to
tam penam que debetur pro occiſione decem ho
minum. Et hoc ſuppoſito ꝙ circa poſteriores a-
ctus non interueniat aliqua circunſtantia aut cō
ditio vel mutans ſpeciem vel augens peccatum
volo enim ꝙ cetera ſint paria. Probatur conclu
ſio. Nolle ieiunare hac die prima eſt aliquante
grauitatis: et nolle ieiunare prima et ſecunda die
eſt in duplo maioris ḡuitatis et nolle ieiunare. x.
diebus eſt in decuplo maioris grauitatis ꝙ. xl. di
ebus nolle ieiunare ē quadrageſies maioris gra
uitatis ergo nolle ieiunare vlla die quadrageſi-
me eſt tante grauitatis q̄zte grauitatis ſunt ſimul
omnes nolitiones quarum vna nolo ieiunare pri
ma die et alia nolo ieiunare ſecunda die ⁊ ſic de
quadraginta alijs. Secundo. Nullus actus im-
peratus aut exterior addit bonitatem vel malici
am ſuper actum interiorem imperantem vt pro
nunc ſuppono et alibi probabitur: ſed in illo qui
in principio quadrageſime proponit ſe nulla die
quadrageſime ieiunaturum ⁊ exequendo huiuſ-
modi propoſitum in ſingulis diebus elicit noli-
tionem ieiunij circa aliquem diem particularem
et de facto omittit ieiunium illius diei/ in tali e-
nim ipſa nolitio ieiunij in hac die et omiſſio ieiu-
nij non ſunt niſi actus imperati a prima nolitio-
ne igitur nō peccat ſingulis dieb⁹ nouo peccato
¶ Tercia concluſio. Qui prima die quadrageſi Tertia con
me nolitionem habet in qua proponit nulla die cluſio.
quadrageſime ieiunare ⁊ eam exequendo nulla
die ieiunat multo grauius peccat q̄z ille qui pri-
ma die nō ieiunat nihil cogitās de ſecūda ⁊ ſcđa
die ñ ieiunat nihil cogitās de tercia ⁊ ſic de alijs
ita ſcilicet ꝙ in fine quadrageſime prim⁹ eſt mul
to grauior peccator q̄z ſecundus ⁊ ad grauiorem
penaz obligatus. Probatur omnis continuatio
vel renouatio mali actus eſt mala et pene deme
ritoria ergo deterioris actus continuatio vel re-
nouatio eſt peior et maioris pene demeritoria q̄z
continuatio vel renouatio actus minus mali:

ſed nolitio quã propono nulla die q̄dragesime ie
iunare eſt deterioꝛ q̄z nolitio qua ꝑpono vna die
nõ ieiunare nihil cogitans de alia ꝙ cum per to=
tam quadrageſimã pꝛimꝰ pꝛimã nolitionē cõti=
net aut eam ſaltem remouet. ſcd̃us autem nullaz
tam malã habeat ſequit̃ ꝙ pͥmus multo grauius
peccat q̄z ſecundus. maioꝛ ptz capio actũ maluz
continuatũ per hoꝛam vniformiter tunc ſic. ſcd̃a
medietas huius actus eſt tã mala ⁊ tam pene de
meritoꝛia q̄z mala eſt pͥma medietas ꝙ actus cõ=
tinuatus per vnã hoꝛã eſt in duplo deterioꝛ q̄z a=
ctus ꝯtinuatus per mediã hoꝛaz. et eodemmõ ar
gueret̃ de actu renouato. Hanc ꝯcluſionem intel
ligo ſuppoſita cõmuni opinione de ꝗuitate pc̃i
ex parte cõtinuationis aut renouationis actus.
nam ſcd̃m multos ſi ego proponaz nũc occidere
cras ſoꝛtem ego magis peccabo ſi ego ꝯtinuem
pꝛopoſitum iſtud per diem integrũ aut multoti=
ens renouem propoſitũ iſtud in die q̄z ſi ſubito ſi
ne magna ꝯtinuatione aut renouatione ꝑpone=
rem Aliȷ̃ vero dicũt ꝙ grauitas pc̃i nõ attendi=
tur ex ꝯtinuatione aut renouatione: ſed ex inten=
tione actus et qui ita diceret poſſet ꝓbabiliter de
fendere oppoſitũ iſtius concluſionis tertie. quo=
modo autem cũ pꝛima opinione poſſit ſuſtineri
ſecunda concluſio videbitur in argumentis. In
iſtis tribus ꝯcluſionibus viſum eſt de peccato o=
mittentium ieiunare per totaz quadrageſimam
idem eſt iudiciuz de tribus diebus quattuoꝛ tem
poꝛum. nunc magis accedendũ eſt ad illud quod

Aſte ꝯſo querebatur pro quo ſit. ¶ Quarta concluſio qui
vouit hac tota die nõ bibere vinuz totiens peccat
contra votum quotiens hac die bibit vinuz pro=
batur qui vouet hac tota die nõ bibere vinuz pro
qualibet parte diei eſt obligatus nõ bibere vinũ
nec eo bibente vinũ pro parte diei ceſſat obligatiõ
pꝛo altera ſed ſemper currit ſicut qui vouit nulla
die ſeptimane bibere vinũ tranſgreſſo voto pro
pꝛima die nõ ceſſat obligatio ſed adhuc currit ꝓ
ſecunda et in hac concluſione ſuppono ꝙ pꝛima
vice qua talis bibit vinum nichil cogitet de a=
liȷ̃s vicibus quibus bibiturus eſt aut ſaltem non
proponat. quod autez talis ſit adhuc obligatus
pꝛo aliȷ̃s partibꝰ diei nõ bibere vinuz ꝓbatur ſit
aliqua aliarũ partium diei b: arguit̃ ſic. qui obli
gat ſe hac tota die nõ bibere vinuz ille obligat ſe
non bibere vinũ in a nec in b nec in c ptz ſint ille
tres ptes diei tunc ſic talis manet obligatus tam
diu q̄zdiu in poteſtate ſua eſt adimplere obliga=
tionem ſed talis vouit tota die nõ bibere vinum
ergo eſt obligatus nõ bibere nec in a nec in b nec
in c: ſed poſtq̄z bibit in a adhuc põt non bibere
in b et in c ergo ex vi voti adhuc remanet obliga
tus nec in b nec in c bibere vinũ. Secundo ꝗ vo=
uit nõ bibere vinum nec in a nec in b nec in c ille
bibendo in a et in b et in c ter tranſgredit̃ ſed qui
vouit tota hac die nõ bibere vinũ vouit nec in a
nec in b nec in c bibere vinum ergo talis quotiẽs
bibit totiens trãſgreditur poſito caſu ꝙ pluries
bibat ⁊ hec eſt opinio Gaufridi de fontibus quo
libeto quinto queſtione. xiȷ̃. ita dicentis. Ita eti=
am cum quis tenetur ex voto abſtinere per totaz
vnam diem a vino quotiens bibit vinum tranſ=
greſſoꝛ eſt voti ⁊ ſunt plura peccata ſi ſunt plures
actus et contemptus noui et diſtincti ſicut enim
quia nõ debeo tangere non meã cum pꝛimo eam
tango pecco hec ideo ſi ſcd̃o tango minus pecco
quia ſum iam tranſgreſſus preceptum ita in pro
poſito caſu de non potando. votum enim de non
potando ita obligat ſicut pꝛeceptum negatiuuz
pꝛecepta autem negatiua obligant ſemper et ad
ſemꝑ ⁊ iõ quolibz actu nouõ fit noua tranſgreſſio

¶ Quinta cõcluſio die ter aut quater comedẽs non totiens peccat moꝛtaliter quotiens pluſq̄z ſe Quiſtapcro
mel comedit. probatur concluſio talis poſtq̄z co
medit ſecunda vice non eſt obligatus non come=
dere tertia nec quarta nec quinta ergo comeden
do tertia aut quarta aut quinta vice non peccat
ex vi obligationis ieiunȷ̃ quod ideo dico qꝛ poſ=
ſet totiens comedere quod ꝑ intemperantiaz pec
caret. antecedens probatur. talis vt ſuppono nõ
eſt obligatus niſi obligatione ieiunȷ̃: ſed poſtq̄z
comedit ſecunda vice ceſſat obligatio ieiunȷ̃ cum
impoſſibile ſit eum illa die ieiunare eo ꝙ iam ſe=
cunda vice comedit. Secundo pꝛeceptum obli=
gans ad non tranſgrediendum limitem niſi vno
paſſu non obligat niſi illos qui ſunt in limite vel
infra illum limitem et non eos qui ſunt extra et
inde eſt ꝙ qui ſunt infra limitem ſi tranſgredi=
antur limitem duobus paſſibus peccant ſed ta=
men non tot peccatis peccant: quot paſſibus li=
mitem tranſgrediuntur quamuis tamen videa=
tur maioꝛ tranſgreſſio ꝓpter maioꝛez contẽptuz.
Sed per ieiunȷ̃ p̃ceptum ponit̃ in refectione cer=
tus limes qꝛ cõceditur nobis vna refectio ⁊ pro=
hibemur illum limitem tranſgredi quia prohibe
tur pluralitas refectionum ergo illi ſoli obligan
tur obligatione ieiunȷ̃ qui ſũt infra limitẽ aut in
ipſo limite hoc eſt qui nundũ plures refectiones
ſumpſerũt ⁊ non illi qui ſunt extra huiuſmodi li=
mitez quales ſunt qui pluries refecti ſunt. Tercio
nullus q̄ztũ eſt ex obligatione ieiunȷ̃ abſtinere te
netur a comeſtiõe niſi qui vere ⁊ de facto eſt ſola=
tius ieiunȷ̃ ſed comeſtio tercia nõ eſt vere ⁊ de fa
cto ſolutius ieiunȷ̃ cũ per ſecundam ſit ieiunium
iam ſolutum ergo non eſt obligatus q̄ztum eſt ex
obligatione ieiunȷ̃ nõ comedere poſt ſecũdaz co=
meſtionem. Quarto omnis qui peccat cõtra obli
gationem ieiunȷ̃ pluries comedendo frangit ie=
iunium ergo omnis qui per duplicẽ comeſtionez
peccat contra obligationẽ ieiunȷ̃ frangit duo ie=
iunia ſed talis etiaz milleſies comedẽdo in die nõ
frangit duo ieiunia cũ eadem die non poſſint eſſe
plura ieiunia eodez mõ quo de ieiunio loquimur
immo nec bis frangit ieiuniũ, cum ſecunda come
ſtione nõ ſit integrum ſed fractuz igitur talis nõ
bis peccat pluries comedendo. Exemplum huiꝰ
de prohibitione ꝗ prohibet̃ ne quis tam foꝛtiter
percutiat ſupꝛa vitruz ꝙ frangat ipſuz ⁊ ꝑcutiat
quis vna vice ⁊ frangat tũc quotienſcũꝙ poſtea
percutiet non peccat nouiter contra ꝓhibitionez
ita ꝙ ſi frangens vitrũ debeat ſoluere ſcutũ talis
nõ debet ſoluere tot ſcuta quot ꝑcutiões facit q̄rũ
quelibz ſufficit ex ſe frangere vitrũ Et hoc eſt exẽ
plum directũ cõtra euaſionẽ aliorũ ꝗ dicũt ꝙ licz
non frangat ieiunium per tertiam comeſtionẽ ta

men tertia comeſtio ſufficit ex ſe frangere ieiuniū
quia ſi reperiret ipſum integruꝫ frangeret. Quin
to ſtatuta penalia cōmunitatem reſpicientia nō
ſunt ita ampliāda vt ſint in laqueum dampna
tionis ſed potius reſtringenda et maxime quan-
do ſunt de hijs que alias bñ fieri poſſunt ſed ſta-
tutum de ieiunio ita amplificatū eſſet in magnuꝫ
laqueum dāpnationis igr̄ non eſt ſic amplifican
dum. Addit vnam aliam rōnem Durandus per
preceptum de ieiunio conceditur vna comeſtio et
pluralitas comeſtionuꝫ ꝓhibetur ſed omnis plu
ralitas opponitur vnitati eodem gn̄e oppoſitio
nis ꝙ omnis pluralitas comeſtionū vna prohi-
bitione ꝓhibetur ⁊ vna tranſgreſſione perficitur
et non pluribus. Ex hac rōne ⁊ quibuſdam alijs
concludens dicit ꝙ ſi in die ieiunij aliquis ꝓpo-
nat de mane ꝙ nō ieiunabit illo die et ī illo ꝓpo-
ſito perſeuerat peccat vnico peccato licet illa die
ter vel quater comedat qꝛ per p̄ceptuꝫ de ieiunio
prohibetur pluralitas comeſtionuꝫ quatinus eſt
tranſgreſſio legis. hec concluſio cum ratione ad-
iuncta mihi placet ſed principalis rō fundata in
opinione pluralitatis ad vnitatem nō mihi pla
cet qꝛ per eam eque bñ concluderetur ꝙ qui facit
ſibi tres deos nō plus peccat q̄ꝫ qui facit ſibi du
os. conceditur em̄ imo precipitur nobis habere
vnum deum ⁊ prohibetur habere plures ⁊ tamē
conſtat ꝙ qui facit ſibi ſecundū deuꝫ peccat vno
peccato et ſi quis faciat tertium peccat ſecundo
peccato et qui quartum tertio. Alie rōnes pote-
runt innui in ſoluendo rationes que contra hanc
concluſionem fient. Iſtam tamen cōcluſioneꝫ in-
telligi volo ſuppoſito ꝙ nō ſit nouus contēptus
puta ſi quis tertia vice comedens ꝓponeret come
dere et frangere ieiunium etiaꝫ ſi nō fregiſſet nec
ſecunda vice comediſſet ſed volo ꝙ intentio volū
tatis cadat p̄ciſe ſuper actuꝫ comedendi ⁊ alias
circunſtantias ſuper quas ſolet cōmuniter cade
re a non contemplabilibus et hoc addit Gaufri-
dus de fontibus. ❡ Contra primā concluſionem
arguitur ſic. talis ſecunda die non eſt obligatus
Cōtra pͣmā cōcluſionē, ad ieiunandum quadrageſimā ergo ſecunda die
nō ieiunando nō peccat antecedens probatur qꝛ
eſt impoſſibilitatus ieiunare illā quadrageſimaꝫ
ergo nō manet obligatus ad ieiunandū quadra
geſimam ꝯn̄a tenet quia nullus obligatur ad im
poſſibile et principalis ꝯn̄a probatur qꝛ talis nō
eſt obligatus ad ieiunandum ſecundaꝫ diem nec
tertiam niſi qꝛ obligatus eſt ad ieiunandum qua
Sol[illegible] drageſimam. Secundo nō ieiunare ſecunda die
non eſt ſolutiuum ieiunij quadrageſime ergo non
ieiunare ſecunda die non eſt peccatum an̄cedens
patꝫ quia in eo qui nō ieiunauit prima die ieiuni
um quadrageſime nō eſt integrum ꝙ nō eſt ſolubi
le. Tertio arguitur per quintam rationem quin-
te concluſionis. Quarto ſic ieiunium totius qua
drageſime vno precepto precipitur ergo qui pri
ma die non ieiunat totaliter tranſgreditur prece
ptum et per conſequens non ieiunādo ſecunda
die non nouiter tranſgreditur. Quinto ſi obliga
tus eſſem ſtare in eccleſia per vnam horā certam
et diuerſis actibus diſcontinuis voluntatis vel-
lem nō ſtare per illam totam horam licet eſſent di

uerſa peccata ſecundū naturam q̄ꝫtum ad actuꝫ
voluntatis non eſſet tamen niſi vnum q̄ꝫtum ad
vnitatem obiecti ſecundū rem quia ſi vellem non
ſtare vna volitione continuata per totam horam
peccatum non eſſet niſi vnum nec ex parte actus
nec ex parte obiecti ergo etiaꝫ non ieiunare pͣia
die quadrageſime et non ieiunare ſecūda non ſūt
niſi vnum peccatum. Sexto volens hodie occide
re petrum et cras etiam volens occidere eumdē
petrum non peccat nouo peccato vt ſatis patet
ex dictis in ſecunda cōcluſione ergo hodie nolēs
ieiunare quadrageſimam non peccat alio ⁊ alio
peccato: conſequētia tenet quia vtrobiqꝫ non eſt
niſi vnū obiectū. Septio ſi peccat nouo pctō aut
peccat pctō differente ſcd̄m nūeruꝫ aut ſcd̄m ſpe
cieꝫ ſi primū ergo nō differt velle nō ieiunare pri-
mā diē ⁊ velle non ieiunare ſcd̄am dieꝫ niſi ſicut
due volitiones quaꝝ qualibꝫ ego volo occidere pe
trum. ſed ſecunda non dicit aliud peccatum a pri
ma ergo nec non ieiunare primaꝫ diem eſt aliud
peccatum a non ieiunare ſecundam diem. ❡ Ad
Solu primaꝫ concedo antecedens dico tamē ꝙ eſt obli
gatus ad ieiunandū omnes dies ieiunabiles qua
drageſime qui reſtant ⁊ peccat die ſecunda quia
nō ieiunat diem ſecundam ad quam ieiunandaꝫ
eſt obligatus. Et cum dicis ꝙ non eſt obligatus
ad ieiunandum ſecundaꝫ diem niſi quia eſt obli-
gatus ad ieiunandam quadrageſimaꝫ. nego hoc
⁊ dico ꝙ obligatio ieiunij quadrageſimalis obli
gat ad ieiunandum quadrageſimaꝫ q̄ꝫdiu in po
teſtate noſtra eſt ⁊ obligat ad ieiunandū hāc dieꝫ
⁊ illam ⁊ quālibet aliam ſine qua non ieiunatur
quadrageſima ⁊ licet in prima obligatiōe cadat
ſecunda non tamē in qualibet parte ſecunde ca-
dit prima ⁊ eſt ac manet obligatio ſecūda ꝓ mul
tis partibus cum non manet prima dico ergo ꝙ
non ideo aliquis eſt obligatus ad ieiunanduꝫ ſe
cundam diem quadrageſime quia eſt obligatus
ad ieiunandū q̄drageſimā. ſed qꝛ eſt vel fuit obli
gatꝰ ad ieiunandū quadrageſimā in qua obliga
tione continebatur obligatio ſecunde diei ⁊ tercie
Ad ſecundam dico ꝙ licet non ieiunare ſecunda
die non ſit ſolutiuum ieiunij quadrageſime eſt ta
men ſolutiuū ieiunij ſecunde diei qui dies eſt vnꝰ
de quadraginta diebus ieiunabilibꝰ ⁊ cuiꝰ obli-
gatio contenta eſt vel fuit in obligatione ieiunij
quadrageſimalis. Ad terciam concedo maiorem
et nego minorem hoc modo eniꝫ multitudo ſtatu
tum nullomodo ampliatur ſed in vero intellectu
ſuo exponitur. Ad quartam concedo antecedēs
et nego ꝯn̄am qꝛ illud preceptuꝫ continet multa
particularia precepta ſcilicꝫ preceptū prime diei
et preceptum ſecunde diei ⁊ ſic de alijs circa quo
rum vnum poteſt quis errare et peccare bene ſe
habendo circa aliud. Ad quintam quicquid ſit
de antecedente nego conſequentiam quia primꝰ
habet idem obiectum diuerſarum volitionuꝫ ſua
rum ſecundus vero non habet idē obiectuꝫ quia
per caſum primus non habet volitionē qua non
velit ieiunare quadrageſimaꝫ ſed volitio non ie
iunandi quam habet prima die cadit ſuper pri-
mam diem ⁊ alia ſuper ſecundam diem ⁊ ita non
habet idem obiectum ſecus ſi prima ⁊ ſecunda

die et aliꝭs ſemper haberet nolitionem ieiunan-
di quadrageſimam qꝛ tunc enim caſus ſecunde
concluſionis et per hoc patꝫ ſolutio. Ad ſextam
cuius conſequens eſt pꝛo ſecūda concluſione ſed
cum illo cõſequente ſtat ꝙ nõ ieiunans pꝛimā di
em et poſtea nõ ieiunans ſecundam peccet nouo
peccato. Ad ſeptimam dico ꝙ differunt ſpecie qꝛ
aliquid eſt obiectum vnius qḋ non eſt obiectum
alterius. plus enim differunt nolle ieiunare pꝛi-
mam diem et nolle ieiunare ſecundā q̄ꝫ due noli
tiones quarū vtraqꝫ nolo ieiunare pꝛimaꝫ diem
ſed conſtat ꝙ ſecūde differūt numero ꝫ pꝛime dif
ferunt ſpecie ſicut velle ieiunare quadrageſimaꝫ
pꝛoximam ⁊ nolle ieiunare quadrageſimaꝫ poſt
ea futuram plus dn̄t q̄ꝫ due nolitiones quarum
vtraqꝫ pꝛoximam quadrageſimaꝫ nolo ieiunare
Cõtra ſcḋaꝫ ꝯcluſionem ¶ Contra ſcḋam concluſionē aꝛ ſic. omnis cõti-
nuatio vel renouatio actus inducit nouum pec-
catum ꝫ omnis talis ſcḋa die nõ ieiunans peccet
nouo peccato. ꝯn̄a tenet quia omnis talis conti
nuat vel renouat ſecunda die actum malū quem
pꝛima die habuit. an̄s pꝛobaꝛ quia nõ fit peccatū
grauius ſine nouo actu peccati nā peccatū vel fit
grauius intenſiue in eadem ſpecie et tūc additur
gradus nouus peccati qui gradus eſt eiuſdē ſpē
vel extenſiue et tūc additur nouus actus cū actꝰ
cõtinuatus per hoꝛam in alia et alia parte hoꝛe
habeat aliam et aliā partem ſui qḋ certuꝫ eſt vbi
renouatur actus alias idē numero naturali actio
ne rediret ſi auteꝫ fiat grauius intenſiue ſcḋm ali
am ſpēm tunc additur nouus actus ſcḋm ſpeciē
Scḋo ſic actui cõtinuato per mediā hoꝛā tantū
nõ debetur tanta pena q̄ꝫ ta debetur actui cõtinu
ato per vnā hoꝛam aut cõtinuato per vnā medi-
am et renouato per aliā mediā ſed nulla die. xl.
ieiunans in pꝛincipio nolitionē habens cadēteꝫ
ſuper totam. xl. ſingulis diebus renouat actū ma
lum ſuum ergo ſingulis diebus peccat nouo pec
cato cui noua pena debetur. Tertio qui nulla die
ieiunat et in pꝛincipio ꝓponit nulla die ieiunare
grauius peccat q̄ꝫ ille qui non ieiunat pꝛima die
nõ cogitans de ſecūda nec ſcḋa ieiunat die nihil
cogitans de tertia et ſic de aliꝭs ſed vt pꝛobatū eſt
nõ peccat grauius niſi per additionem noui pec
cati ad nouam penā obligantis igꝛ. Quarto om
nis hac die obligatus ieiunare ⁊ nõ ieiunans pec
cat ſed iſte hac ſecunda die quadrageſime eſt ob
ligatus ieiunare et nõ ieiunat ergo peccat ſed nõ
peccat peccato pꝛime diei qꝛ nolitio pͥme diei que
deſinit eſſe: reuerti nõ poteſt igꝛ peccet nouo pec-
cato. Quinto omne peccatū obligat ad penam
ergo omne nouum peccatum obligat ad nouam
penam ſed talis vt pꝛobatuꝫ eſt peccat nouo pec
cato ergo talis per peccatum quod facit ſecunda
die obligatur ad nouam penam quod eſt directe
contra concluſionem in ſenſu in quo expoſita eſt.
Sexto peccatum pꝛime diei ſpecie differt a pec-
cato ſecunde diei: et peccatum ſcḋe a peccato ter
tie: ergo talis ſingulis diebꝰ peccet peccato ſim-
pliciter nouo et ad penam nouam obligante con
ſequentia tenet quia peccati alterius et alterius
ſpeciei alia et alia pena coꝛreſpondet et an̄cedēs
pꝛobatur quia peccatū pꝛime diei habet pꝛimaꝫ
diem quadrageſime et omnes alios pꝛo obiecto
peccatum autem ſecunde diei nõ habet pꝛimam
diem pꝛo obiecto ſed tantum ſecundam vel ſi ha
bet alios nõ habet niſi ſecundam diem et ſequen
tes. Septimo volens hoc die occidere decem ho
mines qui exequendo malam volitionē ſuam ho
die occidit vnum et cras alium et ſic vſqꝫ ad de-
cem dies ſingulis diebus peccat nouo peccato er
go etiam ſingulis diebus quadrageſime nõ ieiu-
nans nouo peccato peccat. antecedens pꝛobatur
quia talis ſingulis diebus facit contra pꝛeceptū
diuinum quod obligat ſemper et ad ſemper.
Octauo nõ ieiunans pꝛima die quadrageſime
quancunqꝫ volitionem vel nolitionem habeat ma
net obligatus ad ieiunandum ſecūda et nõ ieiu-
nans ſecunda ad ieiunanduꝫ tertia et ſic de aliꝭs
ergo talis ſingulis diebus peccat nouo peccato
conſequentia tenet quia continue eſt alia et alia
dies. Nono volo ꝙ quis non ieiunet pꝛima die et
habeat nolitionem cadentem ſuper totā quadra
geſimam vt dictum eſt nec ſecūda ieiunet nec ter
tia et ſic de aliꝭs vſqꝫ ad pꝛimam dominicaꝫ qua
drageſime confiteaꝛ et conteratur vere volo pꝛe-
terea ꝙ pꝛima die ieiunabili iterum non ieiunet
tunc ſic iſte nõ peccat peccato pꝛime diei quia il
lud deletum eſt omnino per penitentiaꝫ ꝫ peccat
nõ nouo peccato ⁊ eadem ratione ſcḋa die pecca
bit nouo pctõ et tertio et ſic de aliꝭs. Decimo po-
natur ꝙ nõ ieiunans pꝛima die q̄dragefime cum
cogitet ſcḋa die de ieiunio illius diei ꝓponat nõ
ieiunare illa ſcḋa die nec aliqua alia die quadra
geſime nõ qꝛ iam fregit q̄drageſimā omittēdo ie
iuniū pꝛime diei ſꝫ etiam ſi non fregiſſet frange-
ret talis habet actuꝫ cui ſimilē non habuit pꝛia
die nec eum foꝛmaliter aut virtualiter continen-
tem ergo ſecunda die peccat peccato omnino no
uo ſcꝫ q̄ꝫtuꝫ ad actus et pene nouitatem. Pro ſo- Duplex o-
lutione harum rationum aduertendū ꝙ ſcḋm ali pinio de ꝯti-
quos actus dicitur continuari nõ ſecundū aliam nuatõe actꝰ
et aliam partē ſed quia ideꝫ omnino manens co
exiſtit diuerſis partibus tēpoꝛis ſecundū alios ve
ro actus eſt res ſucceſſiua cuiꝰ pars ſuccedit par
ti nec ſecundū eos poſſibile eſt ꝙ vna et eadeꝫ ps
pluribus partibus tempoꝛis coexiſtet ſcḋm hāc
opinionē continuatio actus fieret per continuam
additionē partis ad partē ſecunduꝫ pꝛimā vero
fieret per ſolā coexiſtentiaꝫ actus ad diuerſas par
tes tēpoꝛis ⁊ eſſet aliter ſecūduꝫ iſtas opiniones
ad rȭes factas reſpondendū Secūda opinio ha
betur concedere vt videꝛ ꝙ eſſet aliqua res ſucceſ
ſiua que non eſſet permanens cuiꝰ contrariū mul
ti clari doctoꝛes defendūt. renouatio aūt actꝰ ſem
per fit per poſitioneꝫ noui actus in creatura ſup-
poſito ꝙ virtute creature nõ poſſit idem numero
redire dico ergo ꝙ peccatū eſſe nouū ⁊ a peccato Pctm̄ eſſe
pꝛioꝛi aliud põt intelligi quadruplicitter Vnomõ nouū ⁊ aliū
quia eſt alius actus ſine hoc ꝙ alia pena ſibi coꝛ ab altero q̄-
reſpondeat ⁊ hocmodo actus exterioꝛ malꝰ noui druplr̄ in-
ter in ſe poſitus eſt peccatū nouum ⁊ aliud a pec telligi-
cato quod eſt actus interioꝛ Secundo modo qꝛ ſi tur.
bi alia pena ſimpliciter coꝛrn̄det ⁊ hoc mõ actus
exterioꝛ non eſſet pctm̄ aliud ab actu interioꝛi ſed
ſcḋꝫ opinioneꝫ pꝛimā actꝰ cõtinuatꝰ p hoꝛā eſſet

nouum pctm̄ in vltima medietate hoꝛe nõ qꝛ cēt
alius actus ſed qꝛ alia pena ſibi coꝛrn̄det et hoc
poſito ꝙ cõtinuatio aggrauet. Tertiomõ pôt in
telligi ꝙ aliquis ſit actus nouus qꝛ ex ip̄o ⁊ alio
non eſt natus eſſe vnus actus continuatus nec e=
quiualens vni actui cõtinuato et hoc modo ſcõa
medietas actus continuati nõ cenſeretur nouus
actus qꝛ ex ipſa et p̄ma ſcõm ſecundam opinio=
nem ſit vnus actus continuatus aut ſcõm primã
opinionem equiualent vni actui ↄtinuato per ali
quod certum tēpus. Similiter actus interioꝛ re=
nouatus añ poſitionem actus exterioꝛis nõ dice=
retur nouus actus qꝛ ipſe et actus interioꝛ prece
dens equiualens vni actui ↄtinuato per aliqđ cer
tum tempus. Quarto mõ aliqđ peccatum dicit̄
aliud nõ ideo qꝛ ſit alius actus aut quia nõ poſſit
facere vnũ aut omnino cũ alio equalere alicui vni
ſed qꝛ cũ ſit alius actus ſibi debetur aliqua pena
que nõ deberetur primo actui nec continuato nec
renouato. huius exemplũ eſt clariſſim̄ nolitioni
qua quis prima die nõ vult ieiunare debetur ali=
qua pena et conſimili nolitio eadē die añ fractio
nem ieiunĳ diu continuate aut renouate debetur
aliqua pena ⁊ alia a p̄cedente ⁊ tamē illa nolitõ
renouata aut cõtinuata per aliam medietatē ho
re nõ dicitur nouũ pctm̄ ad hunc quartũ ſenſum
quia nõ eſt niſi actus renouatus aut cõtinuatus
aut cum alia parte vni actui oĩno equiualens. Si
aũt ſequenti die habeat̄ nolitio ieiunandi illa ſe=
cunda die tunc đr nouum peccatũ iſto quartomõ
quia pena debita iſti actui nõ deberet̄ p̄ciſe pro=
pter renouationem prioꝛis actus ideo deberetur
alia pena qꝛ eſt alius et habet aliud obiectum q̄ꝫ
prima. dico ꝫ ꝙ ille qui prima die nolitionem ha
bet qua nulla die quadrageſime vult ieiunare et
confirmando ſe illi non ieiunat illa prima die et
poſt ea ſecunda die nõ ieiunat nõ peccet ſcõa die
nouo pctõ ad ſenſum quartũ qꝛ quecũqꝫ pena ei
debet̄ ex hoc ꝙ ſecũda die nõ vult ieiunare eadē
deberetur ex renouatione nolitionis habite pri=
mo die et ita nõ eſt nouũ peccatũ nouitate oppo
ſita vnitati continuationis ⁊ renouationis. aliud
eſt autē de nõ ieiunante ſcõa die in caſu prime cõ
Ad primã cluſionis. ❡ Ad primam ↄcedo añs de nouitate
primoꝛum modoꝛũ ſed de nouitate quarti modi
nego et ad hunc ſenſum nõ ꝓcedit probatio. Ad
ſecundã ſimiliter vt prius diſtinguo de nouo pec
cato et etiam de noua pena. aliqua pena đr noua
vnomodo que eſt alia ab ea que prioꝛi actui fuit
debita. aliomodo qꝛ eſt pena que nec debet̄ prio=
ri actui nec deberetur etiã ſibi ſi cõtinuaretur vel
renouaretur et ſic ego nego ↄñs. Ad tertiam con
cedo maioꝛem et nego minoꝛem aliquando enim
quis grauius peccet non quia addet aliquid ad
peccatum precedens ſed quia peccatũ ſuũ ſecun
dum ſpeciem ſuam eſt grauius alio ſicut homici
da grauius peccat foꝛnicatoꝛe Ad quartam con
ceo primam deductionem et dico ꝙ peccat pecca
to prime diei vel continuato vel renouato et hoc
ſufficit ad hoc ꝙ nõ ſit nouum peccatũ. Ad quar
tum intellectum et licet nolitio prime diei que de
ſinit eſſe non poſſit reuerti: poteſt tamē renouari
et hoc ſufficit. Ad quintam reſpondeo per diſtin
ctionem de nouo peccato et noua pena vt dictum
eſt Ad ſextam concedo antecedens et nego conſe
quentiam et ad probationem nego aſſumptũ de
peccatis quoꝛum primum includit ſecundũ et ſe
cundum tertium et ſic de alĳs ſicut eſt in propo=
ſito. in talibus em̄ ſecundo nõ debetur alia pena
a primo ad ſenſum dictum .i. nulla pena debetur
ſecundo quin eadē deberetur propter renouatio=
nem primi et ſimiliter diceretur de ſecundo et ter
tio Ad ſeptimã nego añcedens ad ſenſum quar
ti membri ⁊ ceteris paribus ſuppoſito ſcꝫ ꝙ quo=
libet die illoꝛum decem dierum occiſus ſit vnus
de illis. x. quos prima die ꝓponebat occidere qꝛ
propter circunſtantias perſonarum poſſet varia
ri grauitas peccatoꝛum et poteſt dici peccatum
ſecunde diei nouum peccatũ quartomodo quia
tunc volitio habita ſecunda die nõ fuiſſet virtua
liter incluſa in volitione prima die habita. Ad
octauam concedo añs ⁊ nego conſequentiam ad
quartum intellectum nouitatis licet bene ad pri=
mum vel ſecundum intellectum concedendũ ſit
Ad nonã admitto caſum et in predicto caſu nõ
cenſetur renouatio peccati propter deletionē fa=
ctam per ſacramentum penitentie et aliqua pe=
na debetur que ſi non interueniſſet penitentia:
non fuiſſet debita propter ingratitudinē recidi=
uantis et ideo ↄcedo quicquid infertur. Ad deci=
mam dico ꝙ talis grauius pctm̄ facit ꝓpter no
uum ↄtēptum et concedo ꝙ habet aliũ actũ ⁊ nõ
ſolũ renouatũ aut continuatũ ⁊ ideo nouo pec=
cato peccat ❡ Contra terciam concluſionem ar= Cõtra t
guitur ſic quicũqꝫ peccant peccatis ſcõm graui= cõcluſ
tatem equiualentibus illi equaliter peccant ſed
primus ⁊ ſecundus peccant peccatis ſcõm graui
tatem equiualentib⁹ igitur equaliter peccant ma
ioꝛ eſt nota ⁊ minoꝛ probatur nã velle nulla die
quadrageſime ieiunare equiualet ĩ grauitate qua
draginta volitionibus quaꝝ qualibet vna die vo
lo nõ ieiunare ſicut lucrũ ſex ſolidoꝛũ habitũ vna
die equiualet lucro ſex dieꝝ ⁊ quolꝫ quis vnũ ſo
lidũ quoꝝ lucratur ❡ Ad hanc rõnē nego maio Reſpõ
rem quia licet aliq̄ꝫ peccata ſint equalia poſſibi=
le eſt tñ cum hoc ꝙ vnũ ſit magis cõtinuatũ q̄ꝫ
aliud. Et ad minoꝛē dico primo ꝙ nulla die qua
drageſime precedente vltimã verũ eſt dicere iſti
peccauerũt peccatis equalib⁹. dico ſecũdo ꝙ voli
tio primi habita prima die eſt equalis in grauita
te quadraginta volitionibus quas vltima die ha
buit ſcõs qꝛ tamē primus ſingulis dieb⁹ renoua
uit volitionē ſuã aut ſaltem exequendo primã
habuit aliquam grauioꝛē illa quã habuit ſcõs
illa die ideo dicit̄ grauí⁹ peccaſſe prim⁹ q̄ꝫ ſecũ=
dus. dixi aũt aut ſaltem ⁊c̄ quia propꝛie ſecunda
die non renouatur prima volitio quia prima ha
buit quadraginta dies pro obiecto ſecunda non
nec tercia quia tñ eſt virtualiter ĩcluſa ⁊ tercia in
ſcõa ⁊ ſic de alĳs ſicut dies in diebus ideo nõ di=
citur omnimode alia volitio. ❡ Cõtra quartam Cõtra q
cõcluſionē arguitur ſic talis nulla vice facit con ↄcluſion
tra votum ergo talis nulla vice peccat cõſequētia
tenet quia vt ſupponitur non peccat illa die niſi
quaten⁹ agit contra votũ ⁊ añs probat̄ quia ta
lis nulla vice bibit tota die vinũ ſed votũ eius eſt

ꝙ non bibet tota die vinũ igitur. Scđo ſicut ſe hȝ
ieiunans in quadrageſima ad ſingulos dies ita
ſe habet ille qui vouit hac tota die non bibere vi=
nũ ad ſingulas partes huiꝰ diei ſed primus non
peccat ſingulis diebꝰ nouo peccato vt patet ex ſe
cunda cõcluſiõe ergo nec ſcđs nouo peccato pec
cat quotiens bibit vinũ iſta die. Tercio qui vouit
hac tota die non bibere vinum ⁊ in prima pte di
ei bibit eſt ĩpoſſibilitatꝰ ad votũ implendum igi
tur non plus manet obligatꝰ voto illo ergo poſt
ea bibendo non peccat. multa alia argumẽta ad
ducta contra primaȝ concluſionẽ poſſent hic ad=
Solutiões. duci. ¶ Ad primã nego antecedens imo dico ꝙ
qualibet vice facit contra votum ⁊ ad probatio=
neȝ concedo illam in qua negatio preponitur ſi=
gno diſtributiuo nam cum hec ſit falſa talis tota
die bibit vinũ iſta eſt vera que eſt ſua cõtradicto=
ria talis non tota die bibit vinũ ⁊ cum dicit ꝙ vo
tum eiꝰ eſt ⁊c̃ nego ſed votuȝ eiꝰ eſt tota die non
bibã vinum prima eñi equiualet huic non bibaȝ
omni parte diei vinũ que proprie nõ cadit ſub vo
to ſecũda equiualet huic nulla parte diei bibaȝ vi
num quam intendebat ille vouẽs qualẽcũq; for=
maȝ verborũ extra ꝓtulerit ignarus forte ſignifi
cationis ꝓuenientis ex cõtextu partiũ orationis
Ad ſecũdaȝ concedo maiorẽ ceteris paribꝰ ⁊ ad
minoreȝ cõcedo in caſu ſecũde cõcluſſionis ⁊ ideo
dico ꝙ ille qui de mane ꝑponeret ſe bibiturũ vi=
num illa die ter aut quater aut haberet actuȝ con
tinuum bibendi per totaȝ diem non peccaret no=
uo peccato quotiens illa die liberet eodem modo
multitudo ſicut de quadrageſima dictuȝ eſt Ad
terciam dico ꝙ talis ad aliquid voti eſt impoſſi=
bilitatus ſed non eſt quodlibet quod ſub voto ca
dit non eñi eſt iam poſſibile ꝙ nulla parte illius
diei biberit vinuȝ ſed adhuc eſt poſſibile pro par
tibus ſequentibꝰ ꝙ non bibat ⁊ quia ille cadebãt
ſub voto eo ꝙ q̃libet pars illius diei cadebat ſub
voto ideo ad abſtinendum a vino pro illis parti
Cõtra qntã bus eſt obligatꝰ. ¶ Contra quintaȝ concluſionẽ
ꝯcluſionez. arguitur primo ſic preceptũ de ieiunio eſt negati
uum ergo quotienſcũq; fit cõtra ipſuȝ peccat añs
patet qꝛ obligat ad non cõmedendũ ſcitur in die
et conſequẽtia tenet quia preceptũ negatiuũ obli
gat ſemp ⁊ ad ſemper Secundo qui promiſit ſer
uare virginitatem totiens peccat quotiens alteri
et miſcetur ergo qui tenet aliqua die ieiunare to
tiens peccat quotiens plus q̃ȝ ſemel cõmedit Ter
cio preceptum obligat ſcđm intentionẽ precipi=
entis ſed intentio eccleſie precipiẽtis ieiunare eſt
vt ſubiciatur corpꝰ ſpiritui ergo qui magis huic
intẽtioni eccleſie obſiſtit magis peccat ſed come
dens ter aut quater magis ei obſiſtit ⁊ q̃ȝto plu=
ribus vicibꝰ quis cõmedit tãto magis obſiſtit ce
teris paribus ergo quotiens plus q̃ȝ ſemel cõme
dit totiens peccat. Quarto celebrans in die plus
q̃ȝ ſemel totiens peccat mortaliter quotiẽs plus
q̃ȝ ſemel in die celebrat niſi caſibꝰ de iure aut de
conſuetudine conceſſis ergo etiam ieiunans qui
obligatur ad non comedenduȝ niſi ſemel totiens
peccat quotiens plus q̃ȝ ſemel comedit. Quinto
vnice comeſtioni tantum repugnat tertia q̃ȝtũ ſe
cunda ergo per tertiam comeſtionem ita bene ſit
cõtra illud quod obligatus ieiunare facere tenet
ſicut per ſecundam ergo peccat tertia vice come=
dendo. Sexto omnis obligatus ieiunare hac die
actualiter comedẽs pluſq̃ȝ ſemel comedit peccat:
ſed iſte qui comedit tertia vice comedit pluſq̃ȝ ſe=
mel ergo peccat. Septimo ſi nõ peccaret cum ter
tia vice comedit hoc ideo eſſet quia nõ eſt obliga=
tus ieiunare ſed hoc eſt falſum igit ⁊ minor patȝ
quia nullus per actum culpabilem liberaliter ab
obligatione qua reliqui qui nõ ſunt ſic culpabiles
obligant ſed ſecunda comeſtio fuit in iſto culpa=
bilis ergo remanet poſtea obligatꝰ ſicut pmꝰ pri
ma pars aſſumpti patet qꝛ alias reportaret quis
cõmode ex ſua culpa. Confirmat qꝛ oẽs cauſe re=
quiſite ⁊ ſufficientes obligare iſtum ad ieiunãduȝ
inueniunt in iſto ita bene poſt ſecundam comeſti
oneȝ ſicut ante ſed ante obligabant ipſum igitur
adhuc obligant prima pars antecedẽtis probat
quia eſt preceptum eccleſie ſicut priꝰ eſt ipſe cre=
atura rationalis obligabilis ſicut priꝰ ⁊ non hȝ
aliq̃d excuſans a ieiunio ſicut nec priꝰ illa die ha
buit. Octauo omnis ieiunans obligat non come
dere tertia vice: ergo tertia vice comedendo pec=
cat antecedens patet quia omnis talis obligatur
non comedere ſecunda vice: ergo omnis talis obli
gat nõ comedere tertia vice conſequentia autem
probat quia omnes comeſtiones ſubordinate vo=
litionibꝰ eiuſdem ſpeciei ⁊ rationis ſunt tales ꝙ ſi
vna ſit peccatum ⁊ altera ⁊ ſi vna ſit fractiua ie=
iunij ⁊ altera ſed ſecunda ⁊ tertia comeſtio ſub or
dinant volitionibus eiuſdẽ rationis ⁊ illa eſt pec
catũ ⁊ fractiua ieiunij ergo tertio comedens pec
cat. Nono qui hac tota die vouit nõ bibere vinum
totiens peccat nouo peccato quotiens in die vinũ
bibit per quartam concluſionem ⁊ qui tenet ieiu=
nare quadrageſimam ſingulis diebus quibꝰ nõ
ieiunauit peccat nouo peccato ergo qui tenet ie=
iunare ⁊ non comedere pluries in die totiens pec
cat quotiens pluries comedit. conſequentia tenet
quia non videt maior ratio de vno q̃ȝ de alio hoc
enim eſſe nõ poteſt quia vnum ſit de precepto di=
uino ⁊ aliud non quia vtrunq; eſt de iure poſitiuo
nam ſi preceptũ de ieiunio eſſet de iure diuino ſi=
cut fuit in antiqua lege non propter hoc quis to
tiens peccaret quotiẽs in die ieiunij pluſq̃ȝ ſemel
comederet ⁊ ideo qui cauſam illaȝ aſſignant non
cauſam pro cauſa ponunt. ¶ Ad primam nego Solutiões.
conſequentiam dico enim ꝙ ſunt multa precepta
negatiua que non ſemper obligãt ſicut preceptũ
de ieiunio nõ obligat die dominica ⁊ idẽ diceret
de multis alijs preceptis iuris humani poſitiui
que ſunt de actibus nõ ex ſe malis ⁊ qui non pro=
hibent niſi pro tempore certo aliud autẽ eſt de p̄
ceptis diuinis. Ad ſecundam antecedens non cõ
cedit a doctoribꝰ niſi cũ multis limitationibus
[nam ſecunduȝ eos] qui vouit virginitatẽ ⁊ poſt
ea ducit vxorem licet non poteſt petere debitũ ſi=
ne peccato poteſt tamẽ reddere ſine peccato quic
quid ſit de hoc tamẽ negat conſequentia quia in
primo manet obligatio voti quantũ ad aliquid
in ſecundo non manet obligatio ieiunij poſt ſe=
cundam comeſtionem. Ad tertiam dico ꝙ ante=
cedens habet duplicem ſenſum vnus eſt p̄ceptuȝ

obligat ſecundum intentionem id eſt ad ſenſuꝫ et
intellectuꝫ precipientis ⁊ hoc modo cõcedo de ri-
te precipiente et maxime quando debitis ſignis
intentio ⁊ ſenſus precipientis explicatur alius ſẽ
ſus eſt ꝙ preceptum obligat ad intentionẽ preci-
pientis id eſt ad finem intentuꝫ a precipiente ita
ſcilicet ꝙ non obligatur quis ſoluꝫ ſeruare quod
precipitur ſed etiaꝫ tenetur obſeruando preceptũ
finem aſſequi queꝫ precipiens intendit ita ꝙ etiã
finis cadit ſub precepto Et in hoc ſenſu nego ma
iorem ⁊ ad hũc ſenſum procedit reliqua deductio
ſi enim in aliquo ieiunando non ſubiceretur cor
pus ſpiritui ſed magis obiectaretur nullus dice-
ret ꝙ peccaret. Ad quartaꝫ concedo antecedens
⁊ nego conſequentiam qꝛ qui celebrauit ſecunda
vice non deobligatur a precepto non celebrandi
et ita tercia vice celebrãdo facit contra preceptũ
cuius obligatione actualiter cõſtrictꝰ eſt ſed poſt
q̄ꝫ quis comedit ſecunda vice eſt deobligatus a
precepto ieiunij ꝓ illa die ideo tercio aut quarto
comedendo non peccat Ad quintã concedo ante
cedens ⁊ nego conſequentiaꝫ quia non manet in
eo qui iam ſecũdo comedit obligatio ad ieiuniuꝫ
quia impoſſibile eſt ꝙ ſit ieiunans illa die nec ma
net obligatio ad nõ comedere tercio aut quarto.
Ad ſextam concedo maioreꝫ et minorem ⁊ nego
conſequentiam quia licet talis illa die fuerit obli
gatus ad ieiuniũ poſtq̄ꝫ tamen ſecundo comedit
non eſt plus obligatus ad ieiuniũ. Ad ſeptimaꝫ
concedo primã partem antecedentis ⁊ nego ſecũ
dam ⁊ ad probationeꝫ nego primam partem aſ-
ſumpti. per actum enim culpabilem cõtingit ali
quando ꝙ obligatio precepti tranſeat in obliga-
tionem ſupplicij ſicut contingit in propoſito qui
enim ante ſecundam comeſtionẽ erat obligatus
ad ieiuniũ poſt ſecundaꝫ comeſtionẽ quia impoſ
ſibile eſt eum ieiunare ceſſat obligatio precepti
de ieiunio et cõtrahitur obligatio pene ⁊ ſuplicij
de tranſgreſſo precepto nec reportat cõmoduꝫ qͦs
de ſua culpa qꝛ longe deterius eſt eſſe obligatum
ad penam q̄ꝫ ad actum laudabileꝫ ⁊ eam deliquiſ
ſe ⁊ eſſe in ſtatu culpe q̄ꝫ habere poteſtatem non
delinquendi. Ad confirmationem nego primam
partem antecedẽtis deficit eñ iſta cõditio ꝙ actꝰ
cadẽs ſub precepto ſcꝫ ieiunare nũc nõ eſt ĩ pote
ſtate huius ⁊ prius erat in eius ptãte eſt aũt vna
de conditionibus actus cadentis ſub precepto ꝙ
debet eſſe poſſibilis. Ad octauaꝫ concedo antece
dens et nego conſequentiaꝫ quia poſtq̄ꝫ comedit
ſecunda vice non eſt plus ieiunans ideo non plꝰ
manet obligatus .iſte eniꝫ q̄ꝫdiu nõ comedit plu
ries ⁊ eſt ieiunãs obligatur non comedere pluri-
bus vicibꝰ ergo ⁊ obligatꝰ non comedere ter eſt
argumẽtum validuꝫ ab inferiori ad ſuperiꝰ ſicut
hoc eſt nõ animal ergo nõ homo ſed poſtq̄ꝫ come
dit ſcd̃a vice non manet obligatus obligatiõe ie
iunij ideo nõ plus eſt obligatꝰ nõ comedere neqꝫ
bis neqꝫ ter neqꝫ quater. Ad ꝓbationẽ cõſequen
tie concedo maiorẽ de ſubordinatiõe formali ⁊ in
terpretatiua ⁊ nego minoreꝫ qꝛ ſecunda comeſtio
ſubordinat᷑ volitioni que habꝫ integritatẽ ieiunij
pro obiecto ſed tertia ſubordinat᷑ volitioni que nõ
habꝫ fractionẽ ieiunij pro obiecto ⁊ hoc intelligo
de volitione quam talis habꝫ vel de facto habe-
ret ſi conſideraret omnes circũſtantias ſui actus
quas ſi velit conſiderare nõ poteſt ignorare. Ad
nonam concedo antecedẽs ⁊ nego conſequẽtiam
⁊ ad probationẽ nego aſſumptũ ⁊ ad probationẽ
dico ꝙ argumẽtũ bñ ꝯcludit ꝙ cauſa nõ eſt quia
vnũ eſt de iure nature aut diuino ⁊ aliud de iure
poſitiuo ſed hoc ideo eſt qꝛ in primis poſt primã
tranſgreſſionẽ ſtat adhuc obligatio ad nõ tranſ-
grediẽdũ in propoſito autẽ poſt primã tranſgreſ
ſionẽ nulla manꝫ obligatio. p̃cepti obligatio eni
voti in forma expreſſa cadit ſupra quamlibꝫ par-
tem diei ⁊ obligatio de ieiunio quadrageſimali ſu
pra quamlibꝫ diem quadraginta dierũ ⁊ ideo fa-
cta tranſgreſſione pro vna parte diei aut pro vno
die adhuc manet obligatio pro aliijs. In propoſi
to autem obligat᷑ aliquis ſolum non niſi ſemel in
die comedere ideo tranſgreſſo iſto precepto per ſe
cundaꝫ comeſtionẽ tranſit omnino obligatio pre
cepti ⁊ ideo tertio ⁊ quarto comedendo non pec-
cat q̄ꝫtum eſt ex vi illius precepti. Cũ omnibus tñ
predictis ſtat ꝙ licet obligatꝰ hac die ieiunare nõ
totiens peccet mortaliter quotiens pluries come-
dit tamen circunſtantia temporis eſt conditio ag
grauans peccatum ter aut quater aut quinqꝫes co
medentis non tñ ſequit᷑ ꝙ peccet qualibꝫ vice mor
taliter nec ꝙ peccet tertia ⁊ quarta ⁊ quinta vicibꝰ
q̄ꝫtum peccauit ſecunda ⁊ hoc q̄ꝫtum eſt ex vi pre
cepti de ieiunio. Ratio ante oppoſitum ſoluta eſt
ex dictis.

## Q Uerit᷑. vtrũ eccl'ia-

ſticorum ieiunioruꝫ tempora ſint cõ-
uenienter aſſignata? Arguitur ꝙ nõ:
non aſſignant᷑ eo modo quo aſſignabant᷑ in veteri
lege ergo nõ ſunt ꝯuenienter aſſignata. In oppo
ſitũ Arguit᷑ auctoritate eccleſie tẽpora ieiunioꝝ
diſtinguentis. ¶ Primo videbimus de vtilitati- Utilit
bus eccleſiaſticorũ ieiuniorũ. Notandũ eſt ꝙ ſecũ iunij
dnm altiſſiod͛ due ſunt vtilitates ieiunioruꝫ. Pri
ma eſt quia eſt ſatiſfactoriuꝫ pro peccatis .ieiunã
do enim ⁊ affligendo nos ſatiſfacimus pro pecca-
tis. Secunda eſt quia eſt medicina contra tenta-
tiones qui enim ſe macerant minus tẽtationibus
carnis obediũt ⁊ in eis magis caro ſpiritui ſeruit
q̄ꝫ econtra. eſt etiam medicina vt mens liberiꝰ ele
uetur ad ſublimia contẽplanda ⁊ inde eſt ꝙ ſan-
ctus Thomas tres vtilitates eiꝰ aſſignat Iſte vti
litates non michi vident᷑ ſufficere ideo ſit. ¶ Pri Pri
ma concluſio ieiuniuꝫ eſt ſatiſfactoriũ non ſolum
ſatiſfactione penitentie ſed etiam ſatiſfactione re
tributionis primũ patꝫ ꝑ illud Ioel' ſecundo Con
uertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio ⁊
fletu ⁊ planctu. hec concluſio probari poteſt per
multas hiſtorias ſacre ſcripture naꝫ poſtq̄ꝫ popu
lus iudaicus aut aliqui de gente illa dominũ offẽ
derant aſperis ⁊ duris ieiunijs eũ placaſſe legun
tur. voco autem ſatiſfactionẽ penitentie illam que
pro peccatis perpetratis ſuſcipit᷑ vt deus offenſꝰ
afflictione noſtra concilliet᷑ nobis. Secundũ patꝫ
naꝫ ſancti patres poſtq̄ꝫ beneficia aliqua magna
a deo ſuſceperũt vt viſitationem ſpiritualem aut
aliquem mentalem delectationẽ aut aliud bonuꝫ

etiam temporale a deo ſuſceperũt gratias ei ieiu
nando exſoluiſſe leguntur et ſcd̃m hec eſt cõueni-
ens diſtinctio ieiunij in ieiunium meroris et ieiu-
nium exultationis ieiuniũ ſatiſfactoriũ pro pec-
catis medicatiuum ⁊ peritoriũ eſt ieiuniuꝫ mero-
ris. ieiunium vero retributiuũ et ſolutiuuꝫ pro be
neficio ſuſcepto eſt ieiuniũ exultationis. ⁊ ob hoc
dicit Altiſſiodorenſis ꝙ ieiuniuꝫ exultationis eſt
quando vir contemplatiuus pre dulcedine con-
templationis et a ciborum alimonia ieiunat ⁊ ab
amore mundi ſe penitus alienat ſicut ieiunabat
ſponſa in canticis dicens. Nunciate dilecto meo
quia amore langueo: qꝛ pre dulcedine cõtempla
tionis languet ⁊ deficit omnis carnalitas. appel
lo ergo ſatiſfactionem retributionis. i. que eſt re-
tributio quicquid in recognitionem beneficioruꝫ
diuinorum fit et ieiunium qđ fit in hmõi recogni
tionem appello ſatiſfactorium hac ſatiſfactione.
Qđ autem aliqua ieiunia ſint hocmõ ſatiſfacto-
ria patꝫ per Leonẽ ſermone ſecundo de ieiunio de
cimi menſ dicentem illud ieiunium inſtitutũ eſſe
vt aufferantur deo gratiarũ actiones de conſum-
mata perceptione omniũ fructuum vobis inquit
dilectiſſimi predicamus decimi menſis celebran
dum eſſe ieiunium quo pro ꝯſummata perceptio
ne omnium fructuum digniſſimo largitori eoruꝫ
deo continentie liberam offertur et ſermone quin
to de eodem ieiunio ait in quo ſancti patres no-
ſtri diuinitus inſpirati decimi menſis ſanxere ie-
iunium vt omnium fructuum collectione cõcluſa
rationabilis deo abſtinentia dicaretur et memi-
niſſet quiſqꝫ vti ita habundantia vt circa ſe abſti
nentior et circa pauperes eſſet effuſior idem repe
Scda ꝯclo rit multos in alijs ſermonibus. ¶ Secunda con
cluſio ieiuniũ eſt tam corporis q̃ꝫ anime ſecũduꝫ
duplicẽ potentiaꝫ eius ſcꝫ intellectum ⁊ volunta
tem medicatiuum ꝙ ſit medicatiuuꝫ tam anime
q̃ꝫ corporis patet primo per illud quod canit ec
cleſia in collecta quod animis corporibus qꝫ cu
randis ſalubriter inſtitutuꝫ eſt cum em̃ corpus re
pletione grauatũ eſt alleuiaꝫ ieiunio ꝙ ſit medi-
catiuum aĩe quo ad voluntatem patet per illud ſi
ne cerẽ ⁊ bacho friget venus experimur em̃ deſi
deria libidinis maxime ſuſcitari ĩ nobis poſt epu
las ⁊ fecundos calices experimur etiaꝫ nos ad al
ta ⁊ difficilia cõtẽplanda eſſe aptiores cũ ieiunijs
ſuperabũdantiã repletionis ſuſtulimus Eſt igi-
tur ieiuniũ medicina ⁊ curatiua ⁊ roboratiua ⁊ iđ
dicit leo ſermone quarto de ieiunio decimi mẽſis
Curandis igiẽ leſionibus in quas ſepe incidũt q
cum inuiſibili hoſte cõfligũt triũ maxime reme-
diorũ ẽ abhibẽda medicina in orationis inſtan-
tia/in caſtigatione ieiunij/ĩ elemoſine largitateq̃
cuꝫ pariter excercẽtur/deꝰ propiciaꝫ/culpa dele
tur/tentator elidiꝫ ⁊ paulopoſt in omni em̃ tem
pore in omniũqꝫ vita huiꝰ ſeculi ieiunia nos con
tra vicia faciunt fortiores ieiunia cõcupiſcẽtias
vincũt tentatiões repellunt ſuperbiã ĩclinant irã
mitigant et omnes bone voluntatis affectus ad
maturitatem totiꝰ virtutis enutriunt. Et ſermo-
ne octauo quotidiano eniꝫ dilectiſſimi experimen
to probatur potus ſatietate aciẽ mentis obtũdi ⁊
ciborum nimietate vigorem cordis hebetari ita

vt delectatio edendi etiam corporum cõtraria ſit
ſaluti niſi ratio tẽperantie obſiſtat illecebre ⁊ qđ
futurũ ẽ oneri ſubſtrahat voluptati. Et ſequiꝫ q̃ꝫ
uis enim ſine anima nichil caro deſideret ⁊ inde
accipiat ſenſus vnde ſumit ⁊ motꝰ eiuſdẽ tñ eſt aĩe
quedam ſibi ſubdite negare ſubſtantie ⁊ interiori
iudicio ab incõuenientibꝰ exteriora frenare vt a cor
poreis cupiditatibꝰ ſepiꝰ liberari in aula mentis
poſſit diuine vacare ſapiẽtie vbi oĩ ſtrepitu ſilẽte
curarũ in meditationibus ſanctis ⁊ in delitijs le-
teꝫ eternis quod ſi in hac vita difficile ẽ cõtinuari
poteſt tñ frequẽter aſſumi ⁊ ſequiꝫ huius obſeruã
tie vtilitas dilectiſſimi in eccleſiaſticis ẽ precipue
conſtituta ieiunijs. ¶ Tercia concluſio ieiunium Tertia ꝯclo
aliquod eſt petitorium ac meritoriũ duo enim ſũt
que per ieiunium petimus ac meremur ſcilicet li
beratio a malis et ad bona promotio: liberatio
quidem a malis tã corpis vt eſt liberatio ab egri-
tudine ab hoſtibus viſibilibus a dampnis etiam
anime vt eſt liberatio a tentationibus a peccatis
quibus videmus nos quadam promptione incli
nantes ab erroribus et multis alijs/eſt etiam pro
motio ad bona eterna: et ad bona temporalia et
hoc taꝫ ad bona corporis q̃ꝫ ad bona anime vt fa
ciliter oſtendi poteſt exemplis ieiunium enim re-
ſpectu aliquoꝝ bonorũ ſe habet cauſaliter actiue
aut corrũpendo diſpoſitiones impediẽtes bonas
operationes ⁊ promptionẽ faciẽtes ad malas aut
inducẽdo diſpoſitiones promptitudines facien-
tes ad laudabiles actiones ⁊ reſpectu taliuꝫ diciꝫ
ieiuniũ medicatoriũ reſpectu vero illorũ bonoruꝫ
reſpectu quoꝝ non ſe hꝫ actiue nec diſpoſitiue di-
ciꝫ meritoriũ vel petitoriũ reſpectu enĩ primoruꝫ
diciꝫ meritoriũ quia cauſa naturalis aliqñ eſt de-
bilis ⁊ indiget ſpeciali quodaꝫ cõcurſu cauſe pri-
me adiuuari quod auxiliũ promeremur per ieiu-
niuꝫ iſtas poſtremas cauſas tetigit Gregorius in
pfatione quadrageſime Qui corporali ieiunio vi
tia cõprimis mentẽ eleuas virtutẽ largiris ⁊ pre
mia. ſecundam cauſam de medicina etiam tetigit
Leo papa ſermone primo de ieiunio pẽthecoſtes
ita dicens. Sed contra inſtantes impetus perſe-
quentium contra minaces fremitus impiorũ non
corporis fortitudine nec carnis erat ſaturitate cer
tandum cum hoc maxime hominis interiora cor
rumpat quod exteriora delectat ⁊ tanto fiat ratio
nalis anima purgatur q̃ꝫto fuerit ſubſtantia car-
nis afflictior. hi itaqꝫ doctores qui exemplis ⁊ tra
ditionibus ſuis omnes eccleſie filios ĩbuerunt ty-
rociniũ militie chriſtiane ſanctis inchoarunt ieiu
nijs vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi ab
ſtinentia ⁊ arma raperent quibus incentiua vitio
rum truncarent inuiſibiles enim aduerſarij ⁊ in-
corporales hoſtes non erunt contra nos validi ſi
nullis carnalibus deſiderijs fuerimus immerſi.
Cupiditas non prenocendi in tẽtatore perpetua
eſt ſed inermis atqꝫ inefficax erit ſi nichil in nobis
vnde cõtra nos pugnet inuenerit. Et ſermone q̃r
to non enim idem vigor cordis eſt ſub onere cibi
qui ſub leuitate ieiunij nec eũdẽ ſenſum poteſt ſa- Qrta ꝯclo
cietas generare quẽ pcitas. ¶ Quarta concluſio
ieiuniũ orationi ⁊ elemoſine coniunctũ eſt ad om
nia ſupradicta multo efficatius. Probaꝫ primo

per illud Leonis pape ſermone pͥmo de ieiunio
decimi menſis. tria vero ſunt inquit que maxime
ad religioſas pertinēt actiones oratio ſcꝫ ieiuniū
⁊ elemoſina et modicum poſt ſubdit oratione eīn
dei propiciatio querit̄ ieiunio concupiſcentia car
nis extiguitur elemoſina peccata redimunt̄ ſimꝉ
ꝙ ꝑ omnia dei in nobis ymago renouatur ſi et in
laudeꝫ eius ſemper parati ⁊ ad purificationeꝫ no
ſtram ſine ceſſatione ſollicitì ⁊ ad ſuſtentationem
proximi indeſinēter ſimꝰ ſemper intenti. Et pau
lopoſt in orationibꝰ ꝑmanet fides recta in ieiunio
innocens vita in elemoſinis mens benigna. Se-
cundo per illud eiuſdē ſermone quīto decimi mē
ſis qui poſtq̄ꝫ non nulla dixit de ieiunio ⁊ elemo
ſina ꝯcludit volo eīn ad dei aſcēdit aures talibꝰ
oratio eleuata ſuffragijs. Tertio per illud eiuſdē
ſermone quarto decimi menſis ieiuniū enim ſiue
elemoſina non tam purgatio anime q̄ꝫ carnis af
flictio eſt magis ꝙ ad auariciaꝫ q̄ꝫ ad cōtinētiaꝫ
referendū eſt quādo aliquis ſic abſtinet a cibo vt
etiaꝫ a pietate abſtineat. noſtra ergo ieiunia ha-
bundēt fructibꝰ largitatis ⁊ in pauperes xp̄i be
nignis ſint fecunda muneribꝰ eandē autē ſilꝫ
ſententiam habet fere quotiens de ieiunio loqui
tur. Dicendū eſt conſequēter de tēporibꝰ ieiunio

Quīta ꝯclo

rum ſit igit̄. ¶ Quinta cōcluſio tria ſunt ieiunia
eccleſiaſtica ſolēnia ⁊ ſub precepto cadentia ſcili
cet quadrageſimale/ieiuniū quattuor tēporuꝫ/⁊
vigilie maiorū ſolēnitatuꝫ. Probat̄ non reperi-
unt̄ niſi iſta tria de quibꝰ ſint cōſtitutiones vni-
uerſalit̄ obligātes catholicos. de ieiunio quadra
geſime habetur de cōſecra. diſtin. ter. ca. nō opor
tet vbi ex cōſilio laodicē ita habetur non opor-
tet in quadrageſima quinta feria vltime ebdoma
de ieiuniū diſſolui ⁊ totaꝫ quadrageſimam in ho
norari ſed per totos dies ieiunare ⁊ eſcis abſtinē
tie ꝯuenientibus. i. aridioribꝰ vti et ex cōſilio aga
thenſi. ca. placuit ita habet̄ placuit vt omnes ec
cleſie exceptis diebus dominicis in quadrageſi-
ma ⁊ in die ſabbati ſacerdotali oratione ⁊ diſcre
tionis cōmunione ieiunent. Quarto probatur ꝑ
illud quod habetur de conſe. diſ. v. c. q̄dra. Qua-
drageſima [inquit Grego. papa in omelia] ſum
ma obſeruatione eſt obſeruanda vt ieiunia in ea
preter dies dominicos qui de abſtinentia ſubſtra
cti ſūt niſi quem infirmitas impedierit nullatenꝰ
ſoluant̄ quia ipſi dies decime ſunt anni ⁊ hec eſt
potiſſima cauſa inſtitutiōis quadrageſimalis ie
iunij vt ſcilicet vite noſtre decimā deo in ieiunio
ruꝫ abſtinentia reddamꝰ hec eadē cauſa aſſigna
tur a Caſſiano col. xxi. ⁊ oñdit quomō quadra.
dierū ieiunia ſūt decima anni ⁊ hoc etiaꝫ oſtēdit̄
in capitulo nūc allegato conueniunt etiam om-
nes ſacri doctores. Leo autem Papa alias cau-
ſas aſſignat oſtendens ꝙ in obſeruantia quadra
geſime omnes negligentie noſtre totius anni di-
luunt̄ accedimus ad diligentiorē ſeruitutē domi
ni ꝓperamus ad pugnas temptationuꝫ vt habet
ſermone primo de ieiunio quadrageſime ſermo-
ne autem quarto eiuſdem ieiunij alias aſſignat
cauſas. Prima eſt vt poſſimus animis ⁊ cor-
poribus purificatis celebrare ſacramentum paſ
ſionis dominice quia enim paucorum eſt illa

deuotio infracta ⁊ continuata reuerentia vt tales
ſemper maneant in cōſpectu dei quales nemo in
ipſo paſchali feſto dignū eſt īueniri ⁊ propter car
nis fragilitatē relaxat̄ frequenter obſeruātia au
ſterior de mūdano puluere enim religioſa corda
ſordeſcant propter hoc ſalubriter prouiſum eſt et
ad reparandam mentium puritatem quadra. die
rum ante paſſionis celebritatem inſtituta ſunt ie-
iunia iſte rationes michi placent multo magis q̄ꝫ
alie quedam miſtice que parum aut nichil ad ieiu
nium exhortationis continere videntur placet et
illa ratio qua dicitur ꝙ in hoc ieiunio q̄ꝫtum poſſi
bile eſt nobis repreſentamus ieiunium quadragī
ta dierum chriſti. De ieiunio quattuor temporum
habet̄ diſtinctione. lxxvi. capitulo primo ait enīꝫ
Calixtus papa ieiuniū quod ter in āno apud nos
celebrare didiciſti conuenientius nunc per quattu
or tempora fieri decreuimus ⁊ cauſam aſſignat vt
ſicut annus per quattuor voluitur tempora ſic et
nos quaternum ſolemne agamus ieiuniuꝫ ⁊ in cō
cilio magūtinenſi hoc ieiuniū in precepto poſitū
eſt vt ibidem habet̄ capitulo conſtituimus. Con-
ſtituimus vt quattuor tempora anni ab omnibus
hominibꝰ cōmuni ieiunio obſeruent̄. i. in marcio
ebdomada prima/in iunio ſecunda/in ſeptembri
tertia/in decembri quarta. Alia tamen ordina-
tio dierum facta fuit in concilio ſaleguſte habi-
to. Aliam etiam fecit vrbanus vt habetur eadeꝫ
diſtinctione capitulo ſtatuimꝰ. Statuimꝰ inquit
vt ieiunia quattuor temporuꝫ hoc ordine celebrē
tur primum in inicio. xl. ſecundum in ebdomada
pēthecoſtes tertiū vero in ſeptēbri quartū in decē
bri more ſolito fiat quā ordinatiōeꝫ ſecutꝰ eſt Leo
papa vt patet eadem diſtinctione capitulo igitur
hec autem ieiunia inſtituta ſunt vt per ſingula tē
pora anni que ſunt quattuor vernum/eſtiuale/au
tumpnale/⁊ hyemale/primitias deo ſolueremus.
De tertio ieiunio ſcilicet vigilie maiorum ſolēni-
tatuꝫ patet ex multis capitulis iuris quibꝰ diuer
ſarum ſolemnitatum ieiunia inſtituta eſſe ſignifi
cantur que inſtitutio facta eſt vt reuerentius eorū
ſolemnitates celebremus ⁊ eos habeamus inter-
ceſſores apud deum in quorum honorem ac reue
rentiam corpora noſtra ieiunijs affligimus/vt eti
am magis enitamur ſequi eorum vitam ⁊ geſta in
quorū honorē corpora noſtra maceramus. ¶ Se
xta concluſio non ſunt obſeruanda ſub pena pec
cati ſolemnitatum ieiunia niſi ea quorum inſtitu
tio laudabili cōſuetudine approbata eſt pateꝫ hec
concluſio ex quibuſdam ſupradictis de conſuetu
dine circa ieiunioruꝫ obſeruantiam. Ex quo patꝫ
ꝙ non tenemur ſub pena peccati mortalis ad om
nium apoſtolorum vigilias ieiunandas patet qr
preceptum de huiuſmodi ieiunio non eſt per con
ſuetudinem receptum ⁊ approbatum vt conſtat
nec valet ratio aliquorum dicentium ꝙ ideo non
ieiunans vigiliam philippi ⁊ iacobi quia venit tē
pore paſchali nec vigiliam iohannis euangeliſte
quia venit infra octauas natiuitatis domini quia
nos ieiunamus feria quarta poſt penthecoſtem
que tamen eſt inter octauas pēthecoſtes ideo di-
co ꝙ in hoc maxime reſpiciendum eſt ad conſue-
tudinem a qua iſte inſtitutiones oneroſe ⁊ non ne

ceſſarie vt plurimuz robur accipiunt ⁊ de hoc vi
debitur in argumentis ¶ Septima cõcluſio non Septima concluſio.
eſt die dñica ieiunandũ Probat prohibituz ẽ die
dñica ieiunare ergo nõ eſt die dñica ieiunandum
Añs ꝓbat per illũ melchiadis pape de cõſe. diſ.
ter. capi. ieiuniũ vbi ait ieiunium dominici diei ⁊
quīte ferie nemo celebrare dz vt inter ieiuniũ xp̄ia
norũ ⁊ gentilium veraciter credentiũ ⁊ heretico
rum vera ⁊ non falſa diſcretio habeatur Ad hoc Replica.
reſponderi poteſt ꝙ non prohibetur ſimpliciter
ieiuniũ fieri in die dominico ſed prohibetur fie
ri in contemptum dei vt ibi dicit gloſa Cõtra ie
iunare in cõtemptum dei quocũqꝫ die eſſet pecca
tum mortale ergo non plus ꝓhibendum eſt ieiu
nare in contemptuz dei die dominica ⁊ quinta fe
ria q̃z dieb⁹ alijs reſpondendum eſt negando cõ
ſequentiam quia ieiunia iſtaruz dierũ magis ver
gunt in contemptum dei q̃z ieiunia aliorũ dieruz
quia iſtis duobus diebus deus fecit quicq̃d inſi
gne fecit fere quia reſurrexit ⁊ celos aſcendit.
Iſta euaſio gloſe non videtur mihi rationabilis
et videtur magis eſſe extorſi textus q̃z expoſitio
aut enim vult ⁊ intelligit ꝙ illis duob⁹ diebus ꝓ
hibetur potiſſime ieiunare qꝛ omnis qui illis die
bus ieiunat contempnit deuz qui inſignia opera
maxime illis dieb⁹ fecit ⁊ tunc ſequitur ꝙ omnis
qui illis dieb⁹ ieiunat peccat aut intelligit ꝙ qui
ieiunat cum actuali contẽptu de illis duobus die
bus peccat ⁊ tũc non magis peccat ꝯtempnendo
deum illis duob⁹ diebus q̃z alijs ex quo ſequitur
ꝙ prohibendum eſt vniuerſaliter ieiunare. Secũ
do quia contra hanc gloſaz militat illud conſiliũ
ceſarei auguſtani qđ habet de conſe. diſtin. ter. ne
quis ieiunet die dominica cauſa timoris aut per
ſuaſionis ecce vbi non ſolum prohibetur ieiuna
re die dominico in contemptuz dei ſed etiaz pro
hibetur ne fiat tale ieiuniũ cauſa timoris aut ſua
ſionis ita ꝙ ſi quis incuteret timorẽ pene alteri
niſi ieiunaret nõ ꝓpter hoc ſibi liceret ieiunare.
Tercio prohibetur in conſilio gangenſi ieiunare
cauſa continẽtie vt ſcilicet ſi quis eſtimet ieiunia
dominicalia ſibi prodeſſe ad cõtinentiam nihilo
minus ieiunare prohibitus eſt Si quis inquit cõ
ſilium propter continentiã q̃ſadmodũ putat aut
contumatiam ieiunat anathema ſit Eſt etiaz ali
ud decretuz eiuſdez conſiliꝫ ⁊ recitatur diſtinctio.
ter. ca. ſi quis tanq̃z in quo ita dicitur ſi quis tan
q̃z hoc continentie cõuenire indicans die domini
co ieiunauerit in eiuſdẽ diei contẽptũ anathema
ſit cuius ſenſus in ſolutione ad quartum argumẽ
tum contra hanc cõcluſionẽ dabitur vbi conſiliũ
ſeruare videt ꝙ non omnis q̃ illa die ieiunat con
tempnit quia ſi ieiunaret ex contemptu non ieiu
naret quia hoc credit conuenire ꝯtinentie Huius
ſentẽtie eſt beatus thomas ſcd̃a ſecũde. q. c. xlvij.
ar. v. in reſponſi. ad vi. ar. non eſt inquit in dieb⁹
dominicis ieiunandum in quibus ſi quis ieiuna
ret contra conſuetudinem populi xp̄iani que vt
Auguſ. dicit eſt pro lege habenda vel etiaz ex ali
quo errore ſicut manichei ieiunant quaſi neceſſa
riuz tale ieiuniuz arbitrantes non eſſet a peccato
immunis q̃uis ipſuz ieiunium ſecundum ſe con
ſideratum ſemper ſit laudabile. Quarto eccleſia
cauſa alicuius triſticie cõmemorande ⁊ ſignificã
de poteſt nos ſub pena peccati obligare ad ieiu
nium puta ſexta feria vltime ebdomade quadra
geſime ita ꝙ q̃zuis nulla alia ſubeſſet cauſa inſti
tutionis illius ieiunij cõmemoratio tamen domi
nice paſſionis et triſticie ſeruande eſſet ſufficiens
cauſa inſtitutionis illius ieiunij ergo eccleſia cau
ſa leticie alicuius magne ⁊ excellentis ſeruande
potuit aliq̃ certa die interdicere nobis ieiunium ⁊
obligare nos vt non ieiunando cõmunez illaz to
tius noſtre religionis leticiã repreſentem⁹ ⁊ hoc
in rei veritate feciſſe videtur ꝓhibendo ieiunium
dominice diei. ¶ Octaua concluſio et ſi inter pa
ſcha ⁊ penthecoſtem non ſimus obligati q̃ztũ eſt Octaua concluſio.
ex precepto eccleſie ad ieiunia non tamen tene
mur illis diebus ſub pena peccati non ieiunare.
Probatur concluſio primo per illud Ambro. et
habetur diſtinctione ſeptuageſima ſexta Scire
debet ſanctitas veſtra per hos quinquaginta di
es nobis eſſe iugis et continuata feſtiuitas ita vt
hoc omni tempore neqꝫ ad obſeruandum iudica
mus ieiunia neqꝫ ad exorandum dominum geni
bus ſuccedamus. Secundo probatur per illud
Iſido. quod eadẽ diſtin. habet poſt paſcha autẽ
vſqꝫ ad penthecoſtem licz traditio eccl̃iarum ab
ſtinentie rigorem prandijs relaxauerit tñ ſi quis
monachorum vel clericorum ieiunare cupit non
ſunt prohibendi qꝛ ⁊ Anthonius ⁊ Paulus ⁊ ce
teri patres antiqui etiã hijs diebus in heremo le
guntur abſtinuiſſe neqꝫ ſoluiſſe abſtinentiã niſi tã
tum die dominico. Ubi nota ꝙ non habetur hic
ꝙ Anthonius et Paulus die dominica ieiunaue
rint licz habeatur in ſequẽti capitulo. Ex quibus
patet ꝙ ſanctus Thomas vbi ſupra allegatus de
buit diſtinctionem ponere inter diem dominicuz
et quinquaginta dies inter paſcha ⁊ penthecoſtẽ
quia in illis quinquaginta diebus datur nobis li
bertas nõ ieiunandi nec tamen ieiunare obliga
mur diebus autẽ dominicis tenemur nõ ieiunare
¶ Contra tres primas concluſiones ar̃ ſic. quic Cõtra tres primas ꝯcluſiones.
quid eſt predictis modis vtile illud poteſt omni
tempore fieri ſed ieiunia non poſſunt rõnabiliter
omni tempore fieri vt p3 per ſeptimam cõcluſio
nem ꝫ ieiunia nõ ſunt predictis modis vtilia añs
patz qꝛ omni tempore licet nobis ꝓcurare ea que
ſunt vere vtilia. Secundo multi experiunt in ſe
ꝙ per ieiunia excitantur in eis male concupiſcen
tie et vt habet Leo papa ſermone primo de ieiu
nio. xl. quanto ſtudioſiores fuerimus pro noſtra
ſalute tanto nos ab aduerſarijs intelligimus ma
gis impetendos. Tertio nihil ſuſceptum ex ceri
monijs veteris legis eſt nobis vtile ſed ieiunia ſu
ſcepta ſũt ex cerimonijs veteris legis igr̃ maior
patet qꝛ vetus lex quantũ ad cerimonialia nunc
eſt mortifera et minor patet per Leonem ſermo
ne ſexto de ieiunio decimi menſis ita dicentem.
Euangelicis ſanctionibus dilectiſſimi multũ au
ctoritatis prebet doctrina legalis cũ quodam de
mandato veteri ad nouam obſeruantiam tranſ
ferũtur ⁊ pauloport. Ex hijs autẽ eſt decimi mẽ
ſis ſolemne ieiunium. Quarto ar̃ ſic. ſacerdos iu
deorum oloferne oppugnãte bethuliaz peccauit
mortaliter inſtituendo quinqꝫ dierum ieiunia vt

deus liberaret populum ſuũ de hoſtibus ergo ie-
iuniũ non eſt petitorium vel meritorium boni ali
cuius Antecedens patet per hoc ꝙ ait iudich ad
ſacerdotes. Quid tentatis dominum non eſt ille
ſermo qui miſericordiã ꝓuocet ſed potiꝰ qui ira3
Solutiões. excitet. ¶Ad primã nego maiore3 na3 poteſt in
teruenire preceptum ꝑ aliquo tempore ne fiat ꝑ
pter aliquam cõmemorationẽ aut repreſentatio
nẽ faciendã ratione cuiꝰ precepti ieiunium tale
non erit vtile ſed potius nociuũ poteſt etiam eſſe
alia cauſa propter quam qđ vtile eſt ſecũdum ſe
eſt aliquo tempore inutile vt poteſt dari exemplũ
de medicamentis ⁊ multis aliꝭs. Ad ſecũda3 con
cedo antecedẽs ſed dico ꝙ regulariter ſine cõpa-
ratione plures iuuantur tam corporaliter q̃3 ſpi
ritualiter per ieiunia moderata q̃3 dampnificen-
tur precepta aute3 iuris poſitiui ea que vt in plu
ribus ſaluti hominũ congruũt attendunt. Et ad
auctoritatẽ leonis dico ꝙ imperitio illa vt in plu
ribus non fit ex conditione ⁊ natura ieiuniꝭ ſed ex
peruerſitate hoſtis noſtri qui tanto nos vehemen
tius repellit a ſalute q̃to nos ad ea3 magis eni-
ti cõſpexerit ⁊ ideo ex eadem auctoritate ꝯcludit
nos debere dare operã ieiuniꝭs quia vt habet ibi
dem Nulla ſũt ſine tentationu3 experimẽtis ope
ra virtutis/nulla ſine perturbationibus fides vi-
ta hec noſtra ĩmedia inſidiatorum eſt. Ad terci-
am minor negatur ſcđm eñ eundem leonem ſer-
mone quarto de ieiunio decimi menſis ieiunium
non eſt de illis que gerebãt figuras futurarum re
rum quia talia impleta ſunt ⁊ finita et ꝓpter hoc
vt dicit ieiuniorũ vtilitatem noui teſtamenti gra
tia non remouit quod non ideo[ inquit ]neglige
dum eſt quia de obſeruancia veteris legis aſſum-
ptum eſt tanq̃3 hoc ſit de illis que inter diſcretio-
nes ciborũ ⁊c̃. Idem habet ſermone ſexto vbi pre
dictam obiectionẽ ſoluẽs ait Ceſſantibus eni3 ſi
gnificationibꝰ quibꝰ ſaluatoris noſtri nunciabaẽ
aduentꝰ ⁊ peractis figuris quas abſtulit ipſa pre
ſentia veritatis ea que vel ad regulas moru3 vel
ad ſimplicem dei cultum ratio pietatis inſtituit
in eadem apud nos forma qua ſunt cõdita perſe
uerant ⁊ que vtriꝗ teſtamẽto erant congrua nul
la ſunt cõmutatione variata ex his aũt eſt etiam
decimi menſis ſolẽne ieiuniũ ⁊c̃ Idem habet ſer
mone quarto de ieiunio ſeptimi mẽſis ita dicens
Cum ergo vos dilectiſſimi ad quedam que in ve
teri teſtamento inſtituta ſunt cohortamur non iu
daice vos inſtitutionis iugo ſubdimꝰ nec cõſue-
tudinẽ carnalis ppl̃i vobis indicimus excellit ſu
per illorũ ieiunia continentia xp̃iana ⁊c̃. Poteſt
tamen dici ꝙ ieiunia quantum ad actum abſtinẽ
tie ſunt moralia quantum vero ad determinatio
nem diei ſunt cerimonialia. Ad quartam cõcedo
antecedens non quidem quia ieiunium ſit malu3
aut inutile ſed propter circunſtantiam male intẽ
tionis ieiunium corrumpentis ꝓponebant enim
ꝙ ſi deus poſt huiuſmodi ieiunium non eis auxi-
liaretur ⁊ liberaret eos a poteſtate olofernis ip-
ſi redigerent ciuitatem in eius poteſtatem et in
hoc faciendo tentabant deu3 quod eſt omnino il-
Cõtra q̃rtã licitum. ¶Contra quartam concluſionem.
ꝯcluſionez. Arguitur ſic primo xp̄s ieiunauit circa epipha-

niam quia ieiunauit ſtatim poſt baptiſmũ quem
ſuſceperat ergo nos etiam circa epiphaniam ieiu
nia noſtra inchoare debemus. Secũdo clerici te
nentur ieiunare a quiquageſima vſꝗ ad paſcha
ergo non ſufficit pro illa parte ieiunium quadra-
geſimale antecedens patet ex multis decretis.
Tercio non eſt ieiunandum quinta feria vltime
ſeptimane ergo non eſt ieiunandũ per tota3 qua-
drageſima3 antecedens patet tum primo quia ꝓ
hibitum eſt ieiunare quinta feria vt habeẽ de cõ
ſecra. diſtin. ter. ieiunium Ieiunium dominice di
ei ⁊ quinte ferie nemo celebrare debet Tu3 ſecun-
do per illud Pau. ad gal. v. dicẽtis Mihi aute3
abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu xp̃i
ergo gloriandu3 eſt in cruce domini ergo non eſt
in die crucis ieiunandum. Tum tercio quia paſ-
ſiones aliorum ſanctoru3 vt petri ⁊ pauli cũ gau
dio celebramus ergo cũ maiori gaudio paſſione3
xp̃i celebrare debemꝰ Quarto dies dominici qua
drageſime vel ſunt de numero ieiunioru3 vel nõ:
ſi non ſequitur ꝙ nõ debemꝰ abſtinere a carnibꝰ
ſi ſic ſequitur ꝙ ieiunamꝰ pluſq̃3 quadragita die
bus. Contra illud quod dictum eſt ibi de ieiuniꝭs
quattuor tẽporũ. Arguitur ſic aliq̃n fuit conſue-
tudo nõ ieiunandi niſi ter puta in qualibet tercia
parte anni ergo non eſt ieiunandum in qualibet
quarta. Secundo iudei ieiunabant quarto quin
to ſeptimo ⁊ decimo menſe ergo eiſdem ieiunare
debemus ergo non ſunt apud nos bene inſtituta
iiiꝭ. ieiuniorũ tp̃a. Probaẽ deinde ꝙ preter pre-
dicta ieiunia ſint mł̃ta alia tenemur ieiunare die
bus rogationũ oĩ die ſabbati oĩ quarta ⁊ ſexta fe
ria ⁊ obligamur ẽt ad ieiunia ĩpoſita a ꝑlatis no
ſtris. obligamur etiã cõplere ieiunia nobis in pe
nitentiam ⁊ ſatiſfactione3 impoſita. tenemur etiã
ieiunare omnium apoſtolorũ vigilias cuius con
trariu3 dictum eſt. Añs pro prima parte pt3 per
illud cõſiliꝭ aureẽ. quod habeẽ de cõſecratione di
ſtincti. tercia capitulo rogationes/rogationes. i.
letanias ante aſcenſionẽ domini placuit celebra
ri ita vt premiſſũ triduanũ ieiuniũ in dñice aſcẽſi
onis ſolẽnitate ſoluatur per qđ triduũ ſerui et an
cille ab opere relaxenẽ quo magis plebs vniuer
ſa conueniat quo triduo oẽs abſtineant ⁊ etiam
quadrageſimalibus cibis vtantur de die ſabbati
patet per illud Innocentiꝭ pape quod habeẽ lo-
co eodẽ ca. ſabbato. Sabbato vero ieiunandum
eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat et ꝓbatur ra
tione eiuſde3 decreti Nos in memoriã paſſionis
ieiunamꝰ qualibet ſexta feria et ꝓpter reſurrecti
one3 domini quãlibet dñica3 die3 celebre3 ⁊ vene
rabilẽ habemꝰ ergo cu3 ſabbati dies ſit inter ſex
tam feriam et dominicam die3 ſequiẽ ꝙ die ſab-
bati ieiunare debemꝰ Tum ſecũdo q2 ap̃li iſto bi
duo ſc3 die paſſionis et ſabbato fuerũt in merore
et ꝓpter metu3 iudeorũ ſe occultauerũt ⁊ in huiꝰ
ſignificationẽ etia3 iſto biduo ſacramẽta nõ cele
brãtur Quod ieiunandũ ſit quarta et ſexta feria
ꝓbaẽ per illud apoloniꝭ ꝙ eadẽ di. habetur capi
tulo ieiunia ſane vbi habeẽ dicitur ieiunia ſane
legittima in quarta ⁊ ſexta feria non ſunt ſoluen
da niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit q2 quar-
ta feria iudas traditionem domini cogitauit ſex

ta feria crucifixus eſt ſaluator Abhebiẗ ergo qui
his diebus ſine neceſſitate ſoluerit ſtatuta ieiunia
vel cum iuda tradente tradere ſaluatorem vel cũ
crucifigentibus crucifigere ex quo decreto patet
et inſtitutum eſſe tale ieiunium ⁊ inſtitutionis ra
tio De ieiunijs a prelatis impoſitis dicũt inno-
centius ⁊ alijs expoſitores ꝙ ſunt ſeruãda. de vi
gilijs omnium apoſtolorum habetur extra eo.cõ
Solutiões. ſilium. ¶ Ad primam concedo antecedens ⁊ ne
go conſequentiam Et ſi probetur quia debemus
eſſe imitatores chriſti concedo ⁊ ideo tenemur ie
iunare ſicut ipſe ieiunauit ſed non eodem tempo
re quo ieiunauit quia nobis et ſibi fuit alia ieiu-
nãdi ratio ⁊ maxime quia non omnia ieiunia no
ſtra repreſentant ieiunium chriſti ⁊ licet ieiuniuꝫ
quadrageſime repreſentet ieiunium chriſti quia
tamen hec repreſentatio non fuit ſola cauſa inſti
tutionis ſed cum hoc concurrit illa ratio vt poſſi
mus purificatis mentibus digne ſacramenta paſ
ſionis ⁊ reſurrectionis chriſti celebrare ideo con-
uenientius ante feſtum paſche imediate celebra
tur illud quadrageſimale ieiunium q̃ꝫ circa epy-
phaniaꝫ. addito ꝙ eccleſia ſemper prouidere vo
luit ne onus nimis graue fidelibus imponeret.
Ad ſecundam nego antecedẽs ⁊ ad probationẽ
ex decreto quod habetur diſtinctione quarta ca.
ſtatuimus ⁊.c. deniqꝫ reſpondeo ꝙ gratianus ibi
dem ſoluit quia decretum illud non eſt per con-
ſuetudinem laudabilem receptuꝫ. Secundo dico
ꝙ decretuꝫ illud reuocatuꝫ eſt in cõſilio aurelia.
vt habetur de conſecra. diſtin. ter. ca. de ſacerdoti
bus. ſacerdotib⁹ omnibus decretũ eſt vt ante pa-
ſche ſolemnitateꝫ non quinquageſima ſed. xl. te-
neatur. Ad terciam nego antecedẽs. Ad primaꝫ
probationeꝫ dico ꝙ ibi prohibetur ieiuniuꝫ quin
te ferie ea ratione celebrari qua a gentilibus ⁊ he
reticis celebrabaẗ et non ſimpliciter ideo ſubdiẗ
ibidem vt inter ieiunium xp̃ianorũ ⁊ gentiliuꝫ ve
raciter credentium ⁊ hereticorũ vera ⁊ non falſa
diſcretio habeatur. Ad ſecundam ꝓbationeꝫ cõ-
cedo ꝙ gloriànduꝫ eſt in cruce domini ⁊ gauden
dum memoria tamen crucis eſt cum afflictione re
colenda et quia ignorantia crucis per reſurrectio
neꝫ ceſſauit ideo memoria reſurrectionis que ſin-
gulis dominicis diebus fit eſt cum leticia ⁊ exul-
tatione peragenda Et ideo diebus dominicis ex
ſtatuto eccleſie nõ eſt ieiunandum Secus eſt de
die crucis ⁊ diebus alijs in quib⁹ fit memoria paſ
ſionis die enim crucis chriſtus nec bibit nec come
dit et extremos labores ſuſtinuit ad aliam proba
tionẽ concedo antecedẽs ⁊ nego conſequẽtiaꝫ. tuꝫ
primo quia illi paſſi ſunt ꝓ ſe ipſis chriſtus autẽ
pro nobis tum ſecundo quia illi die paſſionis na-
ti ſũt ad regni celeſtis delicias non autem chriſt⁹
Ad quartaꝫ dico ꝙ dies dominici non ſunt de nu
mero quadrageſime ſed ſunt inter numerum qua
drageſime contenti ⁊ dico ꝙ non tenemur ad ab
ſtinentiam in illis diebus preciſe virtute inſtitu-
tionis ieiunij quadrageſimalis et inde eſt ꝙ die-
bus dominicis quadrageſime aliquando ex con-
ſuetudine comedebantur carnes etiam poſt inſti
tutionem quadrageſime vt habeẗ quarta di. c. de
niqꝫ ſed quia illis diebus fiebat deordinata nimi
um ingurgitatio ideo ſtatutuꝫ eſt ꝙ fieret illa dis
abſtinentia a carnibus et lacticinijs ſed non ieiu
nium. Ad primaꝫ rationem contra ieiuniũ quat-
tuor temporum conceditur antecedens ⁊ hoc ha
betur in decreto diſtin. lxxvi. ſicut ſuper cõcluſio
ne quinta allegatum eſt ex qua allegatione pateꝫ
noua inſtitutio ex qua et ſequente cõſuetudine no
ua eſt obligatio. Ad ſecundam concedo antece-
dens ⁊ nego conſequentiam quia licet etiaꝫ ex iu
deis retinuerimus preceptum ieiunandi non ta-
men dies ieiunij ex eis accepimus quia non pro-
pter eaſdẽ cauſas ieiunam⁹ ieiunabãt eniꝫ iudei
quarto mẽſe qui apud latinos vocatur iulius die
xvij eo ꝙ moyſes tũc deſcendens de monte tabu
las legis abiecit ⁊ confregit et iuxta iheremiam
muri primũ rupti ſunt ciuitatis ieiunabãt etiam
quinto menſe qui apud nos appellaẗ auguſtus
cum per exploratores terre ſancte ſeditione orta
in populo iuſſi ſunt montem non aſcendere: ſed ꝑ
quadraginta annos longius a terra ſancta circui
re tantis diſpendijs vt exceptis duobus caleph ⁊
ioſue omnes in ſolitudine caderent in hoc menſe
a nabugodonoſor ⁊ multa poſt ſecula a tito ⁊ ve
ſpaſiano templũ iheroſolimis incenſuꝫ eſt atqꝫ
deſtructum capta vrbe bethel ad quaꝫ multa mi
lia confugerant iudeorum ieiunabant etiam mẽ-
ſe decimo qui apud nos ianuari⁹ dicitur eo ꝙ ia
nua ſit anni atqꝫ principium quo menſe ezechiel
in captiuitate poſitus ⁊ cunctus populus capti-
uorum audiuit quinto menſe templũ eſſe ſubuer-
ſum menſe etiam ſeptimo qui apud nos appella
tur october ieiunabant eo ꝙ in eo occiſus eſt go-
dolias ⁊ iude trib⁹ ac ihr̄l'm reliq̃e diſſipate ſunt
hec hꝫ Hiero. ſuper zachariam et recitatur in de
cretis diſt. lxxvij. ca. ieiunium quia ergo nos non
ieiunam⁹ propter has cauſas ſed ꝓpter illas q̃s
ſupra recitauim⁹ ideo. Ad quartuꝫ quo multipl'r
ꝓbatur ꝙ ſunt alia ieiunia a ieiunijs toti eccleſie
cõibus ⁊ ad q̃ tenemur ex precepto Ad primũ de
rogationibus dico ꝙ ſi ſtatutũ ſit non eſt tamẽ in
vſu receptũ q̃ꝫtum ad ieiunium ſed bñ q̃ꝫtum ad
aliquã abſtinentiã puta a carnibus. De ieiunio
ſabbati dico ꝙ decretũ illud nõ eſt vſu cõfirmatũ
et videtur abrogatũ ꝑ Gre. ſeptimũ qui ieiuniuꝫ
in abſtinentiã a carnibus ꝯmutauit vt habeẗ de
conſe. diſt. v. c. qꝛ dies ſabbati vbi ſic habeẗ. quia
dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in ab-
ſtinentia celebris eſt habitus nos eorundẽ aucto
ritatem ſequẽtes ſalubriter admonemus vt qui-
cunqꝫ ſe xp̃iane religionis participem eſſe deſide
rat ab eſu carnium eadẽ die niſi maiori feſtiuita
te interueniente vel infirmitate impediente abſti
neat. Q̃ ſi dicat aliquis ꝙ hic nõ ſit preceptum
ſed admonitio admonemus inquit reſpõdeo ꝙ ſi
ue preceptum ſiue admonitio ſit quia tamen vſu
approbatum eſt ideo nõ poteſt ſine peccato omit
ti niſi neceſſitas impellat. ¶ Ad rõnes autem in Ad rões.
ductas Ad primaꝫ dico negando ꝯñam ſi cõclu
dat de debito precepti quia ad hoc nõ ſufficiunt
ille congruẽtie ſed neceſſe eſt ad id nos aliquo iu-
re obligari et quia nulla eſt ad id obligatio iu-
ris naturalis aut diuini nec conſuetudinalis nec
iuris poſitiui vſu confirmati ideo non tenemur.

Ad ſecundā concedo añtecedens et nego cōſequentiam neq; enim oportz ꝙ ieiunia apoſtolorū aut omnes eorum moleſtias ieiunijs perpetuis repreſentemus. tunc enim nulla dies a ieiunio vacaret de ieiunio vero quarte ⁊ ſexte ferie dico ꝙ decreta illa non cogunt quia nō ſunt vſu confirmata ⁊ cū dicitur ꝙ qui non ieiunat xp̄m tradit cum Juda et crucifigit cum crucifigentibus nego cōſequentiam niſi ex mero et actuali contemptu nō ieiunaret quo ſcilʒ ideo nollet ieiunare illis diebus quia ſibi placeret chriſti traditio et crucifixio talis enim traderet et crucifigeret per complacentiam licet non per exhibitionem operis preteriti De ieiunijs a prelatis impoſitis dico ꝙ talia aliquando pro vrgente neceſſitate ad placanduʒ diuinam iram aut ad gratiam eius impetrandam inſtituuntur et tunc ſuſcipiēda ſunt et tunc ſi ſunt vſu confirmata obligant. ſi nō: non videntur obligare ſicut nec inſtituta a ſummis pontificibus.
Et ſi queras de ieiunio aduentus dico ꝙ nō eſt in precepto ex communi ſtatuto eccleſie licet ſit in conſilio et ſi aliquid de hoc legatur inſtitutum dico ꝙ nō eſt vſu et conſuetudine comprobatum.

Cōtra ſepti mā ꝯclonez ¶Contra ſeptimā concluſionē arguitur ſic primo auctoritate Hieronimi ad Lucinum et habetur diſtinctio. lxxvi. capi. vtinam. vtinam omni tempore ieiunare poſſemus qđ in actibus apoſtolorum diebus penthecoſtes et die dominico apoſtolum Paulum et cum eo credentes feciſſe legimus. Ex qua auctoritate. Secundo ſic arguitur Paulus et alij apoſtoli die dominico ieiunauerant ergo non eſt illicitum die dominico ieiunare. Tertio ieiunium diei dominice nō prohibetur niſi ſicut ieiunium ferie quinte vt patet ex decreto melchiadis pape ſed nō eſt illicitum ieiunare feria quinta ergo nec die dominica. Confirmatur quia nō eſt prohibitum ieiunare feria quinta ſimpliciter ſed tm̄ prohibitum eſt ieiunare ea cauſa qua ieiunabāt gentiles et heretici vt pʒ ex decreto Melchiadis ergo nō eſt ſimpliciter illicitum ieiunare die dominica. Quarto ieiunium diei dominice non eſt illicitum niſi quando fit ex cōtemptu ergo nō eſt ſemper illicitū. antecedens patet per gloſam ſuper decretum illud Melchiadis patet etiam per illud quod habetur diſtinctio. tertia capi. Si quis tanq̄ʒ. vbi expreſſa fit menſio de contemptu vt patet ſupra in probatione ſeptime concluſſionis. Quinto omnis cōſtitutio humana propter aliquam cauſam inſtituta ceſſante cauſa non obligat ſed inſtitutio nō ieiunandi die dominica inſtituta eſt propter aliquam cauſam puta ad diſcernendum inter ieiunia catholicorū et nō catholicorum et ad reprobandum ieiunia Manicheorum ergo qui deuotione aut cauſa ſanitatis aut continentie ieiunat illa die nō peccat.

Solutiões. ¶Ad primam concedo auctoritatē Hieronimi. ſed ex ea nullomō habetur ꝙ ieiunium ſit omni tempore licitum. ſi enim eius virtutis eſſemus vt omni tempore ieiunare poſſemus ſine moleſtia et difficultate melius eſſet actum nobiſcum et hoc optat Hieronimus ſed cum hoc ſtaret ꝙ nō eſſet licitum ieiunare die dominica per idem enim cōcluderetur eodem modo ꝙ licitum eſſet ieiunare in die reſurrectionis cuius oppoſitum legitur eſſe reuelatum cuidam ſancto patri cui dictum eſt hodie eſt dies reſurrectionis ieiunare non debes.
Ad ſecundaʒ dico ꝙ tempore beati Pauli non erat adhuc facta prohibitio: ideo licebat ei quod nunc non licet. Ad tertiam nego maiorē; eſt enim alia cauſa huius et illius et vrgentior de vno q̄ʒ de alio. Et ad probationem dico ꝙ preter illam cauſam cōmunem ſunt alie cauſe partiales puta quia rememoratio reſurrectionis domini eſt maioris neceſſitatis q̄ʒ rememoratio aſcenſionis dominice. Ad confirmationeʒ concedo antecedens ſed dico ꝙ aliomō prohibitum eſt de die dominica vt patet in decretis allegatis ad ſeptimaʒ concluſionem. Ad quartaʒ nego añtecedens et ad primam probationem dico ꝙ gloſa illa contradicit textui vt patuit in probatione concluſionis. Ad ſecundam probationem dico ꝙ inter cap. concilij gangrenſis nō legitur in forma illa in qua allegat Gracianus ſed in illa forma in qua allegatum eſt probatione tertia ſeptime concluſionis vbi non fit menſio de contemptu. dico ſecundo ꝙ ſi habeatur in illa forma dico ꝙ li. in eiuſdem diei contemptum non conſtruitur cum hoc verbo ieiunauerit ſed conſtruitur poſt illud anathema ſit. primo modo enim eſſet ſenſus ſi quis ieiunauerit in contemptum diei dominice credens hoc ſcilicet ieiunare in contemptum diei dominice conuenire id eſt vtile eſſe ad conſequendum anathema ſit. Secundo modo ſenſus eſt ſi quis ieiunauerit die dominica credens hoc vtile eſſe ad continentiam anathema ſit in contemptum illius diei. i. quia illū diem contēpſit in q̄ fit rememoratiō dñice reſurrectionis et magis credo hunc fuiſſe ſenſum decreti ꝙ Paulus et Anthonius qui maxime ſtudebant ꝯtinentie diē dñicam nō ieiunādo honorabāt q̄re qui ieiunāt ꝯtempnere videntur.
Ad quintam nego maiorem ſed bene verū eſt ꝙ ceſſante cauſa bene poteſt deſtitui per euʒ qui poteſtatem habet quod fuerat conſtitutum ⁊ ad minorem dico ꝙ illa cauſa non ceſſat ⁊ ꝙ continue q̄ʒdiu manēt catholici diſcretio illa facienda eſt dico preterea ꝙ multe ſunt alie cauſe illius inſtitutionis vt ſupra habituʒ eſt que non ceſſant nec ad hoc ꝙ cauſa ceſſare dicatur ſufficit ꝙ ego non intendam illaʒ cauſam quia q̄ʒtumcunq; non intendam in ieiunio meo cauſaʒ illaʒ alius tamen poterit eam intendere in eodem ieiunio meo nec valet dicere ꝙ cauſa ſanitatis ⁊c̄ quia per abſtinentiam debitam ſine ieiunio ita competenter poterit ſanitati prouideri. Et ſi obiciatur de multis pauperibus qui propter ciborum penuriam ieiunare etiam die dominico plerumq; coguntur quos non eſt credendum peccare. Ad hoc dico ꝙ penuria ciborum bene neceſſitat ad non comedendum ſed non ad ieiunandum quia non omnis carentia comeſtionis pluſq̄ʒ ſemel eſt ieiunium ſed illa tantum que eſt propoſita ⁊ intenta ſi quis enim proponens de mane prandere ⁊ tota die in propoſito continuās cū eſſet cenandum careret cibis aut violenter detineretur taliter ꝙ cenare non poſſet non propter hoc ieiunare diceretur quia ceſſatio a comeſtione non ſequeretur

propoſitum mentis nec eſſet voluntarie imperata
ſed ex neceſſitate concepta. Ratio ante oppoſi-
tum ſoluta eſt ex dictis.

Conſequenter agen-
dum eſt de vicio oppoſito abſtinentie
ſcilicet de gula ⁊ queritur. Utrum gu-
la ſit peccatum mortale? Arguitur ꝙ non gula
nulli precepto decalogi contrariatur ergo nõ eſt
peccatum mortale In oppoſituʒ eſt cõmunis op-
pinio gulaʒ inter peccata mortalia enumerans.
Notandum ꝙ gula non nominat omnem appe-
titum guſtabilis quia cum opponatur abſtinen-
tie que poſita eſt circa comeſtibilia gula proprie
Gula ꝗ͛do non dicit niſi appellati edendi non quemlibʒ ſed
inordinatum tantum. ❡ Prima concluſio Om-
nis gula deliberata eſt peccatũ probatur omnis
actus inordinatus ⁊ recte rationi difformis in po-
teſtate noſtra exiſtens eſt peccatuʒ ſed omnis gu-
la deliberata vel omnis appetitus inordinatus
cibi eſt actus recte rationi difformis in poteſtate
noſtra exiſtens ergo omnis talis eſt peccatũ ꝙ ſit
actus inordinatus ⁊c̃ pʒ quia recta ratio dictat
non eſſe tantum appetendum aut dictaret ſi ineſ-
ſet et contra hanc rationem appetitur tantum.
Quod ſit in poteſtate noſtra patet quia volũtas
non neceſſitatur appetere contra iudiciũ ratiõis
et poteſt reprimere omneʒ actum appetitus ſen-
ſitiui contra iudicium recte rationis appetentis
dixi autem gula deliberata vt intelligatur act⁹
appetendi pro tempore illo pro quo per delibera-
tioneʒ rationis poteſt ĩpediri quia de gula nõ de-
liberata que ſcilicet precedit omnem deliberatio-
nem rationis ⁊ pro mora illa pro qua non poteſt
haberi deliberatio vel repreſſio ſpontanea paſſio-
onis inſurgentis dubium eſt an ſit peccatũ quod
terminari habet cuʒ terminabitur queſtio de pri-
mis motib⁹ an ſint peccata ꝓbatur ſecũda con-
cluſio per Gregoriũ. xx. mo. dicẽtem ꝙ ad confli-
ctum ſpiritualis agonis nõ aſſurgitur ſi non pri⁹
intra noſmetipſos hoſtis poſitus gule videlʒ ap-
petitus edomatur ſed omnis interior hoſtis ho-
minis qui eſt actus vel habitus eſt peccatũ cuʒ er-
go gula ſit hmõi hoſtis ⁊ ſit actus vel habitus ſe-
quitur ꝙ eſt peccatuʒ dixi aũt hoſtis qui eſt actus
vel habit⁹ qui nõ omnis hoſtis hominis eſt pec-
catum diabol⁹ eñi caro ⁊ mund⁹ ſunt hoſtes ho-
minis que non ſũt peccata ſilr̃ qualitates corpo-
rales inclinantes ad peccata ſunt hoſtes homi-
nis ⁊ tamẽ non ſunt peccata cũ aliqñ inſint a na-
tiuitate. Tercio quicquid cõtrariatur virtuti mo-
rali eſt viciuʒ ſed gula cõtrariatur virtuti mora-
Sc̃da ꝗ͛do li puta temperantie ergo gula eſt vicium.
❡ Secunda concluſio gula non habet ꝙ ſit pec-
catuʒ ratione materie ſue abſolute quia materia
gule poſſumus vti conformiter ad rectã rationeʒ
cum illa eadẽ ſit materia tẽperantie igiť. Sc̃do
quicũqʒ cib⁹ põt ſumi ſine pc̃tõ ergo vſus cibi nõ
habet ꝙ ſit peccatũ ex parte materie antecedẽs
patet per illud apoſtoli .i. ad thi o. quarto omnis
creatura bona ⁊ nihil reiciendum ꝙ cum gratia-
rum actione ſuſcipitur Secundo probatur per il-
lud ſaluatoris mat. xv. non omne quod intrat in
os coinquinat hominem hoc deducit diffuſe Au-
guſtinus contra fauſtum et alios manicheos qui
cenſebant vſum animalium eſſe vicioſum ⁊ culpa-
bilem et ſolum viuebant fructibus non audebãt
ipſi decerpere ⁊ colligere propter homicidiuʒ qꝛ
dicebant eis ineſſe partem anime rationalis ⁊ di- Tertia ꝯc̃lo
uinitatis ſubſtantiam. ❡ Tercia concluſio gula
habet ꝙ ſit vicium a circunſtantiĳs vel vtentis vl̃
cibi ad vtentem comparati patet ab hĳs habet
gula ꝙ ſit viciuʒ a quib⁹ habet quod temperan-
tie repugnet ſed ab huiuſmodi circunſtantĳs hʒ
gula ꝙ temperãtie repugnet igitur Secundo ab
hĳs habet gula ꝙ ſit viciuʒ a quibus habet ꝙ nõ
ſit eius conueniens vſus ⁊ rationi conformis ſed
hoc hʒ ab huiuſmodi circũſtantĳs ergo ab hiſdẽ
habet gula ꝙ ſit viciuʒ. Tercio contingit in cibo
deſerere ordinem rationis aliquando ex eo ꝙ vſ⁹
cibi repugnat bone habitudini taʒ anime ꝗʒ cor-
poris/aliquando vero quia eſt contra honeſtateʒ
aliquando quia eſt ſupra ſubſtantiã ſed iſta tria
proueniunt ex circunſtantĳs vel materie vel vtẽ-
tis igitur maior patet quia iſtis modis deſeritur
regula temperantie ſuprapoſita cuʒ de temperã-
tia agebatur ſed ſecundũ hanc ſumitur ordo ra-
tionis igitur. Minor probať quia ꝙ cibus repu-
gnet bone habitudini corporis vl̃ anime hoc cõ-
tingit aut ex quantitate cibi quia ſcilicet eſt nimi-
us aut ex qualitate cibi puta quia vel eſt vẽtoſus
vel fumoſus nimium aut etiam ex ventis quali-
tatibus propter quas cibus ſibi eſt nociuus qui
alĳs eſt conueniens immo reſpectu eiuſdem ideʒ
cibus eſt vno tempore conueniens qui alio tem-
pore nõ eſt vtilis. ❡ Quod aũt cibus ſit cõtra ho- Tripl̃r ꝯti-
neſtateʒ cõtingit tripliciter. aut qꝛ vſus diſconue- git q̃ cib⁹
nit toti ſpeciei ſicut veſci carnibus humanis diſ- ſit ꝯ hone-
conuenit toti ſpeciei humane in tantum ꝙ illi qui ſtatem.
carnibus humanis veſcunť appellantur beſtia-
les et inhumani aut diſconuenit nõ toti ſpeciei ſʒ
vni genti vel vni regioni vel ꝓuincie vt vti lima-
cibus aut ſerpentibus aut alĳs que ĩ abhomina-
tionem eſſent preſentium. Tertio modo aliquid
eſt contra honeſtatatem quia eius vſus eſt pro-
hibitus aut ſimpliciter aut pro tempore ſicut vti
carnibus in quadrageſima aut dieb⁹ quibus nõ
licet vti propter prohibitionem eſſet contra ho-
neſtatem. ❡ Quod vero cibus ſit ſupra ſubſtan- Dupl̃r ꝯti-
tiam contigit dupliciter. vnomodo quia ſuſtan- git q̃ ſit ſu-
tia vtentis notabiliter diminuiť pluſqʒ decet ex pra ſubſtan-
huiuſmodi vſu ciborum. ſecũdomodo quia ſecun- tiam.
dum regularem modum viuendi hominuʒ vſus
cibi factus nõ propter nimios ſumptus ſed volu-
ptatis cauſa excedit conditionem vtentis vt ſi ru-
ſticus potens et diues cibis quos principes ⁊ nõ-
biles precipuos habẽt regulariter vteretur. Nõ
ſi cibus voratius ſumatur pertinet ad primũ mo-
dum et ſc̃dm ⁊ prouenit ex circũſtãtia vtẽtis.
Ad primũ quidem qꝛ nocumentum infert corpi.
Ad ſecunduʒ qꝛ eſt cõtra honeſtatẽ. Si frequẽti-
us ſumatur hoc etiã eſt ꝯtra honeſtatem et inter-
dum contra diſpoſitionem corporis et aĩe ſi loco
vel tempore indebitis eſt etiã contra honeſtateʒ
quia illicitum. Conſtat auteʒ ꝙ in hĳs obligatio

pꝛouenit ex circūſtantijs vel vtentis vel materie.
Qrta ꝯclo ¶ Quarta concluſio. Nō habet gula ꝙ ſit vitiū ex eo preciſe ꝙ vſus cibi eſt delectabilis. iſta concluſio manifeſte patet ex Ariſto. tertio ethicoꝛuʒ vbi ponit temperantiam conſiſtere in moderata delectatione et ibi diffuſe pꝛobatum eſt ꝙ nō omnis delectatio in cibo et potu eſt illicita nec omnis appetitus cibi pꝛopter delectationem eſt illicitus. Ex quo patet falſitas opinionis eoꝛuʒ qui dicunt ꝙ licet indigens cibo et potu cum delectatione comedat et aliquando plus et aliquādo minus ſecundū qualitatem cibi et diſpoſitioneʒ guſtus que delectatio non eſt mala eo ꝙ eſt naturalis complacentia tamen in cibo et potu pꝛopter ipſam delectationem non pꝛopter ſuſtentationeʒ eſt vicium. Hec enim pars ſecunda eſt falſa quia delectatio ipſa nō eſt de ſe mala ſed tantuʒ quando egreditur limites rationis ſed non egreditur limites rationis niſi ſit contra diſpoſitionem coꝛpoꝛis et anime contra honeſtatem aut ſupꝛa ſubſtantiam vt patet ex Ariſtotele tertio ethicoꝛum igit. non omnis complacētia in cibo et potu pꝛopter delectationem eſt vitioſa.

Quīta ꝯclo ¶ Quinta concluſio. non tantuʒ ſunt quinqꝫ ſpecies gule ſcilʒ debiti tempoꝛis pꝛeuentio/ lauticies/ gaſtrimargia/ voꝛacitas/ accuratio/ pꝛeuentio cum ſcʒ pꝛeuenitur in edendo debitum tempus. lauticies id eſt pcioſitas cibi. gaſtrimargia id eſt ingluuies vel exceſſiua ſumptio. voꝛacitas cum cibus nimium ardenter et ſine debita maſticatione ſumitur. accuratio cum nimis ſtudioſe pꝛeparatur. Iſtas enim quinqꝫ ſpecies intra quas omnes alias contineri putant nonnulli doctoꝛes enumerant tanqʒ ſufficienter diuidentes totum genus gule et iſtas ſpecies iſto verſu ſignant. Pꝛe/ pꝛopere / laute/ nimis ardenter ſtudioſe. Iſta opinio non videtur michi vera et arguitur ſic. Qui vtitur cibo pꝛohibito puta carne die veneris peccat peccato gule et tamen ſecundū nullā iſtarum ſpecierum peccat igitur. maioꝛ eſt nota et minoꝛ pꝛobatur quia nec pꝛecioſos cibos querit nec nimis accurate pꝛeparatos nec excedit in quantitate nec pꝛeuenit debitum tempus comedendi nec omittit debitum modū in edendo. Secundo qui comedit pluries qʒ debeat puta in die ieiunij vel qʒ honeſtum ſit licet etiam non faciat exceſſuʒ in quātitate talis peccat peccato gule et tñ nullo p̄dictoꝛum modoꝛum peccat. Tertio qui vtitur cibo cōtrario bone habitudini coꝛpoꝛis ſui vel anime peccat peccato gule et tamen nullo pꝛedictoꝛum modoꝛum peccat vt pꝛobari poteſt inducendo. Et ſi dicas ꝙ nimis ardenter cibum cupit. Contra ſecundum Thomaʒ ille dicitur nimis ardenter vti cibo qui non obſeruat modum debitum in vtendo ſed talis obſeruat modum debitum et tamen peccat quia cibus non eſt ei conueniens igitur et qʒuis poſſent ita extendi iſte ſpecies ꝙ compꝛehenderent alias omnes tamen vt expoſite ſunt a beato Thoma et ab alijs communiter loquentibus nō complectuntur omnes ſpecies gule ideo michi melius videtur.

Tres ſpecies gule ſm auctoꝛem. ¶ Pꝛimo diuidem gulam in tria genera pꝛimū eſt cum vtimur cibo contra bonam habitudinem anime vel coꝛpoꝛis. Secundo cum vtimur cibo contra honeſtatem. Tertio cum vtimur cibo ſupꝛa ſubſtantiaʒ pꝛimum genus diuiditur in tres ſpecies ſecundum ꝙ documentum ex tribus pꝛouenire poteſt. Vnomodo ex parte qualitatis cibi quia ſcʒ cibus eſt diſconueniēs. aliomodo ex parte quantitatis cum ſcʒ ſumitur in nimia quantitate. tertiomodo ex parte modi ſumendi vt cum nimis voꝛaciter nec bene maſticat quare nec bene digeritur et per conſequens nocet ſub iſto genere continetur etiam peccatum gule quod pꝛouenit ex pꝛeuentione tempoꝛis cum ſcʒ pꝛeoccupatur tempus debite comeſtionis cum ſcilʒ ſumitur cibus poſterioꝛ anqʒ facta ſit pꝛioꝛ digeſtio. Secundum genus diuiditur in duas ſpecies ſecundum ꝙ aliquid dicitur contra honeſtatem dupliciter. vnomodo ratione pꝛecepti vel pꝛohibitionis. aliomodo ratione iudicij rationis ceſſante omni pꝛecepto. pꝛimomodo anteuenire hoꝛam quam pꝛeuenire pꝛohibitum eſt: eſt contra honeſtatem ſimiliter pluries refici in die cum pꝛohibitum eſt pluries refici eſt contra honeſtatem. Similiter vti lacticinijs aut carnibus cum hoc pꝛohibitum eſt: eſt contra honeſtatem. Secundomodo contra honeſtatem eſt veſci carnibus humanis aut alijs quoꝛum vſus eſſet futurus in abhominationem. Similiter pluries refici qʒ decet in die puta quinqꝫ aut ſex vicibus cōtra honeſtateʒ eſſet. Similiter ex loco et tempoꝛe poteſt interdū eſſe vſus cibi contra honeſtatem vt ſi quis in eccleſia et tempoꝛe ſeruitij diuini vel vellet commeſſationibus. Tertiuʒ genus diuiditur in duas ſpecies quia vnomodo aliquid eſt ſupꝛa ſubſtantiam quia excedit condeſcentiaʒ ſtatus. aliomodo quia excedit pꝛouentus et reditus ſicut ſupꝛa declaratum. Ex hijs patet ꝙ ſunt multo plures ſpecies gule qʒ quinqꝫ.

Contra pꝛimam cōcluſionem ¶ Contra pꝛimam concluſionem arguitur ſic. Omne peccatum coinquinat hominem ſed gula non coinquinat homineʒ ergo gula non eſt peccatum. minoꝛ pꝛobatur per dictum xp̄i Mathe. decimoquinto. Nō intrat in os nō coinquinat homineʒ. Secundo nullus peccat in eo quod vitare non poteſt ſed immoderantiam cibi que eſt gula homo vitare non poteſt ſecundum illud Gregoꝛij xxx. moꝛalium quia per eſum voluptas neceſſitati miſcetur quid neceſſitas petat ⁊ quid voluptas ſuppetat ignoꝛatur ⁊ Auguſtinus. x. confeſſionuʒ ait quis eſt domine qui aliqʒtulū extra metas neceſſitatis cibum nō ſumit. Tercio in quolibet genere peccati pꝛimus motus eſt peccatum ſed pꝛimus motus ſumendi cibum non eſt peccatum alioquin ſitis ⁊ fames eſſent peccata. Quarto nullus actus potētie vegetatiue eſt peccatum ſed vti cibo eſt actus potentie vegetatiue ergo nullus vſus cibi eſt peccatuʒ Quinto ſecunduʒ ariſtotelem in tercio ethicoꝛuʒ in concupiſcentijs naturalibus non eſt peccatum ſed appetitus cibi eſt cōcupiſcentia naturalis ergo appetitus cibi non eſt peccatum. Sexto aliquis poteſt eſtimare cibum in aliqua certa quantitate que ſecundum veritatem eſt nimia eſſe ſibi neceſſariū ſed in hoc eſt exceſſus ſecūduʒ quantitatem cibi/ ⁊ eſt gula et tamē non eſt peccatum

Solutiões,

ergo non omnis gula eſt peccatum. Ad primaꝫ concedo maiorem et minorem nego/ ⁊ ad probationem dico ꝙ licet illud quod intrat in os non coinquinet hominem voluntas tamen inordinate mittendi in os coinquinat hominem ⁊ hec voluntas et non ipſe cibus dicitur gula. Ad ſcđam nego minorem de immoderantia cibi notabiliter ſenſibilis ⁊ ad ꝓbationem dico ꝙ poteſt cognoſci illud quod voluntas ſuperaddi vult notabiliter ⁊ ſenſibiliter vltra id quod poteſt rationabiliter ſumi per hoc quod tale notabiliter grauat naturam ſi autēꝫ id quod vltra ſumeretur non eſſet notabiliter ſenſibile tūc nō faceret peccatuꝫ. neqꝫ placet ſolutio thome dicentis ſi quis excedat in q̃ꝫtitate cibi non propter cibi concupiſcentiam ſed eſtimans id ſibi neceſſariuꝫ eſſe non pertinet hoc ad gulam ſed ad aliquam impericiam hoc enim mihi videtur dubium nam vnicuiqꝫ virtuti morali conuenit ſua prudentia que ſi deſit non dirigetur opus illiꝰ virtutis conformiter ad rectaꝫ rationem ⁊ ex defectu regule q̄s dicetur peccare contra virtutem illam ſed bene verum eſt ꝙ contra aliquam virtuteꝫ peccatur dupliciter vno modo

Dupl'r pec cat ꝯtra ali quā v̄tuteꝫ

da voluntas inclinatur contra iudiciuꝫ recte rationis, alio modo ex errore exiſtente in ratione cuius oppoſita noticia neceſſaria eſt ad actuꝫ illius virtutis peccat enim contra iuſticiam non ſolum ille qui contra iudiciū recte rationis quam habꝫ dat iniq̃ꝫ ſententiam ſed etiam ille qui ex errore rationis quem tunc non habere tenetur iniq̃ꝫ ſententiam profert. Scđo actus illius de quo arguitur eſt actus humanꝰ aut igitur eſt actꝰ virtutis moralis ⁊ hoc non quia non eſt recte rationi conformis aut eſt actꝰ vicij moralis et conſtat ꝙ nō niſi gule igitur eſt actus gule non quidem ex mala cōcupiſcentia ſed ex peruerſo errore procedēs poſſibile eſt tamē ⁊ aliquando contingit frequenter ꝙ mala concupiſcentia eſt erroris inicium.

Ad terciā dico ꝙ maior eſt dubia: ſꝫ de illa alias et ea conceſſa nego conſequētiaꝫ quia non omnis primus motus ſumendi cibuꝫ eſt primus motus gule: quia aliquis primus motꝰ ſumendi cibū eſt ordinatus. Ad quartam nego maiorē licet enim actus potētie vegetatiue facta applicatione actiuorum ad paſſiua ſit naturalis ⁊ non in poteſtate noſtra ipſam tamē applicationē precedit actꝰ voluntatis noſtre libere qui eſt bonus aut malus ordinatus aut inordinatꝰ a qua omnes actus exteriores conſequentes dicuntur aut boni aut mali. Eſt tamen aduertendū ꝙ actus potentie vege-

Actꝰ potētie vegetatiue duplices

tatiue ſunt duplices quidā ſunt cōſequentes actū liberum voluntatis circa quos eſt actus appetitus tanq̃ꝫ circa obiectum ⁊ de iſtis loquor alij ſūt precedētes et mere naturaliter cauſati ſine actu aliquo voluntatis preuio puta ſicut vel eſuries ⁊ tales non ſunt mali ſed interdum inclinant ⁊ incitant ad malos actꝰ ⁊ tunc prohibendi ſunt nō quidem ne inſint quia hoc nō eſt in poteſtate noſtra ſed ne habeant effectum ſue motionis ⁊ impulſionis quem effectuꝫ habere non poſſunt ſine cōſenſu libero voluntatis Ad quintā nego maiorem hoc enim non habet ariſtoteles ſed bene habet ꝙ ſecundum cōcupiſcentias naturales tantum vno modo peccatur quod ſupra diffuſe expoſitum eſt. Ad ſextam concedo maiorem ⁊ nego ꝙ non ſit peccatum ⁊ de hoc dictum eſt in reſponſione ad ſecundam. ¶ Contra tertiam concluſionem arguitur ſic circunſtantie non faciunt actus quorū ſunt cirtunſtantie ſpecie differre ſed in gula reperiūtur multa peccata ſpecie differentia vt ſupra dictum eſt ergo gula non habet ꝙ ſit peccatum a circunſtantijs maior patet quia differentia ſpecifica eſt eſſentialis circunſtantie autem non pertinent ad eſſentiam rei. Tum ſecundo quia videmus ꝙ vnus actus ſecundum ſpeciem ſit primo propter vnum finem ⁊ poſtea propter alium Tum tercio quia ſi ſic ſequeretur ꝙ quando actus continuaretur per horam eſſet alius ſecundum ſpeciem in prima medietate hore et in ſecunda ⁊ de die ⁊ de nocte quia eſt alia ⁊ alia circūſtantia. ¶ Ad hanc rationem concedo maioreꝫ ſed dico ꝙ que ſunt circunſtantie reſpectu vnius actus puta exterioris ſunt obiecta reſpectu alterius puta reſpectu interioris licet ergo circunſtantie non faciant differentiam ſpecificam in actibꝰ exterioribus quorum ſunt circunſtantie faciunt tamen differentiam ſpecificam in actibus interioribus quorum ſunt obiecta eo modo quo obiectuꝫ eſt cauſa ſpecifice differentie in ipſo actu ⁊ ex hoc patet reſponſio ad reliquas probationes que de exterioribus actibus et non de interioribus habentibus ipſas circunſtantias pro obiectis procedunt nam actus interior qui habet primam medietatem ⁊ non ſecundaꝫ hore pro obiecto eſt ſpecie diſtinctus ab eo qui habet ſecundam medietatem hore ⁊ non primam pro obiecto.

Cōtra 3tiaꝫ cōcluſioneꝫ

Solutio.

¶ Contra quintam concluſioneꝫ arguitur auctoritate Gregorij .xxv. moraliuꝫ ⁊ recitatur de cōſecratione diſt. v. dicentis quinqꝫ modis nos gule vicium temptat aliquādo nempe indigentie tēpus preuenit aliquādo lautiores cibos querit aliquando que ſumenda ſunt preparari accuratius appetit aliquando in ipſa quantitate cibi ſumendi menſuram refectionis excedit aliquando ipſo eſtu immenſi deſiderij peccat q̃ꝫuis etiam qđ deſiderat ſit abiectius ergo tantum ſunt quinqꝫ ſpecies gule. Secundo arguitur per verſum illum magiſtralem vulgatum apud omnes: pre/ propere: laute: nimis ardenter: ſtudioſe in quo tā tum quinqꝫ gule ſpecies tanguntur. Tertio omne peccatum gule importat inordinatam concupiſcentiam edendi aut ergo inordinatio attenditur ex parte cibi aut ex parte ſumptionis ſi ex parte cibi aut ex parte quantitatis et tunc eſt vna ſpecies aut ex parte ſubſtātie et ſic eſt alia qua queritur cibi nimis lauti et precioſi aut ex parte qualitatis vt cum nimis accurate preparantur et tunc eſt vna alia ſpecies. Si autem inordinatio prouenit ex ipſa ſumptione cibi hoc eſt dupliciter quia vel preuenit tempus comedendi et ſic eſt vna ſpecies aut non ſeruat debitum modum in edendo et ſic eſt alia ſpecies cum ergo ſit hic tacta diuiſio ſufficiens et particio per membra ſequitur ꝙ non ſunt plures ſpecies gule q̃ꝫ quinqꝫ.

Cōtra q̄ntā ꝯcluſioneꝫ

Quarto ſecundum yſidorum non niſi quattuor ſunt ſpecies ergo nō ſunt plures q̃ꝫ quinqꝫ antece

dens patʒ per illud quod habet ꝙ guloſus excedit in cibo ſecundum quid/quantum/ quomõ/ et quando. Quinto in ſumptione cibi non prouenit aliqua deordinatio ex loco et tẽpore ergo ex parte iſtorum nõ ſumunt alique ſpecies gule antecedens patʒ quia in eis nõ inuenitur aliquod differens motiuũ pertinens ad vſum cibi. Sexto quot ſunt motiua ad peccatum gule tot ſunt gule ſpecies. ſed nõ ſunt niſi quinqꝫ motiua ad peccatum gule ergo nõ ſunt niſi quinqꝫ ſpecies gule. maior patet qꝛ in quibuſcunqꝫ vicijs diuerſe circunſtantie habent diuerſa motiua ibi ſolum ſcðm diuerſitatem circunſtantiarum accipienda eſt diuerſitas ſpecierum.

Solutiões. ¶ Ad primã concedo auctoritatem Gregorij: ſed verba eius nõ ſunt excluſiua, omnibus eñi illis modis peccatur ſed non negat quin alijs modis interdũ peccet. Ad ſecundã dico ꝙ verſificator ille ſupponit Gregoriuʒ verbis ſupradictis voluiſſe diuidere gulã in omnes ſpecies ſuas et in hoc errauit ideo verſus ille nõ eſt magne auctoritatis. Ad tertiã que vr̃ eſſe ſufficientia dicte diuiſionis a beato Thoma aſſignata cũ dicit aut inordinatio ſumitur ex parte cibi ⁊c̃. diuiſionem illam admitto q̃ʒuis tamen ſcðm rigorẽ ſermonis omne vicium gule ꝓueniat ex parte ſumptionis cibi qꝛ quantũcunqꝫ cibus eſſet magnus vel delicatus ſi nõ ſumeretur nõ eſſet vitium rõne cibi cauſatũ et cũ dicitur ſi ex pte cibi aut ex parte quantitatis aut ex parte ſubſtantie aut ex parte qualitatis ⁊c̃. dico ꝙ ſecundum membrũ diuiſibile eſt et tamẽ tanq̃ʒ indiuiſibile proponit et ſimiliter tertium nã ꝙ ex parte ſubſtantie prouenit inordinatio ꝯtingit dupliciter vnomõ quia cibus eſt nimis precioſus et tunc pertinet ad tertiũ genus gule. aliomõ quia cibus ille nõ ſolet venire in vſum et hoc dupliciter. vnomodo vniuerſaliter. aliomodo pro tempore ſicut ſupradictũ eſt et vtrumqꝫ pertinet ad ſecundũ genus gule. Iteʒ ꝙ ex parte qualitatis ſit inordinatio ꝯtingit dupliciter. vnomõ quia qualitas eſt nociua et diſcõuenientẽs. aliomõ qꝛ nimis accurate ꝓcurat vt inſit cibo q̃litas oblectatiua guſtus primuʒ ptinet ad primũ genꝰ gule cũ ſcʒ ꝓuenit iordinatio ex eo ꝙ cibus eſt inductiuꝰ male diſpoſitionis anime vel corporis. Secundum eſt interdum contra ſecundum genus quia contra honeſtatẽ: interdum contra tertium quãdo ſcʒ huiuſmodi preparatio eſt nimis ſumptuoſa. Cũ vlterius dicit ſi inordinatio prouenit ex parte ſumptionis ⁊c̃. dico ꝙ diuiſio nõ eſt ſufficiens quia non ſolum illis duobus modis fit inordinata ſumptio et ſcðm membruʒ etiam eſt diuiſibile fit eñi interdum ſumptio inordinata qꝛ frequentius fit q̃ʒ oportʒ vt ſi quis ſine cauſa ſepties aut decies in die reficiatur interduʒ qꝛ fit cum eſt prohibita vt ſi in die ieiunij bis reficeretur. interdum quia loco prohibito. interdum quia propter finem maluʒ vt ſi quis reficeret cauſa luxurie. Eſt etiam primum membrũ diuiſibile nam quis aliquãdo dicitur ꝑueniſſe tempus per cõparationeʒ ad exigentiam nature vt cũ priore cibo nundum digeſto poſterior cibus ſumit interdum per comparationem ad obligationem precepti vel laudabilis conſuetudinis vt ſi quis in die ieiunij preueniret notabiliter horam prandij aut celebraturus priꝰ comederet aut anteq̃ʒ ſeruitiuʒ diuinum dixiſſet ⁊ ꝙ hec faciant diuerſas ſpecies patet quia pertinent ad diuerſa genera. Naʒ prima preuentio pertinet ad primum genus ſecũda ad ſecundum. Ad quartum concedo antecedens loquendo de ſpeciebus ſubalternis et nego conſequentiam quia ſub hoc quod eſt aliquid multas ſpecies yſidorus comprehendit. Ad quintam nego antecedens ad probationem nego conſequentiam vt ſtatim videbit. Ad ſextam nego maioreʒ ſpecies enim et inordinationes ſpecifice in peccato gule non ſumuntur ſecundum differentiaʒ motiuorum eadeʒ enim concupiſcentia cibi fit vt hac die ieiunij in prandio ego excedam notabiliter in q̃ʒtitate cibi et tu bis aut ter comedas contra prohibitionem eccleſie Et tamen conſtat ꝙ non eſt eadem ſpecies peccati ſimiliter eadem concupiſcentia fit vt ego voraciter comedam et tu exceſſiue comedas et tamen cõſtat ꝙ ſunt diſtincte ſpecies Dico ergo ꝙ nec quantitas cibi mouet ad ſumẽdum cibum: nec voracitas mouet ad ſumendum nec accurata preparatio primo mouet ad inordinationeʒ ſumptionis ſed inordinata concupiſcentia mouet ad accuratam ꝑparationem ſimiliter licet locus et tempus nõ habeant rationem motiui qꝛ tamen concupiſcentia cibi mouet ad ſumendum cibum loco et tempore indebitis ideo eſt in gula deordinatio. nullus enim poteſt rationabiliter dicere ꝙ preuentio temporis ſe habet vt motiuum reſpectu cibi ſumendi ſed inordinata concupiſcentia mouet et impellit vt ꝑueniatur tempus. Ex quo patet ꝙ fundamentũ opinionis predicte ponentis ſpecies gule diſtingui et multiplicari ſecundũ diuerſa motiua eſt omnino nullum Nec eſt eidem opinioni conſonum cum in multis ſpeciebus quas enumerat illa opinio idem motiuum reperiatur vt patuit.

# Q Uerit vtrum gula

ſit peccatũ mortale. Arguitur ꝙ nõ gula nõ contrariatur ꝑcepto diuino ergo gula non eſt mortale peccatũ. In oppoſitũ eſt cõmunis doctorum opinio. ¶ Notandum ꝙ circa hanc queſtioneʒ opinio Thome conſiſtit in duobus punctis primum eſt. Cõcupiſcentia gule ſic diuertens hominẽ a fine vltimo ꝙ propter eam explendam paratus eſt facere contra preceptum diuinum eſt peccatum mortale. Secunduʒ concupiſcentia gule auertens hominem tantum ab his que ſunt ad finem ſic ſcʒ ꝙ nõ eſſet propter eam explendam paratus deſerere precepta diuina non eſt peccatum mortale ſed veniale tantum Iſta opinio iuditio meo non oſtendit ſufficienter gulam eſſe peccatum mortale. ¶ Sit igit prima concluſio. gula nõ preciſe eſt peccatũ mortale qꝛ directe auertit a fine vltimo et preceptis diuinis probatur qꝛ vel hoc intelligitur de precepto diuino qð eſt de actu ipſius gule q̊ ſcʒ prohibet iordinatus vſus cibi et hoc nõ qꝛ ſcðm eundem doctorem in reſponſione ad primum argumentum illius articuli nullum eſt tale preceptuʒ Aut intelligit de precepto diuino quod eſt de alijs actibus

Duo p[…]
ex diu[…]
Pris[…]

puta de eo quo|prohibetur furtū vel adulterium
et tunc gula nō eſſet alio modo peccatū mortale
quā dare elemoſinam vel orare vł ſtudere quia li
cet iſta non ſint ſecundū ſe peccata mortalia ſi ta
men tantū eſſet eorū deſiderium vt paratus eſſet
quis furari vel adulterari vel peierare vt daret
elemoſinam vel vt ſtuderet tunc eodēmodo om=
nino iſta eſſent peccata mortalia ſicut gula Se=
cundo velle furari ad explendam concupiſcen=
tiam gule ſiue ita inordinate concupiſcere cibum
vt velit furari vt expleat cōcupiſcentiaʒ: aut eſt
peccatū mortale a quacūqꝫ volitione furti diſtin
ctum aut non ſi non ergo cū illud peccatū ſit fur
tum et nulla gula ſit furtum ſequitur quod gula
nō eſt peccatum mortale ſi ſit peccatum mortale
diſtinctū a volitione furti ita ꝙ ille ꝗ ſic cōcupi=
ſcit cibū ad explendā cōcupiſcentiam velit fura
ri peccet duplici peccato mortali vno quia vult
furari alio quia tam inordinate concupiſcit cibū
vt velit ad explendaʒ concupiſcentiaʒ furari ⁊ ſi
bi debeatur duplex pena eterna. vna pro pecca=
to furti. alia per peccato gule ſi primuʒ ſequitur
ꝙ ſupra illatū eſt in prima ratione nec poteſt dici
ſecunduʒ quia vbi vnū propter alterum ibi vnuʒ
tantum eſt ſed gula hic tantū eſt peccatum mor=
tale propter volitionem furti ergo ibi tantum eſt
vnum peccatuʒ mortale ⁊ tantum vna obligatio
ad penaʒ eternaʒ. Tercio volitio furti propter cō
cupiſcentiam gule explendam eſt peccatum mor
tale ſed non eſt mortale peccatum quia eſt concu
piſcentia gule quia tunc omnis cōcupiſcētia gu=
le eſſet peccatū mortale ergo preciſe eſt peccatuʒ
mortale quia eſt volitio furti nec poteſt dici ꝙ eſt
peccatum mortale quia eſt tam inordinata vt ꝓ=
pter eaʒ velit furari. Pro quo probādo ſit quar
ta ratio volo ꝙ ſint duo quoruʒ vnus habeat ita
inordinatam concupiſcentiam gule vt ſi ſciret ꝙ
furando ipſe poteſt eam explere ipſe furaretur ni
chil tamen cogitet nec vnquam cogitauerit de
furto faciendo ad concupiſcentiam explendam
alius vero habeat equalem concupiſcentiam gu
le ⁊ de facto vellet furari vt eā expleat tūc ſic aut
quilibet iſtorum peccat mortaliter peccato gule
aut non: nō poteſt dici ꝙ non quia concupiſcen=
tia gule in eis eſt equalis ⁊ equaliter inordinata
vt ſupponitur ex caſu ergo ſi vnus peccat morta
liter peccato gule ⁊ alius ſic. Tūc arguitur ſic.
Iſte peccat mortaliter peccato gule ⁊ non quia
velit furari aut aliud preceptuʒ diuinū tranſgre
di vt concupiſcentiam gule expleat quia per ca=
ſum nullam volitionē furti habet immo nec co=
gitet nec vnq̄ʒ cogitauit de furto vt per ipſuʒ cō
cupiſcentiaʒ expleat. Nec poteſt dici ꝙ peccat qꝛ
paratus eſt ſic velle licet non habeat actualeʒ vo
litionem quia ſi ſic ſequeretur ꝙ omnis habens
habitum vicioſum mortaliter ſecundū gradum
intemperātie ſiue malicie ſemper nouo peccato
peccaret mortaliter patet conſequentia quia per
te ad hoc ꝙ aliquis dicatur paratus peccare non
exigitur actualis volitio ſed ſufficit habitus ad
ita volendum diſponens ſed qui habet habitum
vicioſum mortaliter ſecundum gradum intempe
rantie habet habitum malum maxime diſponen
teʒ ergo talis eſt maxime paratus ergo continue
nouo peccato peccat. Quinto volo ꝙ ſint duo quo
rum vnus velit furari vt det elemoſinaʒ ita ꝙ vo
luntas dandi elemoſinā ſit in eo tam inordinata
vt velit furari gratia exequēdi eaʒ alius vero ve
lit furari vt expleat concupiſcentiaʒ gule ⁊ ſit in
eis voluntas furandi equalis ⁊ cetere circunſtan
tie pares preter circunſtantiam finis vt dictum
eſt tunc ſic conſtat ꝙ vterqꝫ horū peccat mortali
ter quia quilibet vult facere contra preceptum
diuinū aut ergo peccant mortaliter equaliter aut
inequaliter ſi inequaliter ergo circunſtantia gu
le per modum finis aggrauat peccatum mortali
ter ⁊ per conſequens de ſe eſt mortalis ſi equali=
ter tunc Arguitur ſic iſte habet ita inordinatam
concupiſcentiam gule ꝙ ꝓpter eaʒ explendā vult
furari ⁊ tamen huiuſmodi circunſtantie poſitio
non aggrauat peccatuʒ furti mortaliter ergo in
ordinata concupiſcentia gule propter quaʒ quis
paratus eſt facere cōtra preceptum diuinuʒ non
eſt peccatum mortale Sexto inordinata concu=
piſcentia gule per quaʒ quis ſine contēptu para
tus eſt facere cōtra preceptuʒ eccłie obligans ad
peccatuʒ mortale eſt pctm̄ mortale vt inordina=
ta concupiſcētia qua quis ex fragilitate vult plu
ries eadē die. xl. comedere ſed conſtat ꝙ non oīs
talis eſt qua quis ſit paratus facere contra p̄ce=
ptum dei immo multi ſūt ſi ſcirent ieiuniū. xl. eſſe
ex precepto diuino ieiunarēt ꝗ tamen nō ieiunāt
quia ſciunt eſſe ex precepto eccleſie igitur maior
videtur eſſe beati Thome poſitis eccleſiam poſſe
obligare ad peccatum mortale et minor eſt nota.
Septimo concupiſcentia gule inducens aliquem
voluptatis et non neceſſitatis cauſa ad veſcendū
carnibus humanis eſt peccatuʒ mortale ſed talis
concupiſcentia non inducit neqꝫ reddit homineʒ
paratum ad faciendum contra preceptū diuinuʒ
cum nullo diuino precepto hoc ſit prohibituʒ igi
tur maior probatur quia talis concupiſcentia eſt
beſtialitas ⁊ eſt gula contra naturā eomodo quo
ſodomia eſt luxuria contra naturam. Hec conclu
ſio per conſequens magis apparebit. Sed quia
diſcutere que concupiſcētia gule ſit peccatū mor
tale et que veniale dependet ex diſtinctione pecca
ti mortalis a veniali ideo multa remittenda ſunt
ad materiam illam ſed aliqua dicentur de ſpecie
bus gule prius enumeratis. Octauo ſi ſic ſeque=
retur ꝙ concupiſcentia gule in aliquo eſſet pecca=
tum mortale qua maior eiu ſdē ſpeciei in alio exi=
ſtens non eſſet peccatum mortale conſequens vi=
detur omnino abſurduʒ et patet conſequentia vo
lo ꝙ Johannes facilius in triplo inducibilis ſit
ad faciendum contra preceptum diuinum q̄ʒ pe=
trus ⁊ ꝙ in petro ſit cōcupiſcentia gule in duplo
maior q̄ʒ in Johanne concupiſcentia tamen Jo=
hannis reddat eū paratū ad faciendūʒ contra p̄=
ceptū diuinū ſed cōcupiſcentia petri nō ſic petrū
paratū reddat tunc ſic concupiſcētia gule Johā=
nis eſt pctm̄ mortale ⁊ cōcupiſcentia petri nō eſt
pctm̄ mortale ⁊ tn̄ concupiſcentia petri eſt in du=
plo maior igit̄ ſic igit̄. ¶ Secūda ꝯcluſio aliquis Scda ꝯclo
vſus cibi quo quis perturbat bonā diſpoſitionem
corporis vel anime non eſt peccatum mortale ali

quis eſt peccatum veniale et aliquis eſt peccatuꝫ
moꝛtale. Pꝛimum patꝫ qꝛ aliquis pꝛocedit ex er⸗
roꝛe inuincibili et aliquãdo ex cõſilio eoꝛum qui⸗
bus regulariter credendum eſt cõſtat autem ꝙ li⸗
cet talis actus ſit inoꝛdinatus erroꝛ tamẽ excu⸗
ſat ne imputetur ad penam eo ꝙ eſt inuincibilis
Secũdo aliquis talis vſus cibi etiam ſcienter fa⸗
ctus eſt laudabilis ergo aliquis talis nõ eſt pec⸗
catum imputabile. añcedens patꝫ de vſu cibi qui
pꝛo tẽpoꝛe quo perturbat bonam habitudinẽ vt
per hoc excitata natura ſeſe a ſuperfluis exhone⸗
ret vt tandem melioꝛ habitudo et anime ⁊ coꝛpo⸗
ris recuperetur. Secunda pars pꝛobatur qꝛ ali⸗
quis talis vſus cibi eſt qui nocumentũ infert par⸗
uum et pꝛo paruo tempoꝛe qui neqꝫ fit cum nota⸗
biliter exceſſiua voluptate neqꝫ cum magna deli⸗
beratione. Tertio pꝛobatur qꝛ eſt aliquis vſus ci⸗
bi qui vtenti infert nocumentum notabiliter ſen⸗
ſibile qui fit etiam ꝯtra conſiliuꝫ pꝛudentũ et ſa⸗
pientum quidus tenetur in tali caſu credere imo
vtens habet conſcientiam dictantem ſibi ꝙ tene⸗
tur non vti igitur vſus talis eſt peccatũ moꝛtale
Secundo aliquis eſt hmõi vſus cibi ex concupiſ⸗
centia factus qui talis eſt ꝙ inducit vehementiſ⸗
ſime vtentem ad aliquod graue peccatum et ſcit
certitudinaliter vtens per experientiã ꝙ poſt cõ⸗
ſimilem vſum ipſe incidit in peccatum conſimile
ſed conſtat ꝙ quicunqꝫ exponit ſe periculo pecca⸗
ti moꝛtalis nõ ſolum circundanti ſed inuoluenti
peccat moꝛtaliter igit̄. hoc autem gule genus vt
dictum eſt contingit multipliciter. Unomõ cum
exceditur in quantitate et de hiſs ſcribitur illud
pſalmiſte. Manducauerũt et ſaturati ſunt nimis
et hi exceſſus in quantitate nõ ſolum fiũt in cibis
delicatis ſed etiã in cibis groſſis et vilibus et po⸗
tu vili ſecundũ illud Ezechie. xvi. Hec fuit iniqui⸗
tas ſoꝛoꝛis tue ſodome ſaturitas panis et aque.
Nam ex ſuperfluo eſu panis ⁊ potu aque põt gra⸗
uamen notabile natura conſe qui poteſt etiam fie⸗
ri ad luxuriam et ad alia quidem vicia vehemẽs
impulſio et ꝙ in exceſſiuo vſu panis et aque hoc
vicium ꝯtingat habet Caſſianus libꝛo quinto de
vitijs aliquando contingit cũ peccatur in quali⸗
tate puta cum cibus quem concupiſcimus eſt na⸗
ture noſtre diſconueniens. Tertio cum pꝛeuenit̄
hoꝛa vt puta cũ crudum apponitur crudo et indi⸗
geſto appõne noſtre diſconuenienti. Quarto cuꝫ
nimium ardenter et nimis voꝛaciter comedimus
ita ꝙ cibus non bene maſticatus mittitur ad ſto⸗
machum Ex quo vicio multa diſcrimina nature
contingunt. ¶ Ex parte autem qualitatis con⸗
tingit tripliciter. Unomodo ex parte qualitatis
conſequentis cibum a tota ſpecie et hoc eſſentiali
vel accidẽtali. eſſentiali vt ſi alicui vſus eſſꝫ nota⸗
biliter nociuus aliquãdo a ſpecie accidentali vt
ſi alicui mutones biturici vel lemouici nociui eſ⸗
ſent. Secundomõ ex parte qualitatis conſequen⸗
tis tranſmutationem aliquã ratione cuius ſit diſ⸗
conueniens humano coꝛpoꝛi vt qui vtitur carne
iam coꝛrupta et iam male olente. Tertiomõ ex p⸗
te ꝑparationis inepte vt ſi quis vteret̄ carnibus
aut piſcibus male coctis. i. nõ quantũ complexio
exigit. In his autem nec in ſequentibus debet eſ⸗
ſe abſoluta conſideratio ſed comparatiua. Nam
qð eſt nimium homini debili eſt nimis paruꝫ ho⸗
mini foꝛtis caloꝛis ⁊ bone digeſtionis et qð ſanũ
eſt vni alteri eſt diſconueniẽs et quod nõ ſatis eſt
coctum iſti nimis eſt coctum illi. Iſta habent̄ ab
Ariſto. ſecundo ethicoꝝ vbi exemplificat de mi⸗
lone. Habet̄ etiam Mathei. xi vbi dicitur. venit
Johannes baptiſta nõ maducans neqꝫ bibens ⁊
dicunt demoniũ habet. Uenit filius hominis mã⸗
ducans et bibens et dicunt ecce homo voꝛax ⁊ po⸗
tatoꝛ vini et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus
filijs qð exponẽs Auguſtinus ait. oſtendit filios
ſapientie intelligere: nec in aſtinendo nec in man⸗
ducando eſſe iuſticiam ſed in equanimitate tolle⸗
randi inopiam et temperandi abundantiã et nõ
ſe coꝛrũpẽdi. Qð autẽ exceſſus iſte ſit aliquando
peccatũ moꝛtale habet gloſa ſuꝑ illud Greg. qð
habetur quarta diſtin. cap. Deniqꝫ. deniqꝫ ſacer⸗
dotes et diaconi. ⁊c. et paulopoſt. de ipa vero die
dominica heſitamus qð nã dicendũ ſit cũ omnes
laici et ſeculares illa die plus ſolito et ceteris die⸗
bus accuratius cibos carnium appetãt ⁊ niſi no⸗
ua quadam auiditate vſqꝫ ad medias noctes ſe
ingurgitant nõ aliter ſe huius ſancti tẽpoꝛis ob⸗
ſeruationem ſuſcipere putant quod vtiqꝫ nõ rati⸗
oni ſed voluptati imo cuidam mentis cecitati a⸗
ſcribendum eſt. Unde nec tali conſuetudini auer⸗
ti poſſunt et ideo cum venia iudicio ſuo relinquẽ⸗
di ſunt vbi gloſa cum venia ſcꝫ tempoꝛalis ꝑſen⸗
tionis ſed non gehennalis ex quibus verbis gloſe
apparet qð peccant moꝛtaliter quod verũ puto
vbi exceſſus eſt notabiliter in detrimentum bone
diſpoſitionis tam anime q̃ꝫ coꝛpoꝛis. Nec eos ex⸗
cuſat erroneum iudiciuꝫ cui eos relinquendos di⸗
cit Gregoꝛius qꝛ illud iudiciũ eſt totaliter vinci⸗
bile et confutabile. Dominus autem floꝛentinus
vult illa Gregoꝛij verba de die carniſpꝛiuij intel⸗
ligi et cõmutat aliquantulum textum. puto eniꝫ
magis intelligi debere de diebus dñicis quadra⸗
geſime. Contra pꝛeuenientes hoꝛam ſcribitur ec⸗
cleſiaſtici quarto. Ue tibi terra cuius rex puer eſt
et cuius ꝑncipes mane comedunt. Et yſaye quar⸗
to ve qui ſurgitis mane ad ebꝛietatem ſectandaꝫ
¶ Tertia concluſio vſus cibi contra honeſtateꝫ Tertiu
aliquando nõ eſt peccatum imputabile aliqñ eſt
peccatum veniale ⁊ aliquando moꝛtale. Pꝛima
pars pꝛobatur qꝛ aliquãdo eſt erroꝛ inuincibilis
ꝙ ſit contra honeſtatem aliqñ eſt neceſſitas cogit
ita facere et tunc quod alias fuit contra honeſta⸗
tem interueniente neceſſitate deſinit eſſe contra ho⸗
neſtatem vt comedere carnes in q̃ddrageſima aut
vti carnibus hũanis vbi nõ ſubeſt aliud edendũ
Secũda pars patet vt ſi quis ianitaretur in die ie⸗
iunij aut qꝛ neſciunt extra ieiunium aut qꝛ ꝓpter
alias occupationes nõ conſiderauit. Tertia pro⸗
batur vt ſi qui ſine neceſſitate ſed ſola concupiſ⸗
centia et delectatione oppoſita veſcent̄ carnibus
humanis aut omitteretur ieiunium quadrageſi⸗
me aut in quadrageſima veſcentur carnibus ⁊ la⸗
cticinijs. talis eñ peccaret moꝛtaliter ſuppoſito
ꝙ eccl'ia obliget ad ꝑdicta ſub pena peccati moꝛ⸗
talis de quo alibi videbitur. Contra autem hone⸗
ſtatem eſce dico que ꝓpter hoꝛroꝛeꝫ aut pꝛopter

preceptum aut propter inſuetudinem habentur
tanq̄ȝ illicita. i. voratius comedere frequentius
quam oportet comedere nimium notabiliter diu
tius q̄ȝ decet accubare menſe ſecundum ꝙ inde-
centia ſunt contra honeſtatem ⁊ pertinēt ad ſecū
dum genus ſecundum ꝙ grauantia naturam ad
primum genus pertinent. Quarta concluſio ali
quis vſus cibi qui eſt ſupra ſubſtanntiam aliquā
do non eſt peccatuȝ imputabile ſed actus lauda
bilis aliquando eſt peccatum veniale ⁊ aliquan-
do peccatū mortale. Prima pars patet quia ali
quando neceſſitas male valitudinis hoc exigit
pro tempore et ſit ita per virorum medicorū conſi
lio quibus non obedire peccatū eſt cum recta con
ſciencia dictet ſalutem corporis eſſe bonis exteri-
us preponendam ⁊ neceſſitati nullam eſſe legem
impoſitam in tali igitur caſu licet alicui vti pro
tempore cibis quorum vſus ſupra ſtatū ſuum eſt
poſitus ⁊ etiam pro quorum impenſis licet nota
biliter de bonis fortune exponere quod extra ne-
ceſſitatē facere non liceret quia vnuſquiſq̄ȝ ſe plꝰ
obligatur ſuſtentare quam familiam ⁊ ſe nunc ⁊
et pro tempore preſenti q̄ȝ ſibi ipſi pro tempo-
re futuro preuidere cuȝ prouiſio pro tempore fu
turo ſit inanis ſi ante tempus illud alenda ſub-
ſtantia depereat Secunda pars patet quia con-
tingit aliquando ꝙ propter concupiſcentiam im
plendam non fit detractio ſubſtantie q̄ȝ certū ſit
ei qui facit eam eſſe notabiliter ſupra ſubſtantiaȝ
aut notabiliter excedere facultates qui error non
prouenit aliquando niſi ex negligētia aut incon
ſideratione venialiter culpabili Item contingit
aliquando ꝙ non ſit continuatio huiuſmodi īpen
ſarum. Tercia probatur quia contingit aliquan-
do propter ſumptus continuatos ſupra exigenti
am ſtatus ſui proximꝰ ꝙ damnabiliter ſcandali-
zatur Contingit etiam ꝙ propter ſumptus facul
tates excedentes familia non poteſt diu ſuſtenta
ri: ⁊ patre familias ad inopiam redacto neq̄ȝ libe
ri vt decet aluntur neq̄ȝ filie nuptui traduntur ne
q̄ȝ hereditates a patribus ſuſcepte integre ſeruan
tur ſed vel alienantur vel notabiliter deterioran
tur per hunc enim modum cōmunitas domus ⁊
bona eius contra rectum rationis dictamen ma-
le reguntur diſtrahuntur ſeu alienantur adeo vt
hoſtes ſeuiendo non tanta mala rapinis ⁊ incen
diȷs inferant quanta mala iſte qui debet eſſe tu-
tor ⁊ auctor familie paſcendo ac curando ventreȝ
inferre cognoſcitur. Diximus autem ſupra duos
modos quibus ſumptus dicitur eſſe ſupra ſubſtā
tiaȝ vnus eſt cū eſt maior q̄ȝ ſtatus exigat ſecun-
dus cum eſt maior q̄ȝ facultas ⁊ reditus ferre
poſſint aliquando aliquid eſt ſupra ſubſtantiam
primo modo et non ſecundo vt ſi mercator po-
tens ⁊ diues veretur apparatu nobiliuȝ aliquan
do etiam aliquid eſt ſupra ſubſtantiam ſcđo mo-
do ⁊ non primo mō vt ſi nobilis depauperatus
vteretur apparatu quo vtebatur cum erat opulē
tus ſit preterea tam in cibis precioſis q̄ȝ in appa
ratu ſumptuoſo / ſit etiam in exceſſiuā q̄ȝtitate vt
patet de multis qui licet non excedant ſubſtanti
am in precioſitate ciborum in q̄ȝtitate, tamen ex-
cedūt nec ſufficere poſſunt ſumptibꝰ. ſit preterea
in menſa nimiū protrahenda ac etiam preparan
da in his maxime quos vite gratia laborare et ne
gotiari oportet hi eniȝ licet non faciant ſumptus
ſupra ſubſtantiā ⁊ facultates quādo dāt operā la
bori quia tn̄ propter nimiam protractionē menſe
nō poſſunt intendere laboribꝰ ideo ex gula ſit vt
nimiuȝ diminuatur eorum ſubſtantia et facultas
per hoc ꝙ tempus quod deberet impartiri labori
gule explende impendunt ex hȷ̄s omnibus patet
Reſponſio ad queſtionem. ¶ Contra primā con  Cōtra p̄mā
cluſioneȝ. Arguit̄ ſic velle facere cōtra preceptū  cōcluſioneȝ
diuinū vt ſatiſfiat gule aut ē pctm̄ mortale aut nō
Non poteſt dici ꝙ non quia omnis volitio contra
preceptū diuinum eſt peccatum mortale ſi ſic aut
in ſic volente ſunt duo peccata mortalia formali-
ter vel equiualenter aut vnum tantum ſi primum
habetur intentum ſcȝ ꝙ gula que auertit a prece
pto eſt peccatū mortale etiā aliud a peccato quod
eſt directe contra preceptum diuinum ſi non eſt
niſi vnum mortale tam formaliter q̄ȝ equiualen
ter ſequitur ꝙ qui furatur propter concupiſcen-
tiam gule non plus peccat mortaliter q̄ȝ qui fu-
ratur propter elemoſinam dandā. Secundo pre
dicta volitio eſt peccatum mortale predicta voli
tio eſt peccatum gule diuertens a preceptis diui
nis ergo quoddam peccatum gule diuertens a p̄
ceptis diuinis eſt peccatum mortale et ſicut hoc
probatum eſt de vno ita poteſt probari de quoli
bet ergo quodlibet peccatuȝ gule diuertens a pre
ceptis diuinis eſt peccatum mortale. Multe alie
rationes poſſunt induci ſed ille magis pertinent
ad materiā de diſtinctione mortalis a veniali.
¶ Ad primam dico ꝙ illud velle eſt peccatum  Solutiōes.
mortale et cum vlterius dicitur aut in ſic volente
⁊c̄. Dico ꝙ aliquādo in ſic volēte ſunt duo morta
lia peccata per equiualentiā cuȝ ſcȝ concupiſcen
tia gule que diuertit a precepto diuino ē peccatū
mortale aliqū vero ī ſic volēte nō ē niſi vnū pctm̄
mortale ſed illud venialiter ⁊ non mortaliter ag-
grauatur per circunſtantiaȝ concupiſcentie gule
cū ſcȝ concupiſcentia illa gule non eſt niſi venia
liter mala ⁊ cū infertur ꝙ qui furatur propter cō
cupiſcentiā gule ⁊c̄. Reſpondeo dupliciter. Uno
mō concedo ſecundū aliquos ꝙ primus licet ma
gis peccet q̄ȝ ſecundus non tamen magis peccat
mortaliter hoc eſt peccatū ſuum non eſt grauius
mortaliter quia vt dictuȝ eſt per circunſtantiā cō
cupiſcentie gule venialiter malam non aggraua
tur peccatum furti mortaliter ſed tm̄ venialiter.
Reſpōdeo ſcđo negando cōſequentiam quia pec
catuȝ ſecundi propter circunſtantiam elemoſine
tanq̄ȝ finis excuſat̄ ⁊ alleuiat̄ ne ipſuȝ ſit tam ma
lum mortaliter peccatū autem primi non habet
circunſtantiam. alleuianteȝ ſed habet circunſtan
tiam venialiter aggrauantem. Ad ſecundam
concedo añs et conſequens. illud enim peccatum
gule non quidem ſecunduȝ ꝙ gule ſed ſecundum
ꝙ contra preceptum diuinum puta ſecundum ꝙ
eſt volitio furti vel adulterȷ̄ eſt peccatum morta
le et cum dicis ꝙ ſimiliter probaretur de omni-
bus aliȷ̄s nego quia nō quodlibet aliud peccatuȝ
gule diuertens a precepto diuino idētificatur cū
peccato quod eſt directe contra preceptum diui-

ſtum licet enim ſit eadem volitio furti et gule cuȝ
volo furari propter gulam nō tamen omnis voli
tio gule que eſt actualis cauſa volitionis furti eſt
volitio furti patet etiam in actibus exterioribus
differentiis manifeſtis qꝛ quantūcunqꝫ ſit eadem
volitio furti et gule modo dicto tñ non eſt idem
actus furandi et cōmeſſandi per hanc enim rati
tionem probaretur manifeſte ꝙ velle dare elemo
ſinam in eo qui furaretur vt daret elemoſinā eſſet
peccatum mortale. Dico preterea ꝙ ſi quis con=
cederet qđ infertur ſcȝ ꝙ quodlibet peccatum gu
le diuertens a preceptis diuinis eſſȝ peccatū mor
tale nō tamen haberetur intentum. tum primo qꝛ
hoc non eſſet inquantū eſſȝ peccatum diuertens
a preceptis diuinis ſed quia idēntificatur volitio
in qua volo facere qđ a deo prohibitū eſt fieri aut
non facere quod a deo preceptum eſt fieri. tum ſe
cundo qꝛ licȝ omnis talis concupiſcentia gule eſ
ſet peccatum mortale. multe tamen alie concupiſ
centie non ſunt pctā mortalia ſicut probatum eſt
Contra aliās ɔclōnes ſequit̃ ꝙ gula nō ſit peccatū mortal̃e. ſupra. ¶ Contra alias concluſiones et maxime
quantum ad illam partem que ponit aliquā con
cupiſcentiam gule eſſe peccatū mortale. Arguit̃
primo ſic. omne peccatum mortale eſt ɔtra prece
ptum diuinum: gula nō eſt cōtra preceptum diui
num vt patet inducendo per ſingula ꝑcepta igi=
tur. nulla concupiſcentia gule eſt peccatum mor
tale. Secundo omne peccatum mortale cōtraria
tur caritati ſed nulla concupiſcentia gule contra
riatur caritati ergo nulla concupiſcentia gule eſt
peccatum mortale. minor ptȝ quia gula nō cōtra
riatur caritati quantum ad dilectionem. dei neqꝫ
quantum ad dilectionē proximi. Tertio gula nu
merat̃ ab Au. inter peccata minuta ꝙ gula non
eſt peccatum mortale ſed veniale. aňs patȝ per il
lud eiuſdem in ſermone de purgatorio quotiens
aliquis in cibo aut potu plus accipit qȝ neceſſe ē
Solutiões. ad minuta peccata nouerit ꝑtinere. ¶ Ad ꝑmaȝ
nego maiorem. nō ieiunare em̄ in quadrageſima
eſt peccatum et tamen nō eſt contra preceptū di=
uinum. nō em̄ oportȝ vt dicit Thomas omne pec
catum mortale eſſe directe contra preceptū diui=
num addo ꝙ nec oportet ꝙ ſit contra preceptuȝ
eccleſie. nec placet michi qđ dicit ſanctus Tho=
mas ꝙ concupiſcentia gule que eſt mortalis eſt
contra ꝑceptū de ſanctificatione ſabbati quo pre
cipitur quies in fine vltimo. tunc em̄ omne pecca
tum mortale eſſet contra ſanctificationem ſabba
ti quia quolibet peccato mortali ſecundum Tho
mam auertitur quis a fine vltimo. Ad ſecundaȝ
dico ꝙ gula omnis que eſt peccatum mortale op
ponitur caritati aliqua enim opponitur caritati
ad proximum coniunctū puta illa tertij generis
qua fit ſumptus ſupra facultates maxime ſi ta=
lis ſit habens familiam nō enim ꝓuidet familie
et nunc et in poſterum. ſi autȝ ſit ſumptus ſupra
condeſcentiam ſtatus tunc etiam eſt contra cari=
tatem ad proximum qꝛ nō differt maioribus re=
uerentiam qȝ ſuus ſtatus exigit ſed vſurpat ali=
quid de eorum ſtatu gula que ꝑtinet ad ſcđm ge
nus ſi ſit contra preceptum eſt contra caritatem
ad proximum ſuperiorem. alia autem que nō eſt
contra preceptū eſt ɔtra caritatem ad vniuerſuȝ
genus humanum aut ad homines certe regionis
et loci gula q̄ eſt de primo genere et gñaliter que
libet alia ſiue ſecundi ſiue tertij generis eſt con=
tra caritatem ad ſe ipſum. per gulam enim ꝑmi
generis procurat quis ſibi ipſi malum corporis
vel anime per gulā ſecundi gñeris procurat quis
ſibi dedecus et infamiam per gulam tertij gene
ris ſtultam bonorum ſuorum diſſipationeȝ quod
multo grauius redditur ſibi ſi bona que diſſipat
nō ſua ſunt ſed aliena ſi tantum ſibi conceſſa ſint
quantum ad adminiſtrationem ⁊ legitimū vſuȝ
non quantum ad abuſum. Ad tertiā dico ꝙ Au
guſtinꝰ loquitur de exceſſu gule cauſa voluptatis
facto qui nō eſt notabiliter ita extra regulaȝ tem
perantie vt poſſit conſtituere mortale ita ꝙ in ta
li bene notatur voluptas exceſſiua ſed non nota=
tur aperte et manifeſte nocumentuȝ aliquod pre
dictorum illorum. Contra ſupradictas concluſi= Cōtra ɔ
ones inquantum tangant diſtinctionem ſpecierū ctiones
gule de qua actum eſt in precedenti queſtione ar gule.
guitur ſic. idem actus gule nō pertinet ad diuer=
ſas ſpecies ſed idem actus gule eſt ſupra ſubſtā=
tiam contra honeſtatem et contra bonam habi=
tudineȝ corporis et anime ergo ex parte predicto
rum trium nō conuenienter diſtinguntur ſpecies
gule maior videtur nota et minor probatur capio
lautiora conuiuia bis aut ter in die in quadrageſi
ma facta in quibus fit tanta ciborum ſumptio vt
bona habitudo ⁊ corporis ⁊ anime notabiliter de
terioretur conſtat ꝙ iſte actus ſimul pertinet ad
tria predicta genera. Secundo capio volitionem
qua quis vult vti cibis non obſtante ꝙ vſus talis
vel tantus ſit contra bonam diſpoſitionem vt di=
tum eſt contra honeſtatem et ſupra ſubſtantiam
tunc ſic. aut iſte actus interior habens hec tria
pro obiectis pertinet ad vnum genus tantuȝ/ aut
ad omnia/ aut ad nulluȝ: non ad vnum quia qua
ratione pertinet ad primum genus eadem ratio
ne pertinet ad ſecundum et ad tertiuȝ nec ad om
nia quia nullus actus interior per ſe malus perti
net ſimul ad diuerſa genera. ſi tertium ergo pre=
ter predicta tria genera ſunt alia et per cōſequēs
nō ſūt ſufficiēter enumerata genera gule. ¶ Ad Solu
primam nego maiorē de actu exteriori de quo ꝓ
cedit ratio ad probationeȝ minoris adducta. Ad
ſecundam dico ꝙ illa volitio ad nullū genus gu=
le formaliter pertinet. ſed pertinet per equiualē=
tiaȝ ad omnia et ad improbationē huius. dico ꝙ
preter tria genera predicta nullum reperitur ge=
nus ſimplex vel ſpecies ſimplex que nō cōtineat̃
ſub aliquo predictorū ſed dico ꝙ bene reperiunt̃
ſpecies mixte includentes ſcilicet plures ratiōes
quarū quelibet ſufficit cauſare diſſormitatē in gu
la ⁊ tunc tales ſpecies nō pertinēt eſſentialiter ad
aliquod predictorū generū ſed pertinȝ ꝑ equiua=
lentiā ad duo aut tria genera ſecundū ꝙ duas vel
tres rationes deformitatis formaliter vel equiua
lenter includūt ⁊ ita cuȝ diximus tria eſſe genera
gule volumus dicere ꝙ ſunt tres rationes gene=
rales cauſantes diſſormitatē i gula a quibꝰ habȝ
omnis actꝰ gule ꝙ ſit diſſormis et ſi dicas ꝙ hoc
modo dicendo cōtradicit̃ ɔmuniſſime ⁊ vbiqꝫ di=
uulgate doctrine ⁊ fere omnibus ſacris doctori=

bus qui in ſummis quas de vitijs ediderũt hanc velut ab omnibus confeſſaʒ doctrinā ſecuti ſunt Ad hoc reſpondeo ꝙ in hoc ego ſecutus ſuʒ Ariſtotelem in tertio ethicorū cuius doctrina ⁊ veriſſima eſt ⁊ artificioſiſſima ⁊ in cuꝰ dictis eſt maius pondus auctoritatis q̄ʒ in centū alijs quoꝝ vnus dicta ſua traxit ex dictis alterius.

# Queritur. vtrum gula

Qeritᷣ. vtrum gula ſit vitiū capitale Arguitᷣ ꝙ non quia ſunt multa vitia nō capitalia que grauiora ſunt q̄ʒ gula ergo gula non eſt vitium capitale. In oppoſitū ē Gregorius.xxxi.moraliū gulā inter vitia capitalia numerās.

Quid pctm̄ capitale ſcd̄ʒ thō. ¶ Notandū ꝙ opinio ſancti Thome eſt ꝙ vitiū capitale dicitᷣ ex quo alia vitia oriunᷣ ſecundum rationem cauſe finalis inq̄ʒtum ſcʒ habet fineʒ multum appetitualeʒ ex cuius appetitu homines prouocantur et inducuntur multipliciter ad peccanduʒ ⁊ quia finis gule eſt delectatio tactus propter quā cōſequēdā multipliciter prouocantur guloſi ad peccandum ideo gula eſt peccatum capitale et in ſequenti argumento ponit quinqꝫ filias gule que oriuntur ⁊ naſcuntur ab ea.

Improbatio. ¶ Iſta opinio q̄ʒtum ad fundamentum eius non michi placet et eius impugnatio patebit ex concluſionibus.

Pria ꝯclo ¶ Prima cōcluſio ex gula multa vitia oriuntur ſecundum rationem cauſe finalis ita ſcilicet ꝙ actus vitioruʒ ab ea exortorum ordinantur ad actum gule tanq̄ʒ ad finem. Probatur concluſio quia per hunc modum ex gula oriuntur prodigalitas vana ſolicitudo et auaricia ſecundum multas eius ſpecies puta furtum:rapina:fraus:et dolus in re pecuniaria:ira:⁊ triſtitia. De prodigalitate pʒ quia gaſtrimargꝰ multa exponit inutiliter ⁊ vbi nō opʒ ⁊ quomodo nō oporʒ vt delectationē tactus ⁊ guſtus aſſequatur. De ſollicitudine vana patet quia gaſtrimargus eſt exceſſiue ſollicitus de cibis conquerendis et preparādis. De auaricia patʒ quia enim conſumit vbi et quando non oportet vt inaniter delectetur neceſſe eſt cum conſumpta ſunt que habet vt vnde non oportet accipiat non enim repugnat aliquem prodigum eſſe in dando ⁊ cōſumendo et illiberalem eſſe in accipiendo vt vult Ariſtoteles quarto ethicorū. De auaricia etiam probatur auctoritate Caſſiani collatione quinta qui expreſſe ponit auariciam connexam eſſe gaſtrimargie et ex ea oriri ſic ſcʒ ꝙ exuberantia gaſtrimargie eſt iniciuʒ auaricie. Confirmatur quia ſecundū eum ibidē gaſtrimargia ſiue gula eſt radix fornicationis ⁊ fornicatio radix auaricie ſed arbor oritur ex radice igitᷣ. De ira patet per eūdē Caſſianuʒ naʒ qui appetitu inordinato cibi agitᷣ iraſcitᷣ hijs qui aſſecutionē aut vſuʒ eius impediunt et interdū huiuſmodi ira fit vt ceſſent ab impedimento et talis ordinat actuʒ ire ad actum gule.

Scda ꝯclo ¶ Secunda cōcluſio luxuria:triſtitia:et accidia oriuntur ex gula nō ſecūduʒ rationē cauſe finalis ſed ſcd̄ʒ diriuatiōeʒ cuiuſdā naturalis ꝓpagatiōis ꝙ oriūtᷣ predicta ex gula patet ꝑ Caſſianum eadē quinta collatōe ꝙ non ſcd̄m ratiōeʒ cauſe finalis patet quia non fit regulariter vt quis ordinet actuʒ luxurie in actum gule nec regulariter ordinatur actus triſticie nec etiā actꝰ accidie in actuʒ gule ꝙ autem oriuntur per moduʒ cuiuſdaʒ propagationis naturalis probatur experimur eīm ꝙ poſt cererē ⁊ bachū incenditᷣ in nobis renitētibꝰ veneris deſiderium quod ex qua cauſa contingat alibi declarabitur hoc mō etiaʒ ex eadem oritur triſticia triſtamur enim cum deſideratis ardentibus cibis caremꝰ cū ventre pleno noſtra ſtulte conſumi cogitamus cum nos ad bona opera ineptos et ad multa flagicia ꝓpter gule deſideriū explendum incenſos cogitamus. Generatur etiam accidia que ſecundum eundem caſſianum eſt tedium mentis ex magnitudine triſticie in quā per gulā deuenimꝰ Generatur etiam ex gula accidia quia per gulaʒ reddimur torpidi reſpectu bonarū ⁊ honeſtarū actionū. Aduerte tamē ꝙ ſecūduʒ caſſianū iſta quinqꝫ luxuria auaricia ira triſticia accidia oriuntur ex gula non imediate ſed vnum mediante alio ita ꝙ imediate ex gula oritur luxuria ⁊ mediante luxuria oritᷣ auaricia ⁊ mediāte auaricia ira ⁊ mediāte ira oritᷣ triſticia ⁊ mediāte triſticia oritur accidia quia vt dicit in iſtis ſex exuberantia prioris eſt poſterioris inicium et licet ita regulariter fiat contingit tamen aliquando ꝙ ex gula ſiue luxuria ⁊ auaricia generatur accidia et ideo predicta ſex vicia in has cōiugationes cōbinat gula luxuria auaricia ira triſticia accidia.

¶ Tercia cōclo inepta leticia ſcurrilitas imūdicia multiloquiū ⁊ ebetudo ſenſus que a Grego. dicūtur quinqꝫ filie gule non oriuntur a gula ſecundū rationem cauſe finalis ſed ſecundum diriuatiōeʒ propagationis naturalis. Prima pars probatᷣ quia nemo appetit actus iſtorum quinqꝫ propter actū gule neqꝫ delectationē in iſtis propter delectationē guſtꝰ qͦs eīm appetit hebetationē mētis ⁊ delectetᷣ cibis ⁊ potibꝰ Secunduʒ probatᷣ ſcʒ ꝙ oriātur ex ea ſcd̄m diriuationeʒ propagatiōis naturalis ⁊ primo de inepta leticia eſt aūt leticia inepta delectatio quedam ex diſſolutione affectus ꝓcedens ad nullum honeſtū finem regulariter ordinata vt ſunt choree laſciui cātus ſoni lire ⁊ buccinarū ſecundū illud Job.xxx.tenent tipanū ⁊ liram ⁊ gaudent ad ſonitum buccine ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt per hoc quod dicitur delectatio differt ab alijs filiabus quarum ratio nō eſt in delectatione poſita per hoc quod dicitur ex diſſolutione affectus ꝓcedens differt a leticia ⁊ delectatōe quā habituatꝰ in aliquo pctō hʒ faciēdo operationes illiꝰ peccati talis eīm licet ex habitu malo ꝓcedat non tñ procedit ex diſſolutione appetitus dicitur ad nullum honeſtū finem ⁊c̄ delectatio enim choree laſciui cantus ⁊ multorū ſimilium vt nugarū inutiliū eſt ſibi ipſi finis nec ordinatur ad aliquem finem honeſtuʒ ⁊ licet aliquando delectatio huiuſmodi ordinetur ad ſanitatem vel honeſtam recreationem cōuiuarū vt contingit in nuptijs hoc tamē non eſt regulariter neqꝫ huiuſmodi choreas aut leticias ad honeſtū fineʒ ordinatas gula generat ſed honeſtas ⁊ cōdecētie q̄dā aut priuata vt cū hoc exigit ſanitas alicuꝰ perſone aut publica vt in nuptijs ⁊ quibuſdam alijs ſolemnibus rebus. per hanc aūt vltimā particulaʒ differt a ſcurrilitate que nō ſolum caret hō

neſto fine ſed etiam prauū finem habet ſcilꝫ infamiam proximi cū ergo dico ad nullum honeſtūꝫ ⁊c̄. hoc intelligo cum excluſione ita ꝙ ſi actus iocundus ordinaret ad peruerſum finem ſicut ſcurrilitas aut ſi ipſa chorea ordinaretur ad furtum vel homicidium vel adulteriū illa non diceretur inepta leticia ⁊ potius diceret filia viciorum ad quorū actus ordinaretur. qđ autem hmōi inepta leticia ex gula generetur patꝫ qꝛ ex gula generatur accidia que eſt tedium quoddam ⁊ torpor circa bona ſpiritualia: ſed cum affectus nō delectat in bonis ſpūalibus neceſſe eſt ꝙ delectetur i aliꝭs que vel mala ſunt vel ſaltem nō habent rationeꝫ veri boni qꝛ vero vicia per gradus creſcunt ideo et minus malum eſt delectari in hiꝭs que nō ſunt peruerſa ⁊ nociua q̄ꝫ in hiꝭs que nociua ſunt ideo affectus cui bona ſpūalia tedio ſunt et oneri ſtatim defluit ad ea in quibus leticia et delectatio eſt inanis et inepta. hec autem inepta leticia conſiſtit in dictis in quibus conſiſtit inepta leticia vt in confabulationibus inutilibus: in factis vt in choreis cantibus et aliꝭs huiuſmodi in viſu et auditu horum et aliorum que delectationem ad nichil vtilem pariunt: in olfactu precioſorum odorum ad delectationem tantū inutilem ordinato: in hiꝭs etiam que circa corpus ſunt vt in veſtibus precioſis vt forma exquiſita compoſitis de quibus omnibus ſuo loco dicetur. Horum eñ omnium deſiderium atq; complacentiaꝫ in hiꝭs generat ventris ingluuies nō ex preſtitutione voluntatis ordinantis predicta ad delectationem gule ſed propagatione naturali. Per ſcurrilitatem autem intelligo voluntatem dicendi vel audiendi vel faciendi ridicula et maxime que ſunt in deriſionem alterius et hec ſpecies deterior eſt priore eo ꝙ in priore nō verſatur detrimentū vel iniuria proximi. per ſcurrilitateꝫ vero fit iniuria proximo cui irridetur dicto vel facto: hec autem ſcurrilitas aliquando recte fit aliquando oblique ⁊ figurate: recte cū de aliquo aperte dicuntur eā vel fiunt que ſunt in irriſionem proximi. oblique vero et figurate cum ea alicuius figure colore teguntur vt puta per yroniam et ad id aptatur figura illa ac ſpecies yronie quā ſimulationem Quintilinus appellat cū ſcꝫ irriſionis cauſa dicta vel facta alterius recenſendo ſimulamus: nō eſt tamen omnis ſcurrilitas in irriſionem alterius: ſed ſcurrilitas eſt ſi quis ex hiꝭs que per ſe indecētia ſunt riſum mouere conetur vt ſi quis pendēdo vel eructuando vel vt vulgariter aiunt rotando riſum captare tentet vel pudenda oſtendendo que quia indeſcentia ſunt quantum eſt ex ſe aſtantes nata ſunt offendere. Tertia filia eſt imūdicia per quā intelligo p̄mo omnē electionē indecentē ſuperfluitatis vt vomitum pollutionem nocturnā vrinationem egeſtionem que aliquando repletis cibo et potu contra voluntatem eoruꝫ contingunt ſecundum illud Yſa. xxviij. Omnes menſe replete ſunt vomitu ſordiū. intelligo etiaꝫ eructationes: bombos et ſimilia cum contra voluntatem fiant pruritum ac ſcabiem corporis fetorem oris vel naſi cum ex repletione cibi nō ex naturali complexione oriuntur. Comedere manibus ſordidis et ore inuncto pinguedine vel alio modo ſe habēdo q̄ꝫ exigit menſe honeſtas licet autem multa horum non ſint peccata eo ꝙ cauſantur naturaliter oriuntur tamen ex cauſa que peccatum eſt que cauſa licet aliunde nō eſſet peccatū ex hoc tamen rationem peccati haberet ꝙ ex eā tam feda et tam inhoneſta procedunt Utrum auteꝫ pollutio nocturna ſit peccatum loco ſuo dictum eſt. de aliꝭs autem locis ſuis dicetur. Per multiloquiū intelligo nō ſolum loquacitatem ſed multa etiaꝫ alia puta verba detractoria: verba turpia: verba ſtulta: et verba incauta. quicunq; eñ dicit que tacenda ſunt ille multiloquio peccat. loquax eſt qui frequentior eſt et profuſior in ſermone q̄ꝫ oportet. Detractor quicunq; intentione nocendi loquitur. Contra quos dicebat Auguſtinus Si quis amat dictis abſentum rodere vitam Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi. Turpiloquus eſt qui turpia et feda auditu ſignificat er hoc ſiue turpibus verbis de quo ſunt exēpla multa aut nō turpibꝰ vt illud iam incipiunt agitata tumeſcere mēbra Stultiloquus eſt qui cum grauiter loqui putat leuiter et cum ſapienter inſenſate loquitur. Incaute loquitur ille qui cum putat dicere que proſunt aut ſaltem non obſunt ſibi vel proximo ea dicit que plurimum nocent hiꝭs enim modis omnibus fit multiloquium Hebetudo ſenſus non ſolum eſt obtuſitas intelligentie vt volunt multi ſed etiam eſt obtuſitas ſenſuum ad quam obtuſitas intelligentie ſequitur conſtat enim ſenſus hominis q̄ꝫtumcunq; acuti ſint ingluuie ventris deprauari et reddi imbecilles ac obtuſos quia per exceſſum in cibo et potu organa ſenſuum debitam a riuo viam perdunt que q̄ꝫto magis diminuitur tanto ſenſus in ſentiendo fit obtuſior et minus diſcernit ac iudicat debilitatio ergo ſenſuum ad hebetudinem pertinet. Ex hac proficiſcitur obtuſitas mentis per quam fit vt acumen ingeniꝭ non ſit tam acutum in rerum cognitione nec penetrare poteſt ad ea que intima ſunt et natura ſua obſcura ſed manet propter obtuſitatem in ſuperficie rei hoc eſt in hiꝭs que ſunt quaſi euidentia. obtuſitas autem mentis non ſolum procedit ex hebetudine ſenſuum ſed etiam ex elongatione a rebus diuinis et ſpiritalibus que fit ingluuiem. procedit etiam ex hoc ꝙ continuata voluptas iudicium peruertit voluptas quidem ciborum et potuum vſq; ad hebetudinem voluptas autem luxurie vſq; ad cecitatem mentis ex hiꝭs patet ꝙ iſta quinq; oriuntur ex gula non ex preſtitutione voluntatum et ita non ſecundum rationem cauſe finalis ſed per deriuationeꝫ naturalis originis ita ꝙ cibus et potus inordinate ſuſceptus eſt cauſa naturalis mediata vel immediata iſtarum quinq; filiarum. ¶ Quarta concluſio non ſolum ſunt quinq; filie gule patet ex tribus concluſionibus precedentibus ex quibus etiam patet ꝙ non ſolū ille dicuntur filie gule que oriuntur ex gula ſecundum rationem cauſe finalis quia omnis talis ortus preſupponit preſtitutionem voluntatis ordinantis illud quod oritur ad id ex quo oritur tan̄q̄ꝫ ad finem. ¶ Quinta concluſio gula eſt vitium capitale probatur omne vitium ex quo regu

lariter multa alia vicia genere ab eo differentia oriuntur eſt viciuꝫ capitale ſed gula eſt huiuſmodi igitꝰ eſt viciuꝫ capitale maior eſt nota ⁊ minor probatur ex hiis que in cōcluſionibus dicta ſunt

Cōtra p̄mā cōcluſionē. ¶Contra primaꝫ concluſionem arguitur ſic ſollicitudo vana oritur ex luxuria ⁊ ſuperbia ex inuidia ⁊ ſimiliter ex ira ꝗ ſollicitudo vana non oritꝰ ex gula antecedens patet quia luxurioſi ſuperbi irati inuidi inaniter ſolliciti ſunt de adeptione libidinis eſtimationis nocumenti proximi ⁊ vltionis. Secundo arguitur de auaricia quia ipſa eſt viciuꝫ capitale ergo non oritur ex aliis viciis capitalibus conſequentia tenet quia ſicut repugnat generaliſſimū eſſe ſub generaliſſimo alio ita repugnat capitale vicium ex alio capitali oriri.

Solutio. ¶Ad primam concedo antecedens ⁊ nego cōſequētiam quia non repugnant vicia eiuſdem ſpeciei ex diuerſis viciis capitalibus oriri. Dico tamen ꝙ actus interior cui ſubordinatur ſollicitudo vana cauſata a gula diſtinguitꝰ ſpecie ab actu interiori cui ſubordinatur ſollicitudo vana orta ab ira vel luxuria ⁊ ſic de aliis quia cum oriantur ab huiuſmodi viciis ſollicitudo vana ſecundum rationem cauſe finalis ⁊ ſecundum preſtitutionē voluntatis actus ille interior habet vſum ciborū et potuū ꝓ obiecto actus vero interior cui ſubordinatur ſollicitudo luxurioſa habet opus libidinoſū ꝓ obiecto in inuidia nocumētum in ira vindictam in ſuperbia eſtimationem vel aliquid tale. ſecꝰ eſt in hiis que oriuntur naturali propagatione ⁊ nō ex preſtitutione voluntatis. Ad ſecundam concedo antecedens ⁊ nego conſequentiam ſicut enim non repugnat aliquid cauſare aliud ⁊ tamen aliud ſimile primo ſecundum ſpecieꝫ cauſari ab alio ſimili ſecundū ſpeciem ſecundo nec repugnat etiam aliquid cauſari ab aliquo et tamen aliud eiuſdem ſpeciei cauſari ab alio diſtincto ſpecie ita non repugnat aliqua eiuſdem ſpeciei ex diuerſis viciis oriri nec repugnat aliquid ex quo multa oriuntur aut nata ſunt oriri interdum oriri ex alio ⁊ ideo bene dicit Tho. queſt. c. xlix. articulo. vi. in reſpōſione ad terciuꝫ argumētum de ſcurrilitate ꝙ non procedit ex actu luxurie ſed ex eius voluntate ideo ad vtrūqꝫ vicium pertinere poteſt nec valet probatio inducta quia generaliſſimum dicit negationem inferioritatis ad aliud ſed capitale non dicit negationeꝫ originis ex alio.

Cōtra ſecū-dā ꝯcluſioneꝫ ¶Contra ſecundam concluſioneꝫ arguitur ſic actus gule ſcilicet vſus cibi ⁊ potus ordinatur in luxuriaꝫ et non econtra ergo gula potiꝰ eſt filia luxurie q̄ꝫ econtra. ſecundo bene ſequitur gula oritur ex luxuria ergo gula eſt filia luxurie. Similiter ſequitur luxuria oritur ex gula ergo luxuria eſt filia gule ſed iſta duo conſequētia ſūt incompoſſibilia igitur minor probatur quia impoſſibile eſt ꝙ gula ſit filia ⁊ parens luxurie quod patet quia bene ſequitur gula eſt parens luxurie ergo gula eſt parēs filie luxurie ſed gula eſt filia luxurie ex prima conſequentia ergo gula eſt parens gule. et eodemmodo concluderetur ꝙ gula eſſet filia gule ⁊ luxuria eſſet filia ⁊ parens luxurie. Tercio ſi ſic ſequeretur ꝙ luxuria habitualis eadem numero eſſꝫ filia ⁊ parens gule ſed hoc eſt impoſſibile ſicut ꝙ idē ſit generans ⁊ genituꝫ igitur Et probatur conſequentia volo ꝙ ex actibus luxurie orte ex gula generetur aliquis habitus et deinde ex actibus luxurie originantis gulam augeatur ille habitꝰ tunc ſic iſta qualitas habitualis eſt filia gule ⁊ eadeꝫ eſt parens gule igitur eadem qualitas habitualis eſt filia ⁊ parens gule.

Solutiōes. ¶Ad primam cōcedo antecedens ⁊ conſequēs de origine ex preſtitutione voluntatis ⁊ ſecundū rationē cauſe finalis ſed non de origine q̄ fit ꝑ deriuationem naturalis actionis. Ad ſecundam cōcedo ambas conſequentias ⁊ nego ꝙ ꝯſequentia earum ſint incompoſſibilia ſicut iſta non ſunt incompoſſibilia homo genitꝰ eſt filius hominis generantis ⁊ homo generans eſt filius hominis geniti ⁊ preterea ex alia cauſa quia ſunt due indiffinite que redduntur vere pro diuerſis ſuppoſitis aliqua enim luxuria eſt filia gule illa ſcilicet ad quam quis per ingluuiem ventris ſtimulatur et aliqua gula eſt filia luxurie illa ſcilicet ad quam quis inducitur vt ad vſum libidinoſum ſit magis idoneus. Et ad probationeꝫ poſſet aliquis reſpondere negando conſequentiam vltimam que ſcilicet deducitur per duas priores conſequentias eo ꝙ licet gula ſit parens alicuius filie luxurie non tamen eſt parens cuiuſlibet filie luxurie. Quod exigi videtur ad hoc ꝙ vltima conſequentia valeat concederet tamen ꝙ extendendo parētem vt in primo antecedēte extenditur ad parentem mediatuꝫ ꝙ gula eſt filia gule. Nā ſi quis ex ingluuie ſtimuletur ad luxuriam ⁊ ille idem ordinet actuꝫ gule ad vſum luxurie tunc gula erit parens gule. Diceret preterea ꝙ eadem luxuria numero eſt vel eſſe poteſt parens luxurie. volo enīꝫ ꝙ quis ordinet vſum inordinatum cibi ad luxuriam et per eundem cibū ſtimulemur ad actuꝫ libidinoſum tunc iſte actus libidinoſus ſecunduꝫ rōnem cauſe finalis eſt parens gule ⁊ ſcd̄m rationem cauſe efficientis iſta gula eadem eſt parens luxurie. Sed iſta nō poſſunt bene ſaluari. Naꝫ ſi luxuria eadem eſt filia luxurie vel hoc erit in gn̄e cauſe finalis et hoc non quia luxuria nō eſt finis luxurie aut hoc eſſet in genere cauſe efficientis et hoc nō quia de hac cauſalitate nulla res eſt ſibi cauſa vt ſit. Et ideo aliter reſpondetur negando iſtam conſequentiaꝫ gula eſt parens luxurie ergo gula eſt parens filie luxurie ſed oportꝫ addere in antecedente et luxuria habet filiam cuius eſt eodemmō cauſa vel parens quomō gula eſt cauſa luxurie ſicut nō ſequitꝰ beatitudo eſt cauſa hominis et homo eſt cauſa homicidii ꝗ beatitudo ē cauſa homicidii qꝛ beatitudo eſt cauſa hoīs in gn̄e cauſe finalis: hō vero eſt cauſa homicidii in gn̄e cauſe efficientis ⁊ igꝰ cum aн̄s verificetꝰ pro diuerſis cauſalitatibus ⁊ ꝯn̄s nō poſſit verificari niſi pro vna nō valet ꝯn̄a. Ad tertiam poteſt reſponderi ꝙ iſta paternitas ⁊ filiatio tranſumptiue accepta nō conuenit niſi actibus vitiorum ⁊ non habitibus. ſcd̄o dicitur concedendo conſequens qꝛ ille habitus habet diuerſas ꝑtes et ſecundū vnā cōuenit ſibi vnuꝫ ⁊ ſcd̄m aliam conuenit ſibi aliud. tertio poteſt dici negando conſequentiaꝫ quia verificantur partes antecedentis pro diuerſis cau-

ſalitatibus et ideo ex illo nō poteſt inferri ꝯñs il-
lud ꝙ non poteſt verificari niſi pro vna et eadem
cauſalitate ſi quis tamen vellet defendere ſcđam
ſolutionem diceret ꝙ ſubiectū ꝯñtis ſupponit ꝓ
multitudine partiū habente ideo dictio cauſali-
tatem importās pōt pro diuerſis cauſalitatibus
accipi quaꝝ vna conuenit vni pti et altera alteri
Cōtra terti am ꝯcłonez ¶ Cōtra tertiam cōcluſionez inepta leticia ē om
ni peccato cōmunis et ſimilr hebetudo mentis ꝗ
nō debent poni filie gule. Prima pars añtis pa
tet per illud Prouerb. xiiij. errant qui operant
malum. ſecundo immundicia nō eſt peccatuz ſed
eſt pena peccati vel aliquid vtile ſub conſilio ca-
dens ergo non debet poni filia gule añs patz per
illud Eccle. xxxi. ſi coactus fueris in edendo mul
tum ſurge e medio et vome et refrigerabit te.
Solutiōes. ¶ Ad primam nego primā partem añcedentis
accipiendo ineptam leticiam vt ſupradictū eſt et
ſimiliter nego ſecundam. Ad probationem ſcđe
dico ꝙ duplex eſt error. vnus eſt ptis iudicatiue
quo falſum pro vero iudicatur et de iſto nō loqui
tur auctoritas. Alius eſt error partis appetitiue
et executiue et de iſto errore loquitur auctoritas.
Ad ſecundam dico ꝙ licet immūdicia de qua in
argumento tangitur nō ſit peccatuz eſt tñ ſignū
peccati precedentis qꝛ viciosum eſt vt dicit Tho.
ꝙ aliquis ſe huic neceſſitati ſubdat per immode-
ſtiam cibi et potus. Et ad probationez dico ꝙ vo
mitus ex deliberatione recte rationis factus eſt
vtilis et ſalubris et cadit ſub cōſilio nec eſt immū
dicia ſed vomitus nō deliberatus ſed quodaz na
ture faſtidio et onere factus eſt immūdicia qui et
quāuis nō ſit formaliter peccatum ſed tamen ta-
li neceſſitati ſubdere ſe eſt peccatuz et vicioſum.
Nam volitio qua quis vult vſum ſupfluum cibi
et potus excitantem in eo vomituz eructationes
et alias immundicias eſt alia ſpē a volitione que
preciſe habet pro obiecto vſum immoderatuz ci-
Cōtra q̄rtā ꝯcluſiōem. bi et potus. ¶ Contra quartam cōcluſionem ar-
guitur auctoritate Grego. xxxi. mora. predictas
quinqꝫ filias tantū enumerantis. Ad hoc reſpon
deo ꝙ Gregorius bene vult predictas eſſe filias
gule ſed nō negat quin ſint multe alie que ab a-
liis auctoribus enumerant neqꝫ Gregorius ten-
tauit ibi totam progeniem gule numerare.
Cōtra q̄ntā ꝯcluſionez ¶ Contra quintam concluſionem. gula ſecundū
genus ſuū eſt minimū peccatorum ſed vicium ca
pitale principalitem habet in ratione peccati ſu
per alia vicia ꝗ gula non eſt vicium capitale. Se
cundo cibus non eſt de maxime deſiderabilibus
ergo a gula nō oriuntur alia peccata ſecundū ra
tionem cauſe finalis añs patet quia cibus non eſt
deſiderabilis propter ſe ſed propter nutritionem
corporis. Tertio luxuria eſt vitium capitale cir-
ca delectationes ꝗ non gula añs eſt certum et con
ſequentia probatur qꝛ circa delectationes eſt tan
tum vnū viciū capitale qđ patz ſic circa vtile eſt
tm̄ vnum viciū capitale ꝗ circa delectabile eſt tm̄
vnum vicium capitale ꝯñs tenet qꝛ omne pecca-
tum contigit ex hoc ꝙ aliquis recedit ab honeſto
Solutiōes propter vtile vel delectabile pñs. ¶ Ad primaz
nego minorē ex aliquo em̄ nō multum graui poſ
ſunt oriri alia multo grauiora. Ad ſecundā nego
añs in quocunqꝫ enim propter defectuz cibi cau
ſatur eſuries in eo cibus eſt maxime deſiderabilis
et ideo ſcđm Ari. li. de animalibꝰ ꝓpter tria ani
malia pugnant cibū coitum ꝛ fetum et hoc etiaz
patz. i. Eccle. vi. Omnis labor hoīs in ore eius nō
nego tñ quoſdam eſſe qui magis querūt delectati
onem in cibis q̄z ſaturitatē qꝛ illi nō patiunt expi
entiam famis nō oportet tñ vt dictum eſt ad vici
um capitale ꝙ filie eius oriantur ab eo ſcđm rati
onem cauſe finalis. Ad tertiam ꝯcedo añs et ne-
go ꝯñam. et ad probationez nego aſſumptū et cō
ſequentiam. Et ad probationē nego aſſumptum
oppoſitum em̄ patz de peccato ex errore vincibi
li et nego etiaz ꝯñam: q̄zuis em̄ omne pctm̄ ſume
retur ex eo ꝙ aliquis ꝓpter vtile vel delectabile
recedit ab honeſto qꝛ tamē ſunt de facto plures
rōnes vtilium et delectabiliū nō obſtante ꝙ non
ſint plures rōnes vtilium ideo poſſunt eſſe plura
pctā ſumpta ab vtili et plura ſumpta a delectabi
li et poſſunt etiam plura ſumi ab vno q̄z ab alio.
hoc tamen argumentū fundat in illa falſa yma
ginatione ꝙ peccatū capitale eſt a quo plura vi-
cia ſcđm rationem cauſe finalis nata ſunt oriri.

## Queritur. vtrū gu-
la ſit omnium pctōrum maximum.

Arguitur ꝙ ſic quia propter gulam
maxima pena infligitur igitur. In oppoſituz ar-
guitur eſt vicium carnale: ſed ſecundum Grego.
vicia carnalia ſunt minoris culpe igitur.
¶ Notandum ꝙ pctm̄ aliqđ dr̄ graue tripliciter
Vno modo intenſiue ſecūdo modo extenſiue ter-
cio modo originatiue. Intenſiue dupliciter vno
modo itenſione ſpecifica qua quodlibet mortale
quolibet veniali dicitur eſſe grauius ꝛ vnū mor-
tale talia Secūdo modo intentiōe numerali qua
etiam vnum eadē ſpecie dicitur eſſe alio grauius
Illud aūt dicitur extenſiue grauius quod regula
riter plures inficit. Originatiue aūt illud dicitur
grauius quod regulariter eſt cauſa ꝛ origo pluri
um ꝛ grauiorū malorū grauitas intenſiua pecca
ti aliquando attendit ex materia aliqñ ex fine ali
quādo ex modo aut alia circunſtantia aggrauā-
te dum tamē ipſa ſit obiectum volitionis vel no-
litionis interioris. Neqꝫ placet mihi opinio tho.
dicentis ꝙ principaliter grauitas attendit ſcđm
materiam in qua quis peccat ſecūdum quod pec
cata que ſunt cōtra res diuinas ſūt maxima qꝛ ſi
ſic nulluz peccatū niſi circa res diuinas eſſet ma
ximum ꝛ eſſet ſimpliciter deterius et grauius nō
colere deū die dominica q̄z homicidiū aut adulte
rium cōmittere ¶ Prima cōcluſio peccatū gule
non eſt omniū maximū primo mō patet quia pec
cato gule deterius eſt adulterium homicidiū ſa-
crilegiuz ydolatria infidelitas imo loquendo de
hac grauitate peccatū gule videt eſſe leuiꝰ quod
patet omne peccatum eſt ſpirituale aut carnale
ſed ſpiritualia ſunt grauiora carnalibus vt alibi
probabit ꝛ inter carnalia que ſūt duo luxuria eſt
multo maioris g̃uitatis intēſiue ꝛ ſpecifice q̄z gu
la tñ qꝛ luxuria ſcđz mltas ſpēs eſt in detrimētū
ꝓximi nō aūt gula. Tū ſcđo qꝛ luxuria nō hꝫ ne
ceſſitatē excitātē gula āt neceſſitatē excitantā ha

bectum quia difficile eſt diſcernere vſq₃ ad quem terminū ſit neceſſitati obtēperandū ⁊ multū diffi cile eſt diſcernere qñ neceſſitas vł voluptas exigat cibum vt ptȝ ex Aug. ſcđm ꝙ allegatū eſt ſupra ⁊ propter iſtas cauſas videtur probabile ꝙ pcm̄ gule ſecundum genus ſuū eſt minimū inter peccata ceteris paribus ita ſcȝ ꝙ ſi omnes circūſtantie ſint pares q̄ȝtum poſſibile eſt eſſe ita ꝙ vnū nō reddatur propter circunſtātias grauius q̄ȝ aliud ſemper reperiretur pcm̄ gule minoris eſſe grauitatis. ¶ Secunda concluſio peccatū gule eſt maximū peccatū extenſiue patet quia pauciſſimi reperiuntur qui non excedant debitā temperantie regulam vt patet per experientiam imo hoc peccato fuit xp̄s not⁹ licet falſiſſime ⁊ inuidioſe a iudeis eū voracē ⁊ potatorē vini vocantib⁹ quia em̄ vſus cibi eſt vite hominis conſeruande neceſſari⁹ ⁊ difficile eſt cognoſcere ſub qua q̄ȝtitate ⁊ ſe in locum neceſſitatis voluptas frequēter ingerit ideo difficile eſt hoc gule peccatū vitare ⁊ ꝓpter hoc ortū eſt prouerbium illud plures occidit gula q̄ȝ gladius Secūdo pctm̄ cuius cōcupiſcentia non pōt ꝓ tempore huius vite totaliter extigui eſt extenſiue maximū ſed cōcupiſcentia gule nō poteſt pro tempore hui⁹ vite mortalis extigui ergo peccatuȝ gule eſt extenſiue maximū. maior eſt certa et minor probata eſt ſuperius. ¶ Tercia concluſio gula eſt multū magnū et graue peccatum originatiue ꝓbatur illud viciuȝ contra qđ primo incundū eſt certamē ⁊ quo non deuicto ⁊ ſuperato cetera cuȝ difficultate ſuperari poſſunt: eſt multū magnuȝ originatiue. Sed gula eſt huiuſmodi igitur maior patet quia ſi alia non originarētur ab eo tunc poſſet eo non ſuperato cōtra alia iniri certamen. tum ſecūdo quia omne tale ſe habet vt radix aut vt fons ex quo cetera pullulāt aut fluunt minor probatur primo per illud caſſiani quinto libro de inſtitutis monachoꝝ ca. ter. Iteȝ primuȝ nobis ineundū eſt certamen aduerſus gaſtrimargiam q̄ȝ dixim⁹ gule eſſe cōcupiſcentiaȝ. Et ca. xi Nunc vero propoſitū nobis eſt de gaſtrimargia id eſt de gule concupiſcentia contra quaȝ nobis primus conflict⁹ eſt diſputare ⁊ ſequit̄ igitur nū q̄ȝ poterit ardentes concupiſcentie ſtimulos inhibere quiſquis deſideria gule refrenare nequiuerit. Interioris hominis caſtitas virtutis eius conſūmatione diſcernitur Et ſequitur Nūq̄ȝ em̄ robuſtioribus emulis colluctari poſſe cōfidas euȝ queȝ in leuiore conflictu conſpexeris ab inferiorib⁹ ꝑuiſq₃ ſuperari. Et ca. xiiij. īpoſſibile nanq₃ eſt ſaturū vētrē pugnas interioris hominis experiri nec bellis robuſtioribus attēptari vt tamē habeatur intentio caſſiani intendit caſſian⁹ oñdere ꝙ prīa colluctatio noſtra ⁊ prim⁹ conflictus noſter in ſpirituali certamine debet eſſe contra gulam. Tum quia preſidens in huiuſmodi certamine indicabit velut ſeruos ⁊ ignobiles et turpi reſperſos infamia eſſe ac per indignos qui ad huiuſmodi certamen recipiamur ſi nos huic gule concupiſcentie ſubdiderim⁹ ⁊ ab ea vinci permiſerim⁹ tum ꝓpter inclinationem ⁊ diſpoſitionem quā facit gula in nobis ad alia vicia grauiora quod intendit in auctoritate hic allegata. Impoſſibile eſt ſaturum ventrē ⁊c̄ Tum tercio quia qui vicit̄ in paruis non eſt veriſimile ꝙ victurus ſit in robuſtioribus/ Et ca. xv. hec eſt em̄ nobis prima contentio hec noſtra velut in olimpiacis certaminib⁹. prima probatio gule ventriſq₃ concupiſcentiā deſiderio perfectionis extinguere eandeȝ ſuperioribus ſententiā reperit ca. xvi. ¶ Quarta cōcluſio Non eſt ſemper ex parte peccantis peccatū gule ceteris leui⁹ ꝓbatur quia cōtingit aliquando ꝙ in peccante ſunt alique circūſtantie aggrauātes peccatum gule ⁊ alique alleuiantes alia peccata vt ſi alicui inſint ex cōplexione aut alio mō qualitates retrahētes a peccato gule ⁊ alie vł eedē impellentes ad pcm̄ ire vel inuidie tūc ſi talis ingurgitetur vel inebriet̄ ⁊ ſimiliter motu inuidie agitetur excuſatur aliq̄ȝtulum peccatuȝ eius inuidie et aggrauatur peccatū gule propter complexionem diſtrahentem aut etiam propter alias cauſas que particulariter habent ab exceſſu gule dimouere debent. quod etiam aggrauetur peccatū iſtud ex circūſtantiis peccantis patet volo ꝙ ſint duo ſimiliter excedentes in peccato gule quoruȝ vſus ſit liberis orbatus alius habet filios ⁊ filias in copia ⁊ vterq₃ peccet ſecundū terciū genus ſcilicet exponendo ſupra ſubſtantiā conſtat ꝙ ſecūdus magis peccat cum nō ſolum ſibi ſed familie ſue detrimentum afferat. dando ventri id quod erat in eruditione filiorum in filiarum nuptiis et familia ſuſtentanda conſumpturus. Eſt autem Aduertendum ꝙ ex parte peccantis ſunt duplices circunſtantie quedam communes que inſunt toti generi humano ſcȝ naturalis indigētia: et neceſſitas cibi et ignorantia certe et determinate quātitatis aut qualitatis in cibis vſq₃ ad quā incluſiue vel excluſiue ſine culpa progredi poſſit et naturalis delectatio in vſu cibi et potus et de iſtis circunſtantiis puto Tho. fuiſſe loquutū cuȝ dicit ꝙ peccatum gule magis alleuiatur ex parte peccantis q̄ȝ aggrauatur. Alie ſunt circūſtantie particulares et priuate que reperiuntur in aliquibus ſed nō in omnib⁹ et per aliquas taliuȝ peccatum gule aggrauatur: per alias vero alleuiatur. ¶ Quinta cōcluſio. gula eſt peccatuȝ multū magnum et deteſtabile eneruatione bonorū tam corporis q̄ȝ anime tam interiorū q̄ȝ exteriorum tam honeſtorum q̄ȝ vtilium et delectabilium. Nā propter crapulam multi perierunt vt habetur Eccł. xxxv. et ideo ait Criſoſt. exceſſus ciborū conſumit et computreſcere facit corpus humanū et macerat egritudine diuturna et tunc eum morte crudeliori cōſumit Et vult Hieronimus ipocras in amphoriſmis habet craſſa et obeſa corpora que creſcendi menſurā impleuerunt niſi cito ablatione ſanguinis minuātur in paraliſis et peſſima morboꝝ genera erūpere vt recitatur de cōſecratio. di. v. c. vt tales. ad hoc facit exemplū podagrici qui proſcriptus et depauperatus ita vt gule vacare nō poſſet ſanatus eſt Ad hoc etiā eſt exemplū abbatis qui pre nimia ſagia appetitū pdiderat his captus et ad tenuem vitam reductus curatus eſt. Et ideo bñ dicit̄ Eccle. xxxiij. in multis eſcis erit infirmitas. et ſeneca ait voluptates nō tm̄ voluptuoſos excecāt ſed etiā impotētes ⁊ ptractos ⁊ le

Margin notes (left column): Sc̄da ↄclo (beside "tatis. ¶ Secunda concluſio"); Tertia concluſio. (beside "ſio gula eſt multū magnū").
Margin notes (right column): Q̄rta ↄclo (beside "bus ſententiā reperit ca. xvi. ¶ Quarta cōcluſio"); Quīta ↄclo (beside "tum gule aggrauatur: per alias vero alleuiatur.").

ſictio voluntatis ſue ſed fuit ſecundū eum inebriatus Loth per hoc ꝙ filie ſue crebro ſibi vina miſcebant aut ſibi vina non mixta crebro porrigebant et ſimulando ſe tantum bibere ac arte aliq̄ agendo ne tātum biberent eum ad crebro bibendum inuitabant qđ Loch libentius facere videbatur vt conſolationem aliquam filiabus ſuis triſtib⁹ afferret. Sed vt dicit Aug. hec cauſa nō fuit rationabilis q2 non oportuit ipm̄ conſentire filiabus ſuis ad exceſſiuū potuʒ excitantibus nec per exceſſiuum potum tentare eis conſolationem afferre ꝙ ſi quis diceret filias Loth aliquid inebrians in vinū patris miſcuiſſe quo eum paucis poculis inebriarent poſſet ebrietatem Loth ab omni culpa excuſare. Et ad rationes Augu. reſpondere ꝙ nō omnes geſtoruʒ circunſtantias ſcriptura ſemp̄ explicat imo eque faciliter diceretur ꝙ ſi filie Loth eum inebriaſſent crebro pocula porrigendo non eſt veriſimile ꝙ ſcriptura ſacra hoc tacuiſſet. Ad aliam eius rōnem reſpondetur dupliciter. Uno modo ꝙ deus frequenter relinquit hominem cauſis naturalibus ⁊ voluntariȷ́s per quas ſine vitio voluntatis nonnunq̄ʒ decipitur vt patet per multas hyſtorias. Diceretur ſecūdo ꝙ forte fuit in eo inordinata affectio complacendi filiabus ſuis propter q̄ʒ inordinatem affectionem ſimulatio filiarum qua ſe tantundem bibere ſimulabant occultata eſt in hoc enim habet Auguſti. confiteri Loth fuiſſe deceptum et hmōi deceptionem nō poteſt reducere niſi in inordinataʒ affectionem patris qua filiabus ſuis complacere voluit. Et ſi queras quod eſt textui ſacre ſcripture conformis. dico ꝙ ex forma loquendi textus videtur innui ꝙ fuit inebriatus nō per frequentem et exceſſiuam reiterationem potationū nec per cōmiſcionem alicuius inebriantis ſed per ſimplicē hauſtum vini q2 q̄ʒuis primo dixerit maior ad minorem veni inebriemus eum vino poſtea tamē ſecundo eadem ad eandem dicit demus ei bibere vinum nec aliud in ſcriptura expreſſum inuenit ac ſi tempore illo eſſet tanta vis vino vt vinū ſimpliciter potatum inebriaret aut ꝙ ipſi Loth fuiſſet tanta debilitas ex cōplexione ſua in reſiſtendo vino ꝙ conſuetus ſit ad paruum poculum inebriari aut q2 ſciebant ipſum amaſſe vinuʒ ⁊ ebrietati aſſuetum. Certum eſt autem hanc inebriationem Loth ab Auguſti. Origene. Hieronimo et pene omnibus ſibi tribui culpe et Origenes magis excuſat filiarum inceſtū q̄ʒ ebrietatem Loth Beatus autem Thomas loquitur dubie de ebrietatis eius culpabilitate ar. x. cum ait loquens de ebrietate ſine culpa ebriȷ́ ſubſecuta ſicut forte accidit de Loth q2 tamen multis hoc non videtur multum probabile ideo variȷ́ varios modos excogitant huius inebriationis. aliȷ́ dicendo aliquid inebriatiuum vino commixtū. Aliȷ́ eum fuiſſe ad frequentem potationē a filiabus ſuis quas conſolari volebat inuitatum poteſt etiam dici ꝙ potū vini ſolebat Loth tempare aqua. filie autem in vaſe aquario vinum album poſuerunt vt vinuʒ maneret nō temperatuʒ qđ Loth credebat eſſe aqua ſufficienter temperatū ad cuius cōſiderationem dolor Loth de perditione vxoris ⁊ conflagratione ciuitatum non ſinebat eū conuerti primus modus et tertius idem vicȷ́ habere videntur. ſecūdus videtur excuſare inebriationē eius totaliter a culpa et ſimiliter quartus adhuc tamē magis ſecundus q̄ʒ quartus ⁊ ideo de culpa ebrietatis Loth. Secundum diuerſitatem cauſe diuerſa dicere habent auctores. Utruʒ aūt eius inceſtus fuerit culpandus in ſequenti concluſione dicetur.

¶ Contra primā concluſionem arguit primo ſic omne peccatum bonū rationis excludit ꝗ quicquid maxime bonum rōnis excludit illud eſt grauiſſimum peccatuʒ: ſed ebrietas maxime bonum rationis excludit ergo ebrietas eſt grauiſſimum peccatum grauitate culpe. Secundo ebrietas eſt maxime punita ergo eſt culpa grauiſſima. antecedens patʒ q2 eſt punita pena ſeruitutis q2 ſecūdum Ambro. non eſſet ſeruitus ſi nō fuiſſet ebrietas. ¶ Ad primam reſpondet beatus Thomas ꝙ bonuʒ rationis impeditur dupliciter. Uno mō per illud ꝙ eſt ꝯtrarium rationi ſicut cū bona virtutum tolluntur per ea que v̄tuti contrariantur. Alio mō per illđ ꝙ aufert vſuʒ rōnis. vſus eñ rōnis qui tollitur per ebrietateʒ poteſt eſſe bonus ⁊ malus ſed opera virtutum que tollunt per opera cōtraria ſemp̄ ſunt bona Hec ſolutio nō ſatiſfacit qđ probat omne peccatuʒ bonū rationis per illđ quod eſt contrariū rationi excludit ergo ꝙ maxime hoc mō excludit bonum rationis eſt maximū peccatū ſed ebrietas culpabilis de qua loquit excludit bonum rationis p̄ illud ꝙ eſt cōtrariuʒ rationi quia per potationē culpabilem ⁊ hoc maxime facit q2 totaliter abicit vſum rōnis ꝗ ebrietas eſt grauiſſimū peccatuʒ. Poteſt tamen ad hanc rationē reſponderi cōcedendo antecedēs ⁊ negādo conſequētiaʒ ibi enim ſūt duo ſcʒ excludere bonū rationis ⁊ excludere ipſuʒ p̄ aliquod cōtrariū rationi. nō debet ergo ex illo añcedente inferri ergo quicquid maxime excludit bonū rōnis eſt maximū peccatum ſed debet inferri concluſio omne excludens bonuʒ rationis per illud quia ex maxime contrarium rationi maximū eſt peccatū licet ergo ebrietas etiaʒ culpabilis maxime excludat bonū rationis non tamē excludit ipſum per aliquid maxime contrarium rōni. Utrum autem ſit propria ratio peccati excludere bonū rationis eſt queſtio ſed hoc de alias quo ſuppoſito ad intellectuʒ tamen ad quem debet intelligi ſufficiat predicta ſolutio. Ad ſecundam negatur antecedens et ad probationem negat aſſumptū ſicut ſupra dictum eſt.

Cōtra [...] cōclu[...]

Dupli[...] dit bo[...] rōnis

Querit. vtrū peccata tempore ebrietatis commiſſa ebrio ad culpam imputanda ſint? Arguit ꝙ non quia fiunt per ignorantiam ergo totaliter excuſant a culpa. In oppoſitū eſt illud Ariſ. ter. ethicoꝝ ebriȷ́s debent duplices increpatiōes. Circa materiam iſtam ſunt varie opiniones opinio Tho. conſiſtit in tribus propoſitionib⁹ prima eſt que ebrietas cauſat vel cauſat ratione defect⁹ cōſequentis in quo ligat vſus rationis habet excuſare peccatū probat quia inuoluntariū per ignorantiam Secunda ebrietas ex actu non culpabi-

li ſubſecuta non totaliter excuſat peccatū a culpa ſicut forte contingit de Loth. Tertia ebrietas ex actu culpabili ſubſecuta non totaliter excuſat a peccato quod probat quia licet actus ſequens nō ſit in ſe voluntariꝰ eſt tamen voluntariꝰ in actu illo precedēte ex quo ſubſecuta ē ebrietas. Opinio vero ade ⁊ multorū aliorū ⁊ ſignanter doctorū iuris eſt ꝙ actus ebrij deordinatus non eſt ad penā imputādus. Notandū ꝙ vt dicit Tho. ebriorum quidā ſunt ebrij per actū ſuū culpabilem alij ſine actu ſuo culpabili. Notandū preterea ꝙ ebrij in ebrietate licet multa ignorent multa cū hoc etiaʒ cognoſcant ⁊ diſcernūt. diſcernūt enim inter patrē ⁊ filiū vxorē ⁊ alienā amicū ⁊ inimicū licet qñ ꝙ etiā tanta ſit vis ebrietatis vt inter hec diſcernere neſciāt hoc eſt verū ꝙ ebriꝰ non incurrit regulariter ignorantiā omniū ſicut facit dormiens qui vi ſompni inter nulla diſcernit. Notandū etiam ꝙ in ebrijs tempore ebrietatis ſunt motꝰ vehementes paſſionū qualitatū conſuetudinū ⁊ habituū tam bonorū q̄ʒ malorū qui motꝰ aliquando iuuant per cauſam inebriantem aliquando vero impediunt. qualitates enim corporales impetū faciunt ad diuerſos actus appetitus ſenſitiui ideo quando huiuſmodi qualitates conformiter mouent ad habitus vel alias qualitates preexiſtentes adiuuant quando contrario modo impediunt.

Pria ɔclo ❡Sit prima ɔ̄cluſio aliqua peccata ebriorū qui ſine culpa ſua ebrietateʒ incurrūt ſunt eis imputabilia ad peccatum. probat ɔ̄cluſio ſunt aliqua q̄ ebrij ſine culpa ſua inebriati nec ꝑ ignorantiam nec ignorantes faciunt ignorantia quidem que fit circa actum ſuum aut circa aliquam circunſtantiam eius ſed preciſe faciunt ex motu paſſionis inſurgentis ergo peccatū taliū eſt ad penā imputabile añs probo de aſſueto ire ad lupanar ⁊ ibi fornicari qui factus ebriꝰ ſtatī apprehēſo lupanari monet ſcd̄ʒ motū libidinoſe paſſiōis talis enim ſcit hanc eſſe meretricem ⁊ non eſſe ſuā nec ignorat aliquid eorū que ſufficiunt ad reddēdū actū culpabilem Idem poſſet argui de eo qui aſſuetus verberare propter leue verbum fratrem vel amicum cognitum eſſe talem percuteret. Secūdo nullus propter ebrietateʒ aut ignorantiaʒ ex ebrietate conſecutam excuſatur a culpa quam etiam remota ignorantia et ceteris alijs poſitis ipſe eſſet facturus ſed aliqua ſunt peccata in brietate commiſſa que ebrius ſine culpa ſua remota ebrietate eſſet facturus vt patet in caſibus predictis ergo talia ſunt ad penam imputabilia. Tertio omne illud peccatum eſt ebrio imputabile et ab eo voluntarie factum cuius remota ebrietate non ſolum non penitet eum ſed etiam gaudet ipſe feciſſe ſed aliqua ſunt talia peccata ɔ̄miſſa ab eo qui ebrietateʒ ſine culpa ſua incurrit igitur tali ebrio aliqua peccata ſunt imputabilia.

Scda ɔclo ❡Secunda ɔ̄cluſio ebrio ex culpa ſua ſunt aliqua peccata tēpore ebrietatis facta imputabilia iſta concluſio patet ex precedenti quia aliqua peccata ſunt imputabilia ebrio ſine culpa ergo multo magis ɔ̄ſimilia ſunt imputabilia ebrio ex culpa ſua.

Tercia ɔclo ❡Tertia concluſio ebrio ſine culpa aliqua peccata non ſunt imputabilia probat quia ebriꝰ per ebrietatem incurrit ignorantiam aut errorem circa aliqua qua ignorantia poſita facit actum prohibitum ⁊ qua remota non faceret ergo cum ipſe non ſit cauſa huius ignorantie vel erroris ſequit ꝙ actus ſequens non eſt ſibi ad penam imputandus antecedens pʒ exemplo loth de quo eſt veriſimile ꝙ ſi ipſe tunc conſideraſſet ſe carere vxore ⁊ eam que ſecum accubabat fuiſſe ſibi filiam ipſe non exercuiſſet opus libidinoſum ſed ſe ab ea ɔ̄tinuiſſet Similiter per ebrietatem interduʒ fit vt ebrius ⁊ maxīe nocte non diſcernit inter ſuā ⁊ nō ſuam ideo ſi non ſua ſubiceret ſe ad locuʒ non ſue nō videt ꝙ pctm̄ illud ſibi īputandū eſſet ad penaʒ eodē mō arguit de ebrio q̄ occidit patrē credēs occidere hoſtē qr credit ꝙ ſit hoſtis Scd̄o pono ebriū aliquem qui extra ebrietateʒ fuit frequēter tentatus de fornicatione cum aliqua muliere quam tentationē ſemper vicerit ⁊ ſuperauerit tādem illa arte aliqua inebriet eū ſine tamē culpa ipſius inebriati quo facto nitatur illa inducere in concubitum conſtat ꝙ ipſe nō erit tam potens reſiſtere tentationi q̄ʒ potens erat ante inebriationem pono ergo ꝙ ſuccumbat tentationi ⁊ fornicetur cum iſta tunc ſic iſte preciſe ꝑ impotentiam quaʒ incurrit ex ebrietate ſuccūbit tentationi ita ꝙ alias nō ſuccubuiſſet vt ſuppono ſed iſtā impotentiam reſiſtendi paſſioni reprimendi eaʒ nō incurrit ex culpa ſua quia incurrit eā ex ebrietate ⁊ quam per caſum ſine culpa ſua eſt inductus ergo talis non peccat peccato ſibi ad penam imputabili. Tercio omne peccatum imputabile eſt volūtarium in ſe aut in cauſa ſua ſed fornicatio huius cum iſta muliere non eſt voluntaria in ſe cum iſte non ſit ɔ̄pos mentis nec in cauſa ſua cuʒ iſte nō ſit ex culpa ſua inebriatus ergo peccatū iſtius nō eſt ei ad penaʒ imputabile. Ex iſtis patet ꝙ ebrietas inducit duo ſcilicet ignorantiam circunſtantiarum operis vnius vel plurium ⁊ impotentiaʒ reſiſtendi paſſionibus ⁊ impotentiam etiam exequendi ea que pro officio vel miſterio ſuſcepto ſūt exequenda ⁊ ideo quando quis incurrit ebrietatem ſine culpa ſua tunc nec ignorantiam nec impotentiam reſiſtendi aut exequendi eſt ſibi imputabilis ſed aliud eſt ſi huiuſmodi ignorantiā aut impotentiam incurreret aliunde puta ex gradu malicie ſicut intemperati ſcd̄m Ariſ. que ex electiōe male agant nō videt ꝙ excuſent quia ignorantiā illam ⁊ impotentiā non incurrūt ex ebrietate non culpabili ſed ex malis operationibus ⁊ habitibus pernicioſis quos peruerſe ⁊ flagicioſe operando acqueſierunt

❡Quarta ɔ̄cluſio multa peccata ſunt imputabilia ebrio ex culpa ſua q̄ non eſſent ſibi imputabilia ſi factus fuiſſet ebriꝰ ſine culpa ſua probatur iſta concluſio ebrius incurrit ex vi ebrietatis ignorantiam agendoruʒ impotentiam reſiſtendi paſſionibus ⁊ impotentiaʒ exequendi ea que vbi ex officio vel dignitate vel miſterio exequenda ɔ̄petūt per ignorantiam errat in circunſtantijs operationis ⁊ credens forte accipere puniceʒ accipit lapidē credens percutere baculo percutit gladio aut vti ſua vtitur aliena ſicut forte loth credebat vti vxore ⁊ filiabus vtebatur per impotentiam reſiſtendi paſſionibꝰ Quta ɔclo

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRAN

ad primum impetum paſſionis aut primos mo-
tus malorum habituū ſtatim vincitur qui prius
vicere ſolebat et imperat executionem actus qui
prius forte cohibere hmōi motus inordinatos di
dicerat. Per impotentiam etiaꝫ exequendi debi
ta virtutum opera multipliciter labitur ⁊ deficit
ſed ꝙ ſit ignorans ⁊ ꝙ ſit impotens ex culpa ſua
contrahit ꝗ̃ hec omnia ſibi ſunt imputanda. Se
cundo quicunq̧ eſt cauſa culpabilis ignorantie
vel impotentie per quarum poſitionem agit q̄d
non eſt agendum ille eſt cauſa culpabilis illius
quod taliter agitur ſed ebriꝰ ex culpa ſua eſt cau
ſa culpabilis ignorantie vel impotentie propter
quas agitur quod nō eſt agendum ergo eſt cauſa
culpabilis illius q̄d taliter agitur. maior eſt Ari.
tertio ethicorum dicentis. et enī in ipſo ignoran-
te puniunt ſi cauſa eſt ignorantie puta ebriis du-
plices increpationes et ꝙ ita rationabile ſit fieri
et etiam ꝙ in vtroq̧ ſit culpabilis probat princi
pium enim in ipſo. dn̄s enim eius quod eſt nō ine
briari hoc autem ſcꝫ inebriari ignorantia cauſa.
Tertio opera mala facta ab ignorantibus igno
rantia orta ex negligentia ſua ſunt imputabilia:
ergo opera facta ab ignorātibus ignorātia orta
ex ebrietate culpabili ſunt eis imputabilia. Et eo
demmō diceretur de operibus factis ab impotē-
tibus reſiſtere paſſionibus aut impotētibus opa-
ri vt tenent. impotentia quidem orta ex ebrietate
culpabili. añs probatur nā ſi quis agat contra le
ges quas ſcire tenetur maxime q̄ñ ſunt ſcitu faci
les non excuſantur propter hmōi ignorantiā ſed
punitur a legiſlatore q̄d ſub hiis verbis ponitur
ab Ariſt. dicente. iii. ethicorum ⁊ ignorantes ali
quid eorum que in legibus oportet ſcire ⁊ nō diffi
cilia ſunt puniunt ⁊ nō ſolum in hiis que determi
nata ſunt legibus ſed etiam vniuerſaliter in om-
nibus in quibus ignorantia ex negligentia con-
tingit. Ex eo ꝙ in poteſtate noſtra eſt vel fuit nō
ignorare q̄r potuimus adhibere diligentiam per
quam ſciuiſſemus que ignoramus. Q̄d ſub hiis
verbis ſignificat Ariſ. Similiter autē ⁊ in aliis
quecunq̧ per negligentiam ignorare videtur vt
in ipſis exiſtente nō ignorare eius enim ꝙ eſt di-
ligētes eſſe domini neq̧ valet dicere ꝙ aliquis ex
conditione ſua talis eſt vt non poſſit eſſe diligens
quia ꝙ ipſe ſit talis conditionis ipſe eſt ſibiipſi
cauſa in eo ꝙ vixit remiſſe ⁊ diſſolute ꝙ hiis ver-
bis aperit conſequenter ariſ. ſed forſitan talis ali
quis eſt vt nō diligens ſit ſed eius ꝙ eſt talis fieri
ipſi cauſa viuentes remiſſe. Ex iſtis nemini dubi
um eſſe poteſt ꝙ de intentione Ariſ. fuit ꝙ ea que
ignorantes facimus. ignorantia quidem culpa-
bili nobis imputantur imo hec videtur eſſe ſen-
tentia omnium theologorum dicentium vno con
ſenſu ꝙ ea que facimus per ignorantiam craſſaꝫ
aut affectataꝫ ſunt nobis imputabilia. Alioquin
enim ſequeretur ꝙ mala que faceremus confor-
miter agendo ad conſcientiam erroneam vinci-
bilem et ex culpa noſtra ortam non eſſent nobis
imputanda quod patet eſſe falſum a fortiori: er-
go ſi hec ignorantia aut error oriatur ex ebrie-
tate culpabili nobis que eſt turpior ⁊ exprobra-
bilior q̄ꝫ negligentia per quam orit etiā ignoran
tia neceſſe eſt ꝙ ea que tūc agimꝰ ſint nobis ĩputa
bilia ad culpā eodēmō dicēdū eſt de hiis que agi
mus ꝑ ipotētiā vtranq̧ ex ebrietate culpabili ꝯſe
cutā. Quarto quicquid agimꝰ ex ipulſu male paſ
ſionis aut malorū habituū quā tūc reprimere nō
poſſumꝰ impotētia orta ex culpa noſtra eſt nobis
iputabile ſꝫ ebriꝰ ex culpa ſua homicidiū vel adul
teriū ꝯmittēs malū agit ex paſſiōe aut ipulſu pra
uorū habituū quā tunc reprimere non poteſt im-
potentia orta ex culpa ſua ꝗ̃ talis peccat pecca-
to ſibi imputabili. minor eſt Ariſtotelis in tertio
dicentis ebriꝰ enim ⁊ qui iraſcit non videt ꝓpter
ignorantiā operari ſed ꝓpter aliquid eorum que
dicta ſunt. Ex ſupradictis apparꝫ que mala opa i
ebrietate facta ſint iputabilia ⁊ q̄ nō. Rō tertia q̄
eſt de ignorātia ex negligētia cauſata ⁊ operibus
malis factis ab ignorātibus tali ignorantia mul
tā michi fidē facit. Pro cuius maiori declaratōe
volo ꝙ ſit aliquis qui per negligentiam ſuā igno
ret fornicationem eſſe peccatū mortale alius hoc
ignoret pro nunc per ebrietatē culpabilem ⁊ vter
q̧ fornicet ita tñ ꝙ ſi ſciret nō fornicaretur con-
ſtat ꝙ fornicatio primi eſt pctm̄ mortale alicuius
certe grauitatis ⁊ cum ſcd̄us nihil penitus habe
at alleuians vel excuſans q̄d nō habeat primus
et vt ſuppono cetera ſint paria videt ꝙ ſecūdus
fornicando peccat iputabiliter ſicut primus eo-
dem mō poteſt argui de duobus qui tempore ob
ſidionis cuſtodiunt muros ciuitatis quorū vnus
ignorat vocem noctis per negligentiam et alius
per ebrietatem culpabilem ꝯſtat ꝙ pari pena af
fligendi ſunt. ¶ Quinta ꝯcluſio ebrietas impu
tabilis aliquando nō ſoluꝫ nō excuſat peccatum
nec in toto nec in parte immo etiam aliquādo au
get imputabilitatem eius. Pro iſta concluſione
ſuppono ꝙ actus exterior non habet ex ſe pro-
priam bonitatem aut maliciam ſed tantum rōne
actus interioris ita ꝙ actus exterior eſt tantū im
putabilis q̄ꝫtū imputabilis eſt actus interior ipe
ratiuus eius pono ergo caſum qui faciliter cōtin
gere poteſt ꝙ ebrius extra ebrietatem conſuetudi
nem habuerit cōmiſcendo cū quadaꝫ ſoluta que a
paucis diebus matrimonio copulata eſt etiaꝫ eo
ſciente et a quo tempore refugit cum ea cōmiſceri
quia ſemper fugere voluit adulterium tunc fiat
ebrius et videat eam in loco in quo conſueuit cō-
miſceri cum ea et per ebrietatem ignoret vel non
recordetur eam eſſe coniugatam ſed potius cre-
dat eam eſſe ſolutam et ſecundum conſuetudineꝫ
eius velit fornicari cum ea imo etiam volo ꝙ tūc
ſicut poſſibile eſt habeat apud ſe actualem dete-
ſtationem adulterii tunc ſic actus exterior ſequēs
non eſt imperatus niſi a volitione ſimplicis for-
nicationis ergo non eſt imputabilis niſi q̄ꝫtū ſim
plex fornicatio niſi aliquod aliud augeat impu-
tabilitateꝫ alias in actu exteriori eſſet propria bo
nitas aut malitia ſed conſtat ꝙ actus iſte eſt ma-
gis iputabilis q̄ꝫ ſimplex fornicatio cū de facto
actus iſte ſit cōmixtio cuꝫ ligata et coniugata et
nihil eſt ꝙ augeat imputabilitatē eiꝰ niſi circūſtā
tia per ignorantiam poſita in huiuſmodi actu ex
teriore ergo ebrietas culpabilis ⁊ ignorantia in-
de ſecuta non modo non excuſant totaliter aut in

parte ſed etiam interdum augent imputabilitatē Secundo aliquis actus ebrij deordinatus ꝛ īpu tabilis poteſt eſſe imperatꝰ a volitione bona ꝛ nō culpabili ſed talis vt conſtat non habet deordi- nationem ꝛ imputabilitatem ab actu interiori a quo īmediate imperatur ergo habet eam ab alio et non niſi a circunſtantia poſita mediante igno rantia cauſata ab ebrietate culpabili ergo huiuſ modi ebrietas auget imputabilitatem actus ex- terioris. ¶Prima pars antecedentis probatur ꝛ gratia exempli volo ꝙ ebrietas loth fuerit ex cul pa ſua cauſata Et ꝙ ex huius ebrietate oblitus ſit loth conuerſionis vxoris ſue in effigiem ſalis ꝛ ꝙ inuenitur alteram de filiabus ſuis ꝓpe ſe iacen- tem excitantem ipſum ad opus libidinoſuȝ ꝛ cre diderit ꝙ fuerit vxor ſua debitū petens ꝛ ꝙ ſola redditione debiti ꝛ generande ꝓlis voluerit com mixtioneȝ de facto voluntas eius eam imperaue rit hec eñ omnia ſunt poſſibilia ꝛ vtruȝ vera ſint incertum et hoc ſuppoſito conſtat ꝙ volitio loth nō fuit deordinata nec libidinoſa. Et tamē actꝰ exterior fuit deordinatus ꝛ imputabilis. Hec ra tio non cōcludit. ꝛ ſoluit arguendo cōtra decimā concluſionē poſſet tamen dici ꝙ ſcdm rei verita- tem volitio loth fuiſſet deordinata ꝛ dictamini er roneo conformis huic ſcilicet reddendum eſt nec debitū vxori petenti qꝛ non erat ſibi ſecundū veri tatem vxor. Hec tamen ſolutio nō ſatiſfacit quia licet ita ſit quia tamē poſſet dari caſus in quo eēt alicui vxor debitum petens ꝛ tamen ꝑ aliq̄ȝ igno rantiam poneretur in opere exteriori aliqua circū ſtantia q̄ non fuiſſet obiectū actus interioris pro pter quaȝ eſſet aliqua deordinatio in actu exterio ri quam non haberet preciſe ex actu interiori ſed

Sexta ɔclo haberet eaȝ ab ignorātia culpabili. ¶Sexta cō cluſio omnis ebrietas culpabilis ſic excuſat actū malū ꝙ huiuſmodi actus nō eſt taȝ imputabilis q̄ȝ imputabilis eſſet ſi idē fieret ab eodē nō ebrio ſciente et volente ipſum ſecundum omnem circū ſtantiam imperāte et nullam aliam cauſam excu ſanteȝ habente verbi gratia dico ꝙ ſi inceſtꝰ loth ebrij fuiſſet factus ex eodem loth non ebrio ꝛ nul lam aliam cauſam excuſantem habente puta nō furioſo aut non decepto circa circunſtantias actꝰ ſui aut non alia quauis ex cauſa facto impotente ad reſiſtendū paſſionibꝰ talis inceſtꝰ fuiſſet mul to grauior q̄ȝ de facto fuit probatur quia hmōi in ceſtus fuiſſet imperatus a volitione inceſtuoſa ꝛ fuiſſet denominatus inceſtus ab huiuſmodi ince- ſtuoſa voluntate ita ꝙ fuiſſet perfectus ꝛ comple tus inceſtus ſed inceſtus loth nō fuit de facto ta- lis nec tam grauis vt culpandus fuerit tanq̄ȝ in- ceſtus igitur minor patet auctoritate Auguſtini contra fauſtum vbi expreſſe auguſtinus oſtendit ꝙ licet factuȝ loth ꝛ filiarum ſuarum ſit reprehē ſibile nō tamen tantum Auguſtinus q̄ȝ fauſtus ipſum reprehendit nec hoc factū eius vt dicit eſt tanta indignatione dignū ac ſi ipſe loth in filias ſuas nepharia libidine exarſiſſet vt eaȝ inceſtato corpore frueret̄ ꝛ ſtatiȝ poſt ꝛ ideo inq̄t pater cul pandus eſt non q̄ȝtum inceſtus ſed quantuȝ ebrie tas meretur in quibus verbis Augu. apparet ex preſſe illud quod per hanc concluſionem intendi mus iſta eſt opinio origenis omelia quinta ſuper gene. ita dicentis poſt hec iam refertur illa famo ſiſſima fabula in qua dicitur filias loth arte fura tas cōcubitū patris in quo neſcio ſi quis pōt excu ſare loth vt eū īmunē faciat a peccato nec rurſuȝ ita eum accuſandū puto vt tam grauis inceſti fie ri debeat reus non enim inuenio eum inſidiatum fuiſſe aut violenter eripuiſſe pudiciciam filiaruȝ ſed magis inſidias paſſum et arte circumuentum et ſtatim poſt videtur mihi in parte culpabilis ꝛ in parte excuſabilis inueniri excuſari nēpe poteſt quia a concupiſcentie ꝛ voluptatis crimine liber eſt ꝛ quia neq̧ ipſe voluiſſe arguitur nec volenti- bus conſenſiſſe ex quibꝰ verbis apparet quod di ximus ſcilicet facta ebriorum non eſſe tam culpa bilia q̄ȝ culpabilia eſſent ſi fierent ab eiſdem non ebrijs eadem opera ſecundum omnem circunſtā tiam ſuam imperantibus propter aliaȝ ꝛ aliam volitionem quando fiunt per ignorantiam alicu ius circunſtantie que quidem circunſtantia eſſet obiectum volitionis quā haberet non ebrius eun dem actum ſecundum omnem circunſtantiam ſuam imperans et tamen ipſa non eſt obiectum actus illius interiorum quem habet ebrius qui per ebrietatem talem circunſtantiam ignorat. Secundo probatur concluſio actibus quos facit ebrius quia impotens ē reſiſtere paſſioni aut ma lis habitibus eum ad opus malum inclinantibꝰ non habet obmurmurantem rationem quia talis ſi non eſſet ebrius haberet remurmurantem rōnē quam contra faciendo cōtempneret. ebrius vero non habet obmurmurantem ſed potius conſopi- tam et ligatam rationem et ideo eam non cōtem- pnit et per conſequens peccatuȝ non ebrij ceteris paribus eſt grauius et imputabilius. Et ſi dicas ꝙ iſta ratio non concluderet de intēperantia gra du quia talis non habet obmurmurantem ratio nem. ¶Respondet̄ ꝙ aliquis caret remurmurā te ratione dupliciter. Vnomō propter deprauā- Duplr aliquis caret tionem rationis per conſuetudinem peccandi in- quis caret ductam ſecundomō propter ligationem ſenſuuȝ remurmu- et organorū miniſterialiter ad opus rationis de- rante rōnē ſeruientium primum reperit̄ in intemperato ſe- cundum in ebrio primum non eſt niſi ex frequen ti cōtemptu rationis quia gradum intemperan- tie precedit gradus incontinentie ſecundum ve- ro bene ineſt ſine contemptu rationis aut ſaltem ſine frequentatione actuum contemptiuorum rō nis. Dico ergo ꝙ licet intemperatus non habeat obmurmurantem rationem habet tamen rationē deprauatam ebrius autem nec obmurmurantem nec deprauatā habet ſed conſopitam et ligatam Ex ſupra dictis infero ꝙ inceſtus loth cū filiabus Incestus loth ſuis nō fuit multū culpabilis nec ex parte patris nec ex ꝑte filiarū qđ nō ex parte patris iā ꝓbatuȝ eſt ſed ꝙ nec ex parte filiarū pȝ primo auctoritate Auguſtini contra fauſtū dicētis ꝙ in illis femis erat humanus ꝛ naturalis affectus qua querebāt proleȝ ad conſeruationē generis humani nec cre debant ſe poſſe alios viros quibus miſcerētur inue nire ac ſi exuſtus eſſet illa cōflagratione orbis ter rarū quia non poterāt cognoſcere vſq̧ in quā ꝑtē ignis ille ſeuierit ideo voluerunt ſe miſcere patri

ꝗ̄uis etiaʒ potius debuerūt velle nunq̄ʒ fieri ma
tres q̄ʒ cum patre miſceri. verūtamen multuʒ dif
fert ꝙ ea cauſa vſe ſunt patre q̄ʒ ſi fuiſſent vſe pro
pter concupiſcentiā et funeſtam voluptatem. Sʒ
quia ſentiebant patrē ita abhorrere ab illo ope=
re vt nō crederent ſe id impleturas niſi procura=
rent eius ignorantiam inebriauerūt eum et ſe ſibi
neſcienti miſcuerūt. Idem ſentit Origenes eaſdē
multum excuſans omelia quinta ſuper Gene. vbi
facta narratione ꝙ filie ille credebant omnia ar=
dore illo decoquenda eſſe ſeqꝫ ſolas ad reparan=
dum mortalium poſteritatem cuʒ patre ſeruatas
ita dicit recuperandi ꝙ humani generis deſideri=
um ſumunt atqꝫ inſtaurandi ſeculi ex ſe dandum
opinantur exordium ⁊ quāuis eis grande crimē
videretur furari concubituʒ patris grauior tamē
eis videbat̃ impietas ſi humane vt putabant po
ſteritatis ſpeciem ſeruata caſtitate delerent. Et ſe
quitur propter hoc ꝙ conſiliuʒ ineunt. minore ta
men arbitror culpa ſpe tamē argumentoqꝫ maio
re patris meſticiam vino moliunt ⁊ reſoluūt ſin=
gule ſingulis ingreſſe noctibus ſuſcipiūt ab igno
rante conceptum vltra nō repetunt nec requirunt
et ſequitur vbi hic libidinis culpa vbi inceſti cri=
men arguit̃ quomodo dabitur in vicio ꝙ nō rei=
teratur in facto vereor proloqui ꝙ ſentio vereor in
q̄ʒ ne caſtior fuerit harum inceſtus quā pudicitia
multaruʒ. iſte enim que argui videntur inceſti vt
adepte ſunt conceptum vltra nō accedunt ad cō
cubitum viri vbi tamē ſatis miror quomodo po=
tuerunt paulo ante virgines cognouiſſe ꝙ ex illo
concubitu conceperant quicquid tamē ſit vt ap=
paret ex verbis recitatis Origenes multuʒ hmōi
earum inceſtum. in facto tamen earum duo dubi
tanda referuntur vnū ꝙ credebant maioris impi
etatis eſſe delere ſpecieʒ humane poſteritatis: q̄ʒ
furari concubitū patris in quo ſentit Augu. eas
fuiſſe deceptas. Origenes autē tacet: alterum eſt
error earum quo putabant omnes homines illa
conflagratione preter ſe ⁊ patreʒ abſumptos eſſe
et ſe cū patre ad reſtaurandum genus humanuʒ
ſeruatas ꝙ ſi hec ignorantia illis fuerit pro tunc
inuincibilis vel pro tunc nō tenebantur eam vin
cere ita ꝙ nec craſſa nec affectata fuerit non vide
tur factum eorum imputabile licet enim Au=
guſti. putet ꝙ deterius eſt furari patris concubi=
tum q̄ʒ delere ſpē humane poſteritatis error. ta=
men ille ſi error eſt eſſet venialis ⁊ ſignanter in fe
minis cuius intellectus nō videtur tantū eleua=
tus immo credo ꝙ ſi hodie genus hominū in cō
ſimilem neceſſitatem relaberetur ita ſcʒ ꝙ eſſent
omnes conſumpti preter duodecim quorum duo
eſſent pater ⁊ filia et deceʒ eſſent viri doctiſſimi im
potentes tamen aut per naturam aut ratione ali
cuius accidentis generare ⁊ haberetur inter eos
hec queſtio de reſtauratione mundi credo ꝙ mul
tum vrgentes rōnes pro altera parte reperirētur
maxime quia eſt expreſſum preceptum diuinū de
multiplicatione generis humani qḋ maxime vr
geret ⁊ obligaret tpē tante neceſſitatis nulla au=
tem eſſet expreſſa prohibitio diuina de cohabita
tione patris ⁊ filie aut filij ⁊ matris que ſi eſſet cū
vtrunqꝫ non poſſet ſimul obligare videretur mul

tis ꝙ prohibitio de cohabitatione eſſet interpre=
tanda per preceptum de multiplicatione hocmō
ſcilicet niſi neceſſitas multiplicandi generis hu=
mani ad hoc cogat potius q̄ʒ econtra et ideo ſi q̄
ſit culpa in filiabus Loth magis videtur ex eo or
ta ꝙ non ſufficientem diligentiam adhibuerūt vt
ſcirent ſi ſuper eſſent alij viri ex quibus prolē ſuſ=
cipere poſſent immo poſſet dici ꝙ Augu. dicēdo
potius debuerunt velle nunq̄ʒ eſſe matres q̄ʒ ſic
miſceri patri non voluit diffinire ꝙ ſimpliciter fu
it deterius filias miſceri patri q̄ʒ genus humanuʒ
hocmō interimere ſed voluit dicere ꝙ deteriꝰ erat
filias miſceri patri ante diligentiā exactaʒ ſi quis
alius vir a patre ſupereſſet ex quo ſuſcipere prolē
poſſent q̄ʒ eas fieri matres ad reſtaurationem hu
mani generis. ¶ Contra primam et ſecundam Cōtra
concluſiones arguit̃ primo ſic nullus carens vſu et ſecu
rationis occidendo vel aliter nocēdo nouiter pec cōclu
cat pluſq̄ʒ brutum ſed ebrius caret vſu rationis
igitur nullomodo peccat antecedens probat̃ pri
mo per illud Auguſtini paruulis quideʒ qui nec
dum propria voluntate credere nec penitentiam
pro facto quod originaliter trahunt agere poſſūt
ſacramentum fidei quod eſt ſacramentum bapti=
ſmi q̄ʒdiu rationis eorum etas capax eſſe non po
teſt ſufficit ad ſalutem ex qua auctoritate conclu=
ditur in decreto ꝙ nulli poſt baptiſmum peccata
imputantur niſi ſit rationis capax. Confirmatur
per illud quod habetur in capitulo. merito ſane
ſunt quidam qui iniuriam facere non poſſunt ſed
ſolum pati vt furioſus. Et pubes vbi apparatus
qui ōnino neſcit quid facit vt puer ebrius. Et fu=
rioſus non peccat. Secundo arguitur per gloſaʒ
diſtin. vi. ca. i. vbi tractatur de pollutione noctur
na que poſtq̄ʒ recitauit opinionē que ex illo textu
elicitur ꝙ aliquis peccat in dormitione et in furia
infert et per conſequens aliquis neſcient̃ peccat
venialiter et mortaliter operatur bonum et mere
tur vitam eternam ꝙ non eſt verum vt dicit glo=
ſa imo nullomō peccat. Et reſpondēdo ad textuʒ
vbi fundatur opinio illa dicit poluti mēs in dor
miendo nec rea eſt in ſompno nec rea eſt poſt ſō=
pnum ſed nūc fit rea quando ſe ingurgitat ergo
ſimiliter eſt de ebrio. Secundo furioſus in furia Sol
ſua occidens aliquem non peccat imputabiliter
igitur nec ebrius antecedens patet quia non ſibi
penitentia imponitur non quia deliquit vt vult
Io. andree ſed ad cautelam ne deſeratur diſcipli
na eccleſie ſicut contingit de eo qui caſu homici=
dium fecit cui ſecundum canones ſeptennis vel
quinquēnis penitentia imponit̃. tamen Brixeñ.
in apparatu tenet contrarium de furioſo dicens.
ꝙ nō eſt ſibi imponenda penitentia quia ſatis ip
ſo furore punitur. Tertio ebrius iniuriam faciēs
proximo punit̃ nō pro iniuria illata ſed pro ebrie
tate ipſa ergo tota culpa eius conſiſtit in vicio e=
brietatis añcedens patʒ per illud. xv. q. i. Sane.
vitandam dicimus ebrietateʒ per quam crimina
cauere nō poſſumus naʒ que ſobrij cauemus per
ebrietateʒ ignorantes cōmittimus. neſciunt quid
loquantur qui vino nimio indulgent iacent ſepul
ti. ideo ſi qḋ per vinum delinquant apud ſapien
tes iudices venia quidem facto donatur. ſed leui

tatis dampnantur auctores vbi apparatus leui tatis dampnātur auctores quia ſunt nimis faciles ad inebriandū ſe ⁊ ſequitur alij intelligunt ꝙ non puniuntur ꝓ eo ꝙ ebrius fecit ſed tantum ꝓ eo ꝙ eius erat ad inebriandum ſe Tum ſecundo q2 ſecundum Auguſt. contra fauſtum loth culpandus erat non tamen q̄ztum inceſtus ſed q̄zrū ebrietas merebatur ergo peccans ex ebrietate nō punitur ꝓ ſolo peccato cōmiſſo ſed pro ebrietate Quarto cecus q̄ztūcunq3 ex culpa vel ſine culpa cecitatem incurrerit ſi credens miſceri ſue miſceatur aliene non peccat peccato imputabili nec ſit reus adulterij ergo ebrius ſi credens occidere hoſtem in bello occidat patrez aut miſceri ſue miſceatur aliene non peccat aut ſi credens licitum fornicari fornicetur non peccat peccato imputabili hoc volo ꝙ ſeruus ſe precipitet in foueam a qua exire non poſſit per quod ſit impotens debitum ſeruicium reddere domino tunc ſi talis fact⁹ eſt per culpam ſuam vt ſuppono impotens ne domino ſuo debituz ſeruitium reddat ſed conſtat ꝙ per hanc impotentiam excuſatur ⁊ tempore impotentie omiſſiones ſint noua peccata ⁊ maxime ſi illo tempore nō voluntarie ſed diſplicēter quis omittat igitur nec que ab ebrijs committuntur ſunt noua peccata imputabilia minor patet quia alias adam totiens peccaſſet quotiens non fecit quod premitus facere potuiſſet ⁊ debuiſſet ſequeretur etiaz ꝙ non habens gratiam totiens peccaret quotiens ex gratia aliquid facere teneretur.

Sexto motus primi vt pro nunc ſupponitur non imputatur ad peccatum ſed operationes ebriorū etiam excitate paſſionibus aut malis habitibus habent rationez primorū motuum ergo non imputantur ad penaz minor probatur quia motus excitatus a paſſione dicitur eſſe primus pro illa menſura pro qua ratio non poteſt ipſū repellere quia nec pro illa tenetur cū nullus obligetur ad impoſſibile ſed pro tota menſura ebrietatis nō poteſt ratio motum illum reprimere vt pz ex rationibus ſupra frequenter adductis et maxime cum dictum ſit ꝙ ebrius per ebrietatem incurrit nō ſolum ignorantiā ſed etiaz duplicem impotentiam

Solutiōes. igitur. ❡ Ad primam nego maiorem nam ex ſupra dictis ſatis pz ꝙ in aliquibus caſib⁹ carens vſu rationis peccat peccato imputabili ⁊ vltra ad minorem dico ꝙ ebrij non carent omnimode vſu rationis cum inter multa diſcernant ⁊ ratiocinentur. Et etiam ſibi in multis caueant que in hominibus nō fiunt ſine vſu rationis Et ad ꝓbationem maioris concedo auctoritatem concedo etiam quod ex ea in decreto infertur ſed dico ꝙ licet nulli poſt baptiſmū peccata imputentur vſq3 ad etatem in qua eſt rationis capax ꝓ aliqua tamē menſura ſibi imputaꝛ pro qua caret vſu rationis Et hoc ratione peccati vel peccatorū que cōmiſit poſtq̄z poſt baptiſmū factus eſt per etatem rationis capax. Ad confirmationem concedo ꝙ ex ca. illo allegatur. Et ad apparatum dico eius auctoritas auctoritati Ariſ. poſtponēda eſt et rationi morali primū pz ex varijs auctoritatibus Ariſ. ſupra allegatis ſcdm pz quia per illam rationem ſequeretur ꝙ intemperatus intemperantia gradu non peccaret quia neſcit quid facit cum in eo ratio depꝛauata ſit etiam circa principia agibiliuz. dico preterea ꝙ ebrius non eſt de illis qui neſciunt omnino quid faciūt quia ebri⁹ ſcit ſe fornicari ſe percutere gladio diſcernit ſuaz a non ſua ⁊ patrem a filio ideo auctor apparat⁹ nimiū leuiter enunciauit dico tamen pro reuerentia eius ꝙ ebrius ſine culpa ſua ignorantiam cōtrahens faciens aliquod malum quod alias non eſſet facturus nō peccat ſicut declaratū eſt in tercia concluſione. Ad ſecundam confirmationem concedo quicquid allegatur ibi de pollutiōe dormientis ⁊ do hoc dictum eſt diffuſe ſupra ſed cuz infert de ebrio nego cōſequentiam vt patet ſatis ex his que dicta ſunt ſupra de pollutione nocturna. Ad ſecundam quicquid ſit de antecedente nego cōſequentiam ꝓ cuius declaratione dico ꝙ aliquis icurrit furiaz dupliciter vnomō per act⁹ culpabiles aliomō per act⁹ non culpabiles ſcdo mō añs ratiōis eſt verū primomō cōtingit dupliciter vnomō ſic ꝙ preſcierit illos actus culpabiles eſſe inductiuos furie ita ꝙ fuit forte āmonit⁹ vel a medicis vt ab alijs peritis ꝙ deſiſteret alias furiaz incurreret maluit tñ ſe periculo vehemētis furie exponere q̄z deſiſtere ⁊ in iſto caſu eſſet multū ꝓbabile ꝙ opera mala facta tēpore furie ſic cōtracte eſſent īputabilia ⁊ maxime cū fiunt ante q̄z illi act⁹ culpabiles ſint emendati per cōdignā penitentiaz ſecus eſſet ſi furioſus haberet lucida interualla ⁊ tunc peniteret de huiuſmodi actibus tunc bene concederem ꝙ actus facti tempore furie poſtq̄z tamen ſic emendata eſt non ſunt imputabiles. Quod ſi quis tamē in hoc caſu vellet defendere oppoſitum ⁊ vniuerſaliter dicere nullos actus furioſi eſſe īputabiles tunc diceret ꝙ furia eſt multo grauior pena q̄z ebrietas et grauitate acerbitatis ⁊ grauitate alienatōis mētis ⁊ grauitate durationis ⁊ grauitate inſeparabilitatis furia eñ vehemēti⁹ agitat quā ebrietas magis alienat mētē magis durat ⁊ difficili⁹ ſeparaꝛ etiā ſine cōparatiōe ideo cōmittens act⁹ culpabiles ex quib⁹ furiā incurrit ſatis ipo furore puniꝛ nec oz ꝙ in penā hui⁹ actus ſequētes ſibi īputenꝛ ad penā. Aliomō contingit furiā per actus cupabiles incurrere ſic tamen ꝙ neſciebat ille ꝙ illi actus eſſent īductiui furie immo ſi ſciuiſſet multo magis voluiſſet deſiſtere q̄z perſeuerando furiam incurrere et tunc dico ꝙ actus facti tempore furie contracte per tales actus non ſunt imputabiles immo etiaz actus mali facti tempore ebrietatis per ſimilem modum contracte non eſſent imputabiles quod intelligo de actibus quos nō eſſet aliter facturus. Ex iſtis patet ꝙ non eſt eadem ratio de furia et de ebrietate. tum propter grauitatem furie tum etiam quia regulariter ebrietas contracta per actus culpabiles ſic contrahitur ꝙ malu im⁹ inebriari perſeuerādo q̄z ceſſando a potatōe cōpotes mētis remanē ⁊ ꝑ hoc poſſunt ſolui ꝓbatiōes adducte. Ad tertiā nego añs ⁊ ad ꝓbationē dico ꝙ punitur ꝓ vtroq3 ſcdz Ariſ. nec auctoritas Jo. andree ꝯtra Ariſ. recipi dz maxime cū nichil ꝓbare ſed tñ aſſerē auctor ille videaꝛ ⁊ ideo glo. ſuper illo textu. venia datur aut venia. i. minor pena q̄z

ſi ex certa ſcientia feciſſent. apparet etiam ꝙ apparatus nō loquit niſi recitando opiniones. Ad ſecundam ꝓbationeʒ dico ꝙ factum Loth ſcd̃m Augu. fuit reprehenſibile et tamē nō fuit reprehenſibile tanta reprehenſione q̄ʒta reprehendit inceſtus. fuit tamē Loth ex ebrietate et facto ſuo plus reprehenſibilis q̄ʒ ex ebrietate tantuʒ ideo dico ꝙ iſta propoſitio Loth culpandus erat quātum ebrietas merebatur habet duplicem ſenſum vnus eſt Loth fuit culpandus ob ſolam culpam ebrietatis ⁊ iſte ſenſus eſt falſus et contra Aug. in eodem loco dicentem ꝙ factum Loth et filiarum ſuarum ſint ſimul et prophetia ⁊ flagitium licet non ſit tanta reprehenſione dignum q̄ʒta in eo fauſtus inimicus ⁊ cecus euomuit. et hec probat multipliciter. Secūdus ſenſus eſt ꝙ Loth fuit culpandus tam ob ebrietatē q̄ʒ ob inceſtum et tamen nō fuit tantū culpandus q̄ʒtum fuiſſet ſi ſciens et volens inceſtaſſet eas ſed quantū ebrietas exigebat qꝛ ignorantia per ebrietateʒ contracta aliquid diſtrahebat de reprehenſitate et excuſabat in parte ad ſenſum ſupra expoſitū. Et hoc voluit dicere Aug. vt apparet intuēti textū eius Ad quartam ꝯcedo añs q̄ʒuis tamen poſſet dici de incurſu cecitatis ſicut de incurſu furie ⁊ forte conſequenter aliter ⁊ aliter dicendum videret et nego ꝯñam tum ꝓpter pene cecitatis grauitateʒ tum qꝛ nullus regulariter incurrit cecitatē per actus culpabiles quos ſciat eſſe inductiuos cecitatis tum tertio qꝛ ebrietas eſt magis apta ad dandum locuʒ flagicijs et peccatis q̄ʒ cecitas. ⁊ ideo homines ebrij regulariter multa turpia opantur a quibus extra ebrietatem cauent. ꝯtrarium autē eſt de cecis multis em̄ delictis indulgebant ante cecitatem a quibus ꝯtracta cecitate deſiſtunt propter iſtas ğ cauſas mala per ebrietatē culpabilē facta ſunt imputanda ⁊ non mala per cecitatem culpabilem perpetrata quibus addi pōt ꝙ actus culpabiles qui ebrietateʒ induxerunt nō poſſunt regulariter emendari durante ebrietate per penitentiam ſed actus culpabiles cecitatem inducentes poſſunt durāte cecitate per penitentiaʒ emendari qui ſi fuerint emendati ꝯſtabit actus ſequētes per eam factos nō eſſe imputabiles. Ad quintam admitto caſum ꝙ ſi faciat hoc ille ſeruus vt faciat ſe impotentem ad vnum ſeruitiū debitum et pro tēpore pro quo ibi detinet immineant tria aut quattuor alia ſeruitia ⁊ cetera ſint paria dico ꝙ ſicut reus omnium ⁊ nouiter omittit qđ intelligens adam ne ſolutio ſua videatur calumpniabilis addit maxime ſi illo tempore nō voluntarie ſed diſplicenter omittat quod poteſt intelligi dupliciter. Vnomodo diſplicentia p̄ciſe cadente ſuper omiſſionibus ſequētibus et nō ſuper actu culpabili per quem ſe impotentē fecit qđ contingeret ſi ad fugiendum aliqđ ſeruitiū quod nolebat facere ſe p̄cipitaſſet ſperās poſtea extrahi et poſſe exhibere alia ſeruitia ⁊ tūc dico ꝙ fit in qualibʒ omiſſione nouiter reus licet diſplicenter omittat non tamen fit tantum reus quantū fieret ſi continue omitteret complacenter qꝛ actus culpabilis per iſtam diſplicentiam nō emendatur. Aliomodo diſplicentia cadente ſuper actu culpabili per quem ſe precipitauit ne debita ſeruitia redderet et tunc dico ꝙ in foro conſcientie nō tenetur erga deum in qualibet omiſſone noua obligatione qꝛ actus culpabilis per quē ſe impotentem fecit et per penitentiam emendatus. dixi autem erga deum qꝛ non obſtante quacunqꝫ diſpliceutia teneretur domino ad penaʒ temporalem et ideo adam in queſtione quā de hac materia facit non loquitur niſi de pena eterna et ad probationem nego conſequentiam qꝛ adam actum ſuum vt veriſimiliter creditur per condignam penitentiam emendauit. Ad ſecundam probationem concedo añs maxime ſuppoſito qđ aliquid ex gratia facere teneatur. ſi autem nichil facere teneatur hocmodo ꝯña non valeret propter falſum preſuppoſitum vel implicationem. Ad ſextam nego minorem et ad probationem dico ꝙ motum exitatum a paſſione non poſſe repelli pro menſura aliqua pōt intelligi dupl̄r. vnomō p̄ciſe qꝛ menſura nō ſufficit ad perceptionem illius motus ⁊ deliberationem ad eum expellendum habendā. Aliomodo quia licet menſura illa ſufficiat ex ſe tamen ratio non eſt potens deliberare et reprimere. Primomodo concedo primam partem aſſumpti. Secundomodo nego et maxime ſi impotentia illa proueniat ex culpa ſua modo dicto aut motus etiam ille ex culpa ſua exitetur vt in caſu prime concluſionis et dico ꝙ hec impotentia nō excuſat eum ne teneatur et cum dicitur ꝙ nullus obligatur ad impoſſibile. Dico ꝙ aliquid dicitur impoſſibile dupliciter. Vnomodo qꝛ ſimpliciter. aliomodo actu noſtro iam poſito. Dico ꝙ licʒ nullus obligetur ad impoſſibile ſimpliciter aliquis tamen bene obligatur ad id quod eſt nobis factum impoſſibile propter actus noſtros iam poſitos. Nam ſcd̃m multos peccator obligatur ad penam infinitam intenſiue licet nō poſſit eam ſoluere. Et ſimiliter obligatur aliquis aliquando ad centum ⁊ impoſſibile eſſet ſibi ſoluere decem. Similiter cōſtat ꝙ impotentia illa quam ex peccato originali cōtrahimus et ea que per hanc impotentiam omittimus nobis imputantur ad peccatum.

¶ Contra tertiam concluſionem arguitur primo ſic. ebrius ſine culpa ſua occidens hominem quē alias nō eſſʒ occiſurus plus tenetur dolere de morte hominis occiſi q̄ʒ de quocunqꝫ veniali ſed omne pro quo ego teneor dolere ⁊ penitere magis q̄ʒ pro veniali eſt culpabile mortaliter ergo talis occiſio eſt mortaliter imputabilis. Secūdo quicunqꝫ ex facto ſuo penam aliquam legalem incurrit peccat imputabiliter ſed huiuſmodi ebrius ex facto ſuo penam aliquem legalem incurrit magis peccat imputabiliter. minor patʒ quia furioſus occidens innocentem penam legalem incurrit ergo et ebrius. Aſſumptum probatur per illud ꝙ habetur quindecima queſtio .i. Sicut ergo qui propter diſciplinam caſu homicidium facit quantū ad legem reus eſt: q̄ʒtum ad gratiam innocens eſt ſic iſte ſacerdos qui furore homicidium fecit q̄ʒtum ad culpam innocens eſt q̄ʒtū ad ſuſcepti muneris executioneʒ reus probat ex quo textu pʒ ꝙ ſuſpendit talis ab executione ſacerdotij ſuſcepti. Scđo probat per illud ꝙ habetur in

penitẽtiali theologali Si quis inſaniens aliqueʒ
occiderit ſi ad ſanam menteʒ redierit ei leuioꝛ pe
nitentia imponenda erit ergo tali imponenda
eſt penitentia pꝛo homicidio. Tum tercio aucto
ritate Jhero. dicentis ſi quis non iratus ſed pꝛo-
pter diſciplinā aliquem verberauerit vel palmaʒ
alicui dederit ⁊ caſu occiderit ſicut fieri ſolet quā
tum ad graciam innocens eſt quia voluntateʒ nō
opus requirit quantum autem ad legem reus eſt
quia opera lex querit Tunc quarto quia virgo op
pꝛeſſa in perſecutiōe lege repellitur nec poteſt in
ter virgines conſecrari q̄ʒuis ſit omnino innocēs
ſecundū voluntateʒ ergo multo magis furioſus
occidens aliquē ſecundū legē reus eſt antecedēs
pꝛobatur per illud ꝙ habetur ibidem ſi in perſe
cutione virgo fuerit oppꝛeſſa repellitur lege quia
opus inſpicit nō voluntateʒ in gratia autē quaſi
virgo ſuſcipitur quia non opera q̄rit ſed volunta
tem. Tercio quoꝛū facta venia donātur id eſt mi
noꝛe pena peccant īputabiliter ſed ebꝛioꝛū hmōi
facta venia donātur .i. minoꝛe pena igitur tales
peccant imputabiliter maioꝛ eſt certa nā factum
eoꝛum imputat̄ eis ad illaʒ penaʒ que ratione ta
lis facti eis infligitur ⁊ minoꝛ patet ꝑ Ambꝛo. li
bꝛo de patriarchis ⁊ allegat̄. xv. q. i. ſane vbi de
ebꝛijs loquens ait ideoq̄ʒ ſi qui per vinuʒ delique
runt apud ſapientes iudices venia quidem facta
donantur ſed leuitatis dampnātur auctoꝛes vbi
gloſa venia id eſt minoꝛe pena quā ſi ex certa ſci-
entia feciſſent. Quarto pecus qui cuʒ muliere coit
iubetur ſecūdum legem puniri Et reum decernit
ipſū lex ergo multo magis facta ebꝛioꝛuʒ quoꝛū-
cunq̄ʒ imputantur ad culpam antecedēs pʒ per
illud ꝙ habet̄ in leuitico mulier que acceſſerit ad
omne pecus ⁊ vult aſcendi ab eo interficietis mu
liereʒ ⁊ pecus moꝛte moꝛiatur rei enim ſūt Quin
to omne peccatū eſt ad penam īputabile ſed actꝰ
talium ſunt peccata ergo ſunt ad penaʒ imputa-
bilia maioꝛ patet quia omni peccato moꝛtali de-
betur pena eterna ⁊ omni veniali pena tempoꝛa
lis ſed omne peccatū eſt moꝛtale aut veniale igi
tur omni peccato debetur pena. Sexto pꝛima cō
cluſio habet expꝛeſſe ꝙ ebꝛius ſine culpa ſua pec
cat imputabiliter ergo hec tercia cōcluſio que op
poſitū aſſerit eſt falſa. ¶ Ad pꝛimam dico ꝙ du
plex eſt doloꝛ ſcʒ caſtigationis ⁊ emēdatiōis ⁊ de
doloꝛe nego maioꝛem quia in veniali eſt aliquid
emendandum ⁊ caſtigandū in facto autem ebꝛij
modo dicto accidente nihil eſt caſtigandum quia
factū illud non eſt imputabile vt dictum eſt. altꝰ
eſt doloꝛ compaſſionis quo pacienti pꝛoximo ex
caritate cōpati tenemur. Et multo magis adhuc
cum fuimus cauſa ꝙ taliter pateretur ⁊ de iſto cō
cedo ꝙ talis ebꝛius debet dolere de moꝛte homi-
nis ab eo occiſi vtrum autem plus vel minus nō
videtur ad pꝛopoſitum quia dolet ebꝛius de moꝛ
te hominis occiſi doloꝛe comparationis dolet ve
ro de peccato veniali doloꝛe caſtigationis ⁊ emē
dationis. Et ideo quantūcunq̄ʒ pꝛimus eſſet ma-
ioꝛ quam ſecundus hoc tamen non infert ꝙ ſit ꝓ
pterea opus culpabilius ⁊ imputabilius ſicut q̄ʒ
uis magis tenear dolere doloꝛe compaſſionis de
moꝛte patris mei quam dolere de leui verbo do-
loꝛe caſtigatoꝛio ⁊ emendatoꝛio: tamen leue ver-
bum michi imputatur ad penam ⁊ non moꝛs
patris. Ad ſecundam diſtinguo maioꝛem vl̄ ſi
incurrat penam illam legalem ex facto ſuo deme
ritoꝛie et ſic conceditur maioꝛ et negatur minoꝛ
vel occaſionaliter et ſic negatur maioꝛ et concedi
tur minoꝛ factum enim illius bene eſt occaſio ꝙ
infligatur ei pena legis ſed non eſt cauſa demeri
toꝛia illius pene. Et ad pꝛimam pꝛobationem di
co ꝙ in facto ſacerdotis qui per diſciplinam ca-
ſu occidit vnum certum eſt ſcilicet homicidiū con
tra legem et eſt vnum incertum ſcilicet ꝙ defue-
rit voluntas occidendi ⁊ ꝙ etiam non exceſſerit
caſtigando q̄ʒdiu hoc ſecundum manet iunctum
videtur quo de certo agenduʒ ſit ſecunduʒ legem
q̄ʒuis tamen vehementes pꝛeſumptiones habe-
ant diminuere de ſeueritate legis ſed ſi poſtremū
fiat iudicialiter certum ſcilicet ꝙ defuerit volun-
tas ⁊ nulla alia cauſa ſubſit infligendi penaʒ le-
gis: dico ꝙ non eſt in talē pena legis inferenda.
De furioſo dico ꝙ de illo furioſo forte ꝯſtat ꝙ ſi-
ne culpa ſua īfuriā īciderit. Dico ſcđo ꝙ q̄ʒuis de
hoc cōſtet tū ſuſpendēdꝰ eſt ab excuſatiōe oꝛdinis
nō qꝛ occidit ſed quia furit Tum tercio quia occi-
ſio illa eſt argumentum efficax furioſum illū non
poſſe recte adimplere miniſterium ſuſceptum nā
non eſt veriſimile ꝙ is digne ī miniſterio ſacerdo-
tij perſeueret quem furia in homicidium agitat.
Ad ſecundam pꝛobationem dico ꝙ illud intelli-
gendum eſt de eo qui ex culpa ſua in furiam in-
cidit aut qui non eſt certus ſe ſine culpa ſua in-
cidiſſe in furiam aut de eo qui cū eſſet ſane men-
tis frequenter rixando ⁊ litigando et vlciſcendo
peruerſum habitum ad cōſimiles actus inclinan
tem acquiſiuit. Uel ſi vniuerſaliter de oībus in-
telligatur tunc dico ꝙ gloſa textū illuʒ repꝛehen
dit etiam intellectum de eo qui ex culpa ſua in fu
roꝛem incidit qꝛ vt dicit ſatis ipſo furoꝛe punitur
Dico p̄terea ꝙ ſi ſic vniuerſaliter ītelligat̄ nō im
ponitur penitētia pꝛo facto tanq̄ʒ ꝓ cauſa deme
ritoꝛia illius pene ſʒ tanq̄ʒ pꝛo cauſa occaſionali
factum enī illud eſt cauſa occaſionalis vt dictum
eſt ꝙ ſibi penitentia imponat̄ leuis ne vel diſci-
plina eccleſie deſerta videat̄ vel ꝓpter aliam cau
ſam rationalem. Ad tertiā pꝛobationeʒ ſatis rū
ſum eſt. Ad quartam dico ꝙ virgo in ꝑſecutione
oppꝛeſſa que q̄ʒtuʒ exigit ratio oppꝛeſſioni ſue re
ſiſtit nō repellitur ꝑ hanc oppꝛeſſioneʒ tanq̄ʒ per
cauſam demeritoꝛiā ſed tantū per cauſaʒ occaſio
nalem qꝛ enim conſtat ꝙ oppꝛeſſa ſit ⁊ nō conſtat
ꝙ defuerit ei coꝛrupta voluntas nec cōſtat ꝙ ſuf-
ficienter reluctata ſit et dubitari poteſt ꝙ potius
permiſerit ſe coꝛrumpi vt bona paterna cōſerua-
ret ſibi aut vt dampna euitaret q̄ʒ pꝛopter violen
tiam allataʒ. ideo coꝛruptio illa occaſio eſt ꝙ nō
poſſit conſecrari. Preterea dato ꝙ de integerri-
ma voluntate eius conſtet ſufficienter quia tū lex
non modo voluntarie ſed etiam inuoluntarie coꝛ
ruptas repellit. ideo ſine quacunq̄ʒ culpa et ſine
quocunq̄ʒ demerito repellitur a conſecratione nō
qꝛ quicq̄ʒ demeruerit ſed qꝛ per hanc violationē
pꝛiuata eſt ꝯditione que ex lege ineſſe debet cōſe-
crandis ⁊ hec ſolutio cōfoꝛmioꝛ ē ſententie Hier.

Solutiōes.
Duplex do lor

Ad tertiam diſtinguo maiorē vel ſi pena illa cor
reſpōdeat factis tanq̄ȝ cauſe demeritorie et ſic cō
cedo maiorem ⁊ nego minorē vniuerſaliter intel
lectam qꝛ patitur inſtantiā de hijs qui ſine culpa
ſua in ebrietatem ⁊ in factum illud inciderūt. Si
vero pena reſpondeat factis tanq̄ȝ cauſe occaſio
nali nego maiorem et ꝯcedo minorem etiā de ijs
qui inciderunt ſine culpa ſua in vtrumqꝫ et hoc
propter incertitudinē et dubitationeȝ q̄ habetur
de hoc an ſcȝ ī ebrietatē et in factū illō ſine culpa
ſua p̄cedente inciderit ſicut dictū eſt in prima cō
cluſione de intemperatis. Ad quartā dico ꝙ pecus
a lege diſcerni reum pōt intelligi dupl'r. Vnomō
tanq̄ȝ dignuȝ pena propter demeritum ipſius et
ſic negatur añs. Secundomō tanq̄ȝ pena afficiē-
dum ꝓpter publicam honeſtatē et ſic conceditur
et negatur ꝯñ͠a. et ad ꝓbationem dico ꝙ lex non
vocat ibi reū qui ex demerito pena dignus eſt ſed
reum vocat omne qđ vel ex demerito vel ex cau-
ſa etiam rōnabili eſt pene obnoxium ⁊ hec eſt in-
tentio Aug. ibidē ita dicentis. Queritur quomō
ſit reuȝ pecus cū ſit irrōnabile nec vllomō capax
legis et ſequit̄ itē pecora inde credenduȝ eſt iuſſa
interfici quia tali flagitio ꝯtamina indignā refri
cant facti memoriam ⁊ ita nō qꝛ quicq̄ȝ demeruit
pecus. ſed ad abolendā huius turpitudinis facti
memoriam iubet lex pecus interfici. Ad quintaȝ
dico ꝙ peccatuȝ accipitur dupliciter. Vnomodo
pro omni actu deordinato ⁊ ſic negatur maior. ſe
cundomō poteſt accipi pro omni actu deordina-
to demeritomō pene et ſic concedit̄ maior. Et ad
minorem dico ꝙ actus illorū eſt pctm̄ primomō
et nō ſecundomodo. et ad probationē maioris ne
go minorem et dico ꝙ aliquis eſt actus deordina
tus cui nec tēporalis nec eterna pena debetur vt
actus malus factus per ignorantiaȝ inuincibilē.
Ad ſextam dico ꝙ due concluſiones ille nō repu
gnant ſed ſe admodū ſub ꝯtrariarum habēt. ideo
ſimul ſtant in veritate. Ex ſupradictis auctorita
tibus arguendo ꝯtra tertiam ꝯcluſionē inductis
vult Adam ꝙ peccata furioſorū ⁊ ebriorū impu
tentur ad penā temporalē et legis ſed nō ad pe-
nam eterne vltionis. mihi aūt videt̄ ꝙ ad nullaȝ
penā in caſu tertie ꝯcluſionis īputanda ſunt tan
q̄ȝ cauſe demeritorie licet bñ tanq̄ȝ cauſe occaſio
nales. ſtat autē aliquid eſſe cauſaȝ occaſionalem
pene et tamen nō eſſe imputabile. ¶ Contra quar
tam concluſionē arguit̄ primo ſic. apparatus. xv.
q. i. ca. merito recitat diſtinctionem illā de aliena
tis mente ex ſua culpa et ſine culpa et dicit ꝙ hāc
diſtin. nō admittit igit̄. concluſio que in hmōi di
ſtin. fundatur eſt falſa. Scđo contra dictam con
cluſioneȝ pro prima parte poſſunt adduci multa
capitula poſita. xv. q. i. ca. ſcȝ ꝙ autē merito illō
relatum eſt firmiſſime tene multipliciter aliquos
illa cauenda ſunt ſane. Si concupiſcētia inebria
uerunt non eſt nec is in quibus videtur ꝙ nichil
omnino īputandū eſt ad pctm̄ ꝙ fit a furioſis vl'
ebrijs. Tertio quicunqꝫ actus interiores ſunt ſpē
ſimiles ſi vnus eoruȝ eſt pctm̄ et alius ⁊ ſi actus
exterior ab vno imperatus ſit pctm̄ et actus exteri-
or alteri ſubordinatꝰ ſed in ebrio ſine culpa et in
ebrio ex culpa poſſunt eſſe actꝰ interioris eiuſdē
ſpeciei et talis in ebrio ſine culpa nō
eſt peccatum ergo nec in ebrio ex culpa nec etiaȝ
actus exterior huic īterióri ſubordinatus erit pec
catum. maior patȝ quia actus interior per ſe et eſ
ſentialiter eſt peccatum: ꝰ omnis actus ſibi ſcđm
ſpeciem ſimilis eſt peccatum. Quarto nolentiuȝ
nulla ſunt pctā niſi que ſunt pene peccati ſed hu
iuſmodi facta ebriorum non ſunt pena pcti ergo
non ſunt peccata. añs patȝ per Augu. primo lib.
retractationū vſqꝫ a deo peccatū voluntariuȝ ma
lum eſt vt nullomō peccatum ſit ſi nō ſit volun-
tarium. Quinto nullus operans per ignorantiā
peccat ſed tales per ignorantiam op̄antur ꝰ non
peccant. maior ptȝ quia cum ignorantia nō ſtat
voluntariuȝ. Sexto nullus peccat faciendo illud
propter quod cum cognoſcit quale eſt dolet ⁊ tri
ſtatur ſed ebrius ex culpa occidens patrem cum
credit occidere hoſtem cum cognoſcit ſe occidiſſe
patrem dolet et triſtatur ergo non peccauit. ma-
ior patȝ nullus operans inuoluntarie peccat. ſed
qui poſt occiſionem patris cognitam ſtatim do-
let et triſtatur operatur inuoluntarie et nō ſolum
voluntarie vt habet Ariſto. in tertio ethico. ergo
talis non peccat. Septimo ſi talis peccat ⁊ reus
fit homicidij aut hoc eſt cum ſe ingurgitat et hoc
non qꝛ tunc nō occidebat aut cū occidit ⁊ hoc nō
qꝛ ignoranter ⁊ inuoluntarie operabat̄. Octauo
ſi ſic ſequeret̄ ꝙ actus malus et imputabilis ad
penā eſſet imperatus ab actu ꝟtuoſo et laude ac p̄
mio digno ſed ꝯñs eſt falſum igit̄ et ptȝ ꝯñ͠a quia
volo ꝙ ebrius ex culpa ſua habuerit cum eſſet ſa
ne mentis actus frequētes circa occiſionē hoſtiū
fidei pro tempore ꝓ quo licebat ⁊ virtuoſum erat
eos occidere a deo ꝙ ex illis actibus genitus ſit
habitus virtuoſus multum intenſus tunc fiat iſte
per culpam ſuam ebrius et paulopoſt credens ſe
videre inimicum fidei eliciat ex habitu virtuoſo
quem habet actum volendi occidere inimicum fi
dei mediante quo operetur opus exterius ⁊ per er-
roreȝ cuiꝰ cauſa eſt ebritas credens occidere ho-
ſtem fidei occidat patrē tunc ſic actus interior eſt
bonus et virtuoſus ergo ſi actus iſte exterior ſit
malus ⁊ imputabilis ex actu interiore bono ⁊ vir
tuoſo imperabitur actus exterior malus ⁊ impu
tabilis. falſitas autem conſequentis ꝓbatur quia
iſte actus exterior ſi eſt malus quero aut eſt malꝰ
ex ſe ⁊ per ſe aut per alium actum non ex ſe quia
in actu exteriori vt ſupponitur non eſt per ſe ma
licia Si per alium aut per aliuȝ malum ⁊ hoc nō
quia nullus eſt alius niſi ille interior qui dictus
eſt bonus aut per alium bonuȝ ſed hoc implicat.
implicat eñ ꝙ actus interior denominet̄ a ſe bo-
nus et denominet actū exteriorem malū cum etiā
quia aliquid tunc eſſet malum ſine malicia.
¶ Ad primā dico ꝙ auctoritas. Ariſ ⁊ multorū
aliorū auctoꝝ prepōderat auctoritati apparatus
Dico ſcđo ꝙ apparatꝰ ꝓbabiliter loquitur in fu
rioſis ⁊ alijs quoꝝ pena culpe diuturna eſt ⁊ gra
uis. Dico tercio ꝙ verum dicit vbi culpa emēda
ta eſt per penitentiam. Dico quarto ꝙ verum di-
cit vbi quis operatur ignorans ⁊ non per igno-
rantiā vbi ſcȝ operat̄ ⁊ īpulſione male paſſionis
aut peruerſorū habituū ⁊ maxime in hijs que ali

Pctm̄ accipit dupl'r

Cōtra q̄rtā ꝯcluſiōem.

Sol

as ipſe eſſet facturus in hijs enim etiam ignoran
tia ſine culpa contracta nõ excuſat a peccato Ad
ſecundam reſpondeo ꝙ ex ſuperiorib⁹ patere po
teſt quomodo huiuſmodi capitula ſunt exponen
da. Ad terciam ſi maior intelligatur de peccato
imputabili nego eam ſi autẽ preciſe de actu deor
dinato ad hoc patitur inſtantiã vbi reſpectu vni
us operantis ſtaret preceptum ⁊ non reſpectu al
terius ſed dicit ꝙ actus nõ eſſent omnino ſimiles
quia vnus eorũ haberet circunſtantiaꝫ precepti
pro obiecto ⁊ non alius ꝗd ſit de hoc alio loco tra
ctabitur ſi eniꝫ vnus eoꝝ eſſet a deo ⁊ alius a crea
tura dificile euaderetur conſtat tamen ꝙ falſa eſt
de actu imputabili. Ad quartam nego conſequẽ
tiam quia dato ꝙ nõ eſſent volentes tamen non
ſunt nolentes quod erat aſſumendũ ⁊ ſi dicas ꝙ
ſecundũ Auguſ. ad hoc ꝙ aliquid ſit peccatũ exi-
gitur ꝙ ſit voluntariuꝫ ergo ſi non eſt volũtariuꝫ
non eſt peccatũ. Reſpõdeo ꝙ aliquid dicitur eſſe
voluntariũ dupliciter. Unomodo in ſe aliomodo
in cauſa ſua dico igitur ꝙ facta ebriorum fuerunt
primo voluntaria in actib⁹ illis ex quibus geni-
ti ſunt mali habitus inclinãtes ad hec mala ꝗ in
ebrietate faciunt. Dico ſecundo ꝙ fuerunt volun
taria quia ignorantia que eſt in eis cauſa peccan
di ĩducta eſt per actũ liberũ ⁊ culpabilẽ Ad quin
tam nego maioreꝫ vt pꝫ de ignorantia craſſa ⁊ af
fectata in eo ꝙ pricipia iuris ſcitu facilia ignorat
ignorantia autẽ ebriꝫ affectate eſt ſimilis qꝛ ebri⁹
malluit vino ſe ingurgitare ignorantiaꝫ incurrẽ-
do quã ignorantia carere moderate bibendo Et
ad minoreꝫ dico ꝙ vniuerſaliter intellecta ipa nõ
eſt vera vt hꝫ expreſſe Ariſ. ter. ethi. cũ ait aliud
aũt videt ꝓpter ignorantiã operari ab eo ꝙ igno
rantẽ facere ebrius eñ vel ꝗ iraſcitur nõ videt ꝓ
pter ignorantiã opari ſed ꝓpter aliꝗd eorũ que
dicta ſunt nõ ſciens aũt ſed ignorãs facit. Et ad
probationeꝫ maioris dico ꝙ cũ ignorãtia ſtat vo
luntariũ vel in ſe vel in cauſa ſua. Ad ſextã nego
maioreꝫ ⁊ ad ꝓbationẽ dico ꝙ aliꝗd dicitur inuo
luntariũ dupl'r. Unomõ quia circa illud volũtas
hebꝫ actualiter nolitionẽ. Aliomõ qꝛ circa ipſuꝫ
voluntas hꝫ nolitionẽ vere vel interpretatiue ita
ꝙ ſi cognoſceret oẽꝫ circunſtantiã ſui actus de fa
cto nolet primomõ carendo inuoluntariũ conce-
do maiorẽ ſcd̃omõ nego ſicut eñ eſt poſſibile ali-
quid ſcire ĩparticulari ⁊ ignorari ĩ vniuerſali aut
ſcire in vniuerſali ⁊ ignorare in pticulari ita etiã
de velle ⁊ nolle poſſibile eſt eñ ꝙ per ignorantiã
occidens patreꝫ noluerit occidere patrem ⁊ tñ ve
lit occidere hũc demõſtrato eo ꝗ de facto eſt pa-
ter ideo poſſibile eſt ꝙ inuoluntari⁹ ſit circa vnaꝫ
circunſtantiã occiſionis quaꝫ tñ neſcit eſſe circun
ſtantiaꝫ ⁊ voluntari⁹ circa ipſã actionem qꝛ ergo
habet actio cognita ſcd̃m omneꝫ circunſtantiaꝫ
diſplicet nobis ⁊ voluntas eius penitet ac dolet
ideo dicenda eſt inuoluntaria ſaltẽ interpretati-
ue ſcd̃m illud Ariſ. ter. ethi. inuoluntariũ aũt ꝙ
triſte et in penitudinẽ Diceret etiaꝫ ꝙ illud licet
ſit ĩ ſe inuoluntariũ ſaltẽ interpretatiue eſt tñ in
cauſa ſua volũtariũ. Quod ſi quis rigorẽ ſermo-
nis velit ſeꝗ ille aut concedere hꝫ ꝙ ebriꝫ aliquid
voluntarie faciunt aut ꝙ nihil inuoluntarie per
illam eniꝫ rationeꝫ eque probaretur ꝙ null⁹ igno
rans aliquid operando peccaret ꝙ falſum eſt de
ignorante ignorantia craſſa ⁊ affectata Ad ſepti
mam dico ꝙ reus ſit homicidij cuꝫ occidit ⁊ dico
ꝙ licet tunc non agat mere voluntarie hoc tamẽ
depẽdet partialiter ab aliquo quod fuit mere vo
luntariũ ſcꝫ ab ebrietate ⁊ ignorantia per ebrieta
tem cõtracta ⁊ ad non ſic agendũ tenetur ⁊ obli
gatur nec actio eius ſic ẽ nõ voluntaria ſicut eſſet
actio bruti ſed experimur ebrios ⁊ velle ⁊ nolle et
ſcire aliqua et inter multa diſcernere. Ad octauã
nego conſequentiaꝫ ⁊ ad ꝓbationem admitto ca
ſum vſqꝫ ibi mediante quo operet exterius Dico
enim ꝙ iſte habet duplex iudicium vnum vniuer
ſale inimicus ſiue hoſtis fidei eſt occidend⁹ aliud
ſingulare ꝙ Ariſ. vocat ſñiaꝫ ꝗ ẽ ꝯcluſio ſillogiſ
mi practici iſte eſt occidend⁹ primuꝫ eſt rectũ ſe-
cundum erroneũ quia minor ſillogiſmi per queꝫ
concluditur eſt falſa ſcilicet iſte eſt hoſtis fidei Et
conformiter ad hec iudicia habent duas volitio-
nes vnam conformem primo iudicio ſcilicet volo
occidere hoſtẽ fidei et iſta ẽ virtuoſa ſed nõ eſt im
peratiua executionis eo ꝙ executio circa ſingula
ria fit ſecunda eſt vicioſa quia non recta pruden-
tia regulata ſcꝫ volo occidere iſtum ⁊ iſta eſt que
eſt imperatiua executionis ⁊ ideo actus exterior
imperatur ĩmediate ab actu iteriore vicioſo ⁊ nõ
virtuoſo. Sed dices volo ꝙ non erret in ſenten-
tia ſiue in iudicio particulari dicẽdo hunc eſſe oc
cidendum quia pono ꝙ demonſtret eum qui eſt
vere hoſtis fidei ⁊ tamen in exequẽdo erret ⁊ ali-
um pro iſto occidat iſte actus ſubordinatur ali-
cui actui interiori ⁊ non malo ergo bono ⁊ tamẽ
iſte actus exterior eſt malus ⁊ deordinat⁹ igitur
Ad hoc reſpondeo ꝙ iſte exterior non eſt impera
tus ab illo actu virtuoſo imo a nullo actu interio
ri in tali caſu eſt imperatus quia ex caſu conſtat
ꝙ ab illo actu interiori imperabatur vnus alius
actus exterior ſed bene creditur per errorem eſſe
imperatus ab eo et ideo ſicut nõ eſt vere impera-
tus ab interiori virtuoſo ſed creditur eſſe impe-
ratus ita nec eſt vere bonus licet credatur a faci-
ente eſſe bonus.

Conſequenter agen
dum de mãſuetudine ꝗ tempantie car
dinalis virtutis ſpẽs eſt. Et querit pri
mo vtrum manſuetudo ſit virtus. Arguit ꝙ nõ
qꝛ ſi ſic vel eſſet eadem clementie vel diſtincta nõ
ſecundũ qꝛ nõ apparet aliqua ratio diſtinctiua in
ter eas nec primũ qꝛ apud multos ſumus manſu
eti apud quos nõ ſumus clemẽtes. ¶ Notandũ
eſt circa diſtinctionẽ manſuetudinis ⁊ clementie
ꝙ opinio Tho. eſt ꝙ clementia ⁊ manſuetudo nõ
ſunt penitus idem qꝛ manſuetudo proprie eſt cir
ca refrenationem ire a qua quis incitat ad infe-
rendum penam alteri ſed clementia ꝓprie eſt cir
ca diminutionẽ hmõi penarũ ita ꝙ ſcd̃m eũ duo
ibi ſunt ꝯſideranda ſcꝫ paſſio ire que eſt appetit⁹
quidem vltionis ⁊ vindicte ⁊ vindicta ipſa appe
tita ſiue pena aut ſupplicium que pena ſe habet
vt effectus ⁊ opatio paſſionis mãſuetudo eſt mo

Diſtinctio mãſuetudi-nis ⁊ clemẽtie ſecundũ btm̃ Tho.

deratiua paſſionis. Et clemētia eſt moderatiua operationis. Et hoc declarat per ſimile nam per immoderatā cupiditatem pecunie inclinatᵉ quis ad furtum et tamen nō eſt eadē virtus circa vtrū ꝙ naꝫ liberalitas moderat cupiditatem pecunie iuſticia auteꝫ iubet abſtinere a furto. ¶ Hec opinio nō michi videtur vera primo qꝛ circa actum interiorem ⁊ exteriorem ſibi ſubordinatum et ab eo imperatū non ſunt ponende diſtincte virtutes ſed appetere vindictam et inferre penam ſe habent ſicut actus interior ⁊ exterior ab illo interiore imperatus nā qui efficaciter appetit vindictaꝫ et poteſt inferre infert ergo circa hec duo nō ſunt ponende diſtincte virtutes. maior patꝫ quia actᵘˢ interior et exterior eadem prudentia numero diriguntur et regulantur. Secūdo mō ſi ſic: ſequeretur ꝙ clemētia omnino ſupfluerēt ſed conſequēs eſt falſum igitur ⁊ patꝫ conſequentia quia vel moderata paſſione ⁊ ea ad regulam rōnis plene redacta aut moderata eſt ſufficienter operatio ſcilꝫ illatio pene aut ſupplicij aut non. ſi ſic cum primum ſufficienter fiat per manſuetudinem ſequitur ꝙ clementia omnino ſuperfluit. Nec poteſt dici ꝙ nō quia illatio ſupplicij in vltionem iniurie vel paruipenſionis qualiter ſoluꝫ pertinet ad clementiaꝫ nunq̄ꝫ fit niſi ex impulſu paſſionis ire ergo vbi hmōi paſſio ire eſt totaliter moderata ibi non eeperitur operatio eius rationi contraria.

Improbat btm̄ Tho.

Tertio ſi ſic ſequitur ꝙ ſtaret aliquem eſſe ſimul clementiſſimum ⁊ iracundiſſimum ⁊ ſimiliter ſtaret aliquem eſſe manſuetiſſimum et eſſe crudeliſſimum ſed hec nō videntur poſſibilia niſi ponendo ꝙ clemētia et manſuetudo ſunt circa alias et alias perſonas igitur. et patꝫ ꝯña volo ꝙ in aliquo per actus clementie frequentatos gñatus ſit excellentiſſimus habitus clementie quoquidē habitu inclinetur ad abſtinendū a penis ⁊ vltionibus inferendum et nichilominus tamē nō ſit aliquis habitus genitus repreſſiuus paſſionis ſcꝫ ipſius appetitus vindicte ſed potius ſit genitᵘˢ habitus augmētatiuᵘˢ huius paſſionis tunc conſtat ꝙ dabitur aliquis qui erit ſimul clementiſſimus et iracundiſſimus Similiter contrariuꝫ caſum ponendo dabitur aliquis ī quo erit genitus habitus excellentiſſimus manſuetudinis in quo tamen per continuas irrogationes penarum erit etiam habitus intenſiuus crudelitatis ex hῖs patet ꝙ nō eſt ponenda vna virtus circa paſſiones ⁊ alia circa operatiōes ⁊ huius opinionis eſt Burid. quarto ethicoꝝ. xiiij que. ita dicens. recitata predicta opinione ego autem puto ꝙ omnis virtus moralis ſit circa operationes exteriores ſicut ex predictis apparuit ⁊ apparebit quinto huius. Nā propter regulares operationes oportet moderare paſſiones. non enim indigemus virtute niſi ad tollendum rebellionem appetitus ad rationem vel difficultatem que eſt in ꝯſequendo iudiciū rationis hec autem rebellio vel difficultas ortum non habet niſi ab obiectis circa que debemus operari ſecundum ꝙ innata ſunt inferre paſſiones appetitui inclinantes ipſum preter vel contra iudiciuꝫ rationis et loquor large de paſſionibus et appetitu ꝓut ſe extendūt ad ipſam volūtatē hꝫ Buri.

¶ Prima concluſio nō differt clementia a manſuetudine per hoc ꝙ clementia eſt directiua operationum et manſuetudo eſt moderatiua paſſionum. iſta concluſio patꝫ rationibus ſupradictis. Et cuꝫ agetur de iuſticia diffuſius ſi opus ſit probabitur. ¶ Secunda concluſio clementia a manſuetudine differt in hoc ꝙ clementia eſt moderatiua ire et punitionis ſuperioris aduerſus inferiores manſuetudo autem moderatiua eſt eorumdem vniuerſaliter apud omnes. Iſta concluſio et differentia videᵗ eſſe poſita a Seneca et allegat eius auctoritateꝫ beatus Thomas vbi agit de clementia vbi dicit Seneca ꝙ clementia eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem. manſuetudo autem eſt nō ſolum ſuperioris ad inferiorem ſed cuiuſlibet ad quemlibet. Aduerte tamen ꝙ a Seneca clementia diffinitur multipliciter. Primo ſic. Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi. Secūdo ſic. eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem Tertio ſic. eſt inclinatio animi ad lenitudinem in pena exigenda. Et ſtatim ſubiungit id quod videtur eſſe fundamentum in omnibus iſtis diffinitionibus. di. et. qui omnes intelligunt clementiaꝫ eſſe que ſe flectit aduerſus id qđ merito conſtitui poſſet hoc eſt tunc ſolum clemētia dicenda eſt cum aliquid remittitur de pena iuſte debita rōne offenſe. Et ideo cōformiter adhuc ſic exponitur prima diffinitio. clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcēdi id eſt in poteſtate habentis tam de iure q̄ꝫ de facto inferendi penam pro iniuria debita. Qui enim in tali pena temperatum ſe gerit et minus pene exigit q̄ꝫ ſecundum ordinem iuſticie fuerat debituꝫ hoc tamen facit conformiter ad rectā rationē dictantem honeſtum et bonum eſſe diminuere penam: talis dicitur clemens ⁊ iſte ſenſus a parte explicatur per ſecundam diffinitionem ⁊ per terciam ſimiliter cum proprie non ſit exigenda pena niſi ex ſuperiore ⁊ propter offenſam ſiue delictū pena enim per comparationem ad delictum dicitur.

Pria

Scda

Ex iſtis apparet quod propriū opus clemētie nō conſiſtit in hoc ꝙ eſt nō punire pluſq̄ꝫ oportet vᵗ non excedere modū quem exigit rigor iuſticie in puniendo: ſed cōſiſtit in hoc ꝙ eſt punire citra debitum iuſticie cum id faciendum hortatur ratio. Ex quo patet ꝙ clemētie opus non excercetur niſi ad inferiorem et ſcilicet qui eſt cuſtos iuſti et equi quid autem ſit manſuetudo petetur poſtea.

¶ Tercia concluſio non omnis datio venie qua ſcilicet ſuperior abſoluit inferiorem a pena debita ſecundū leges pro delicto eſt clemētia Patet nō omnis talis eſt conformis recte rationi ergo non omnis talis eſt clementia añs patet. tuꝫ primo quia interduꝫ ex datione venie ille cui remittitur offenſa efficitur deterior ⁊ ad peccandū prōptior interdum vero res publica grauia detrimēta patitur ꝓpter dationem venie interdum vero datur venia in offenſa aliena et remittitur ſatiſfactio debita parti quod ad iniuſticiaꝫ pertinet qđ reprobans Seneca dicit ꝙ in iniurijs alienis facile indulgemus in noſtris ſumus implacabiles hoc mō enim faciendo et abſoluendo vnum a pena alter efficitur pena ⁊ iniuria. Secunda datio

Tercia

venie facta ab illo ſuperiore in cui⁹ poteſtate nō ſunt leges conſtitute ſed ſibi competit tantū agere ſecundum leges ſibi traditas nō eſt clementia quia non eſt facta ab eo qui poteſtatē habent abſoluendi reū ab obligatione legis igit̃. Tertio quia datio venie facta a principe habēte poteſtatem diminuendi vel auferendi penam institutā a lege pro illa portione q̄ ſibi competit non tanq̄3 principi ⁊ iuris ac legū cuſtodi ſed tanq̄3 perſone particulariter leſe et offenſe non eſt clemētia ſed magis eſt manſuetudinis opus quia talis datio venie non fit a ſuperiori ſecundum ꝙ ſuperior ſed fit potius a ſuperiori ſecundū ꝙ eſt pars particulariter leſa. ¶ Quarta concluſio datio venie ſiue remiſſio pene a ſuperiore poteſtatem habente ſecundū ꝙ eſt auctor legum ⁊ iuris ac equi conſeruator conformiter ad dictamen recte rationis facta eſt opus clementie ſtricte accepte Pro iſta concluſione eſt aduertendum ꝙ omnis qui cōmittit cauſam in proximū quod ſecundum legem eſt puniendū duplici tenet̃ pena vna quidē ad proximū cui nocumentū intulit p quā fit vt lucrū ⁊ dāpnū ex parte perſonarū ledentes et leſe reducantur ad equalitatem ſic ſcilicet ꝙ quantū perſona ledens accepit de lucro per ſuppliciū penā multam aut emendam ipſa accipiat de dāpno ⁊ quātum perſona leſa accepit de dampno tantum accipiat per condignam ſatiſfationem ledentis de lucro ⁊ reſpectu iſtius pene non conſiſtit clementia. alia vero ad cuſtodem legis qui offenſus eſt per huiuſmodi legis tranſgreſſionem ⁊ hec pena a criminoſis ſolet etiam repeti ⁊ proprie clementia eſt in remiſſione totali vel partiali huiuſmodi pene ⁊ eſt opus clementie cum hec remiſſio fit cōformiter ad dictamen recte rationis Contingit tamen aliquando ꝙ in iniuria facta contra principem princeps gerit vicem duarū perſonarum ⁊ debetur pena duplex vna debetur ſibi tanq̄3 perſone particulariter leſe altera tanquam cuſtodi iuris leſo et offenſo ⁊ in tali caſu locum habet in eadem perſona diſtinctio manſuetudinis a clementia aliquando vero non ſic diſtinguntur pene portiones nec in principe leſo ſic due rationes offenſe diſtinguntur ⁊ tunc remiſſio pene in tali caſu totaliter pertinet ad clementiā. dixi autem ſtricte accepta quia propter vnitatem perſone et immanifeſtam diſtinctionem harū portionū pene contingit aliquādo ꝙ nomine clementie vtrāq; remiſſionem pene ſignificamus. Et ſi obicias per illud therentij q̄3 iuſta ⁊ clemēs tua mihi fuerit ſeruitus ſcis vbi non videtur accipere clementiam mō ſupra dicto ſed pro beneficentia quadā Reſpondeo ꝙ auctores non ſemper vtuntur vocibus in ſua ſtricta ſignificatione acceptis ſed interdum earum ſignificationem extendunt interdū vtunt̃ eis tranſlatiue ⁊ figuraliter acceptis ⁊ inde naſcunt̃ varij colores verborū dico tamen ꝙ in illo loco therē. poteſt nomē clementie ſtricte accipi pater enim familias eſt velut princeps cōmunitatis iconomice ſiue domeſtice ⁊ ad eum pertinet cōdonatio erratorū iconomicā cōmunitatem tantū tangentium ⁊ ideo dici pōt fuiſſe clemens ſeruo cū negligenti aut offendenti ſeruo veniā dedit et penā aut ſuppliciū inde debitum remiſit.

Quīta ꝯclo ¶ Quinta cōcluſio māſuetudo eſt medietas laudabilis circa iras q̄ ſecundum ꝙ ratio dictat vel iraſcimur vel iram deſtituimus. Iſta concluſio eſt Ariſ. quarto ethicorum qui dicit hoc contingere quia medietas circa iras eſt innominata ⁊ ob hoc ferimus nomē manſuetudinis ad huiuſmodi mediū quod accidit ad effectū circa iras quod extremū eſt innominatū manſuetudo autem inquit eſt quedā medietas circa iras innominato aūt exiſtēte medio fere aūt ⁊ extremis ad mediā māſuetudinē ferimus ad effectū declinantē innominatū exiſtentē vbi videtur ſignificare Ari. ꝙ nomē māſuetudinis īpoſitū eſt primo ad ſignificandū defectū circa iras puta omnē diſtinctionē ire ⁊ poſt ea tranſſumptū ad ſignificandū medietatē circa iras que eſt diſtinctio ſiue moderatio ire conformiter ad rectā rationē huiuſmodi autē defectum nunc dicit innominatum quia nomen manſuetudinis quod ante huiuſmodi tranſlationem ⁊ attributionē erat propriū defectui ire per huiuſmodi tranſlationem eſt ſibi ⁊ medietati cira iras cōmune aut ſic facta eſt tranſlatio ꝙ huiuſmodi defectus deſinit appellari nomine manſuetudinis quo nomine appellata eſt ſolum illa medietas. ꝙ autem ſit medietas laudabilis probatur ratione eiuſdem Ariſ. omnis habitus quo quis iraſcitur vbi quando quibus et pro quibus et q̄3tum ⁊ ſecundum ꝙ oportet eſt medietas laudabilis ſed manſuetudo eſt huiuſmodi igitur minor patet qꝛ ille dicitur manſuetus qui per habitum manſuetudinis quem habet vult ⁊ cupit eſſe quietus nec duci a paſſione ire ſed in quibus et quantū ⁊ quomō ratio precipit iraſci vult eīn inquit Ariſ. manſuetus imperturbatus eſſe ⁊ non duci a paſſione ſed ſecundum ꝙ ratio ordinabit ita et in hūs ⁊ intantum tempus iraſci. Subiungit ꝙ manſuetus magis videtur peccare ad defectum quia non eſt punitiuus ſed magis cōdonatiuus. i. remiſſiuus iniurie quod exponi poteſt dupliciter. vnomodo de manſueto ſecundum primam īpoſitionem nominis ſecundum quā dictum eſt ꝙ manſuetudo ſignificat defectum in ira ſi autem intelligas de manſueto virtuoſo qui ſecundum rei veritatē nō peccat tunc intellige ſic manſuetus videt̃ idē apparē ſecundum opinionem multorum magis peccare ad defectū vel deficiendo in punitione quia enim frequenter condonat iniuriam ideo multis videtur ꝙ peccet ſecundum defectū qđ tamē nō eſt verū. aliter ſic manſuetus videtur peccare ſecundum defectum quia ſi manſuetus aliquando rationabiliter dubitē an offenſa punienda ſit an condonanda et ſint pro vtraq; parte eque fortes rationes magis declinabit in illo caſu dubitatis ad condonandum q̄3 ad puniendum.

Sexta ꝯclo ¶ Sexta concluſio contingit aliquando in ira deficere vituperabiliter probat̃ quicunq; ita deficit in ira vt videat̃ ſtupidus et inſipiens nec ſentiens dāpna ſibi illata nec propter hoc dolens et triſtatus ille vituperabiliter deficit in ira ſed contingit aliquando nos ita deficere in ira vt videamur eſſe tales ergo cōtingit aliquando in ira deficere. Secūdo quicunq; ita deficit in ira vt non reſiſtat nocē-

tibus perferat iniuriantem ⁊ familiares ſuos de-
ſpiciat et negligat et hoc nulli° boni honeſti gra
tia ille vituperabiliter deficit in ira ſed contingit
aliquando ita deficere in ira vt nullius boni ho-
neſti gratia nō reſiſtam° nocētibus perferamus
iniuriantis ⁊ familiares noſtros deſpiciamus ac
negligamus igitur contingit vituperabiliter in
ira deficere. Tertio probatur concluſio per illud
Criſoſto. ſuper Math. qui cū cauſa irato nō iraſci
tur peccat patientia enim irrationabilis vicia ſe-
minat: negligentiaꝫ nutrit ⁊ nō ſolum malos ſed
etiam bonos inuitat ad malum. Quarto per il-
lud eiuſdem iracundia que cum cauſa eſt non eſt
Cōtra ſextā ꝯcl'onem iracundia ſed iudicium. ¶ Cōtra ſextam conclu
ſionem arguitur ſic. nichil eſt viciū per qđ homo
deo aſſimulatur ſꝫ per eſſe omnino ſine ira homo
deo aſſimulatur igit̄, non eſt vitioſuꝫ omnino ira
carere. Secundo ira ad nihil eſt vtilis ergo defe-
ctus eius nō eſt vicioſus añs eſt Sene. lib. de ira.
Tertio malum hominis eſt preter rōnem eſſe ſed
ſubſtracta omni ira ab homine adhuc remanet
ſecundum rōnem eſſe cum adhuc remaneat inte-
grum iudicium rationis igr̄. Quarto ꝙ licet age
re ex paſſione eſt vituperabile ſed agere ex ira eſt
agere in cōmotione paſſionis cum ira ſit paſſiōis
cōmotio igitur. Quinto carere omni motu appe
titus ſenſitiui et omni corporali tranſmutatione
non eſt vicium. ſed ira eſt motus appetitus ſenſi-
tiui cū tranſmutatione corporali ğ omnino care-
re ira non eſt vicium añcedēs ptꝫ quia ſecundum
ſtoicos in hoc conſiſtebat ſumma anime quies.
Solutiōes. Ad primam nego minorem quia talis nō punit
nec caſtigat ex iudicio ſicut deus. Ad ſecundā ne
go añcedens, vtilis eſt enim ad hoc ꝙ hō prom-
ptius exequatur id quod recta ratio dictat imo
ira moderata eſt ipſemet actus virtutis manſue-
tudinis. Ad tertiā nego minorem in caſu in quo
ſecundū iudicium rationis caſtiganda eſt iniqui-
tas. Et ad probationem dico ꝙ in tali caſu vel iu
dicium rōnis non manet integrū vel ei nō obtem
peratur ſicut obtēperandū eſt. Ad quartaꝫ nego
maiorē eſt eñ agere aliqđ ex paſſiōe moderata ⁊
illud non eſt vituperabile. et ad minorem reſpon
dendum eſt ꝙ ira ſecundum Tho. aliquando ac
cipitur pro motu voluntatis ⁊ tunc ſecundū eum
agere ex ira nō eſt agere ex paſſione ſed ex iudicio
Aliomō accipitur ira pro motu appetitus ſenſi-
tiui et tunc ſecundum eum agere ex ira eſt agere
ex paſſione. Ad quintam nego maiorem in caſu
quia in caſu hmōi carentia huiuſmodi motus in-
fert carentiam vel debilitatē boni motus in vo-
luntate qꝛ motus in appetitu ſenſitiuo naturali-
ter ſequitur ad motum ſimplicem voluntatis ni-
ſi ſit aliquid repugnans vel impediens

Septima concluſio. ¶ Septima concluſio. nō ſolum in bello ſed etiā
in aliis iniuriis et paruipenſionibus ira virtuoſe
aſſumi poteſt. probatur ſi ira non poſſet virtuoſe
aſſumi hoc ideo eſſet aut propter triſticiam quam
importat aut propter appetitum vindicte nō pro
pter triſticiam qꝛ virtuoſum eſt triſtari de malis
et paruipenſionibus ⁊ iniuriis deo aut nobis aut
noſtris illatis cum virtuoſum ſit ea nolle euenire
Et poſtqꝫ euenerunt nō placere eorum euentum
nec propter appetitum vindicte quod patet. Tuꝫ
per illud vindica domine ſanguinem ſanctorum
qui effuſus eſt in terra. Tum per illud michi vin
dictā et ego retribuam. Tum tertio qꝛ omnis ira
tus poteſt iuſte et rationabiliter deſiderare ꝙ in-
iuria illata a malis et iniuſtis reparet̄ et emende
tur et de ea digne ſatiſfiat et ad equalitatem iuſti
tie reducatur igitur tam ex pte triſtitie qꝫ ex par
te vindicte ira poteſt vtiliter aſſumi mihi autem
videtur ꝙ multi antiqui negantes iraſci eſſe lici-
tum decepti ſunt ex ſignificatione termini. putāt
enim ꝙ in diffinitione ire vindicta accipiatur di-
ſtincte a caſtigatione emendatione aut ſatiſfactio
ne quod nō eſt veruꝫ ſed accipitur cōmuniter ad
vindictam ſtricte acceptam ⁊ ad emendationem
et ideo qui appetit reparationeꝫ pro iniuria quo
cunqꝫ modo licito vel illicito ille peccat. qui autē
appetit eo modo quo recta ratio dictat appeten-
dum ille virtuoſe iraſcitur nec peccat. poſſent ad
huc adduci rationes Ariſtotelis facte ad precedā
tem concluſionem que cōcludunt ꝙ contingit de
ficere in ira vicioſe non ſolum in bello ſed etiaꝫ ex
tra bellum. Secundo omne quod poteſt virtute
regi poteſt vtiliter aſſumi ſed ira et furor poſſunt
virtute regi nō ſolum in bello ſed etiam extra bel
lum igitur. maior patet quia quicquid eſt rectum
gubernatum et directum virtute illud eſt lauda-
bile. minor patet per illud homeri ꝙ allegat Ari
ſtote. tertio ethicorum virtutem immite furori.
nā ſtulte cuꝫ deprecaretur virtutē īmitti furori ni
ſi furor virtute regi poſſet qua ratione autem po-
teſt furor regi virtute in bello eadem ratione ⁊ in
ceteris rebus in quib° paruipenſio ⁊ iniuria emē
danda eſt. Tertio omne quod erigit cōcitat ⁊ im-
pellit virtuoſum ad exercitium ⁊ executionē ope
ris virtutis poteſt vtiliter aſſumi ⁊ hoc maxime ſi
nulla in eo ſit ratio culpe ſed ira eſt huiuſmodi igi
tur minor patet per illud homeri ⁊ virtutem per
furorē erige ratio enim aliquando dictat eſſe ali-
quid faciendum vel impediendum ſed interdum
vel per timorem vel per deſidiam aut alia ex cau
ſa torpemus in executione operis virtuoſi ſi autē
acceſſerit ira per quam et triſtamur de iniuria et
eam emendari volumus erigitur ⁊ concitatur vir
tus noſtra ⁊ prompto animo ferimur in id quod
a ratione dictatum fuerat. Quod ſi accipiat̄ ira
pro alteratione ipſa corporea aut pro ſignis ali-
quibus corporeis puta pro ebulitione ſanguinis
ſecundum illud Homeri et ebuliuit ſanguis aut
pro emiſſione ſpume per nares ſecundū illud eiuſ
dem ⁊ auſteram per ſingulas nares virtutē mō-
ſtrauit tunc dico adhuc ꝙ hec omnia poſſunt vir
tuoſe aſſumi ſed cum aſſumuntur prouidendum
eſt ne per hec excedamus deliberationem ratio-
nis ſed aptemus ea ad executionem eorum tantū
que per rationem dictata ſunt per hec enim ſit vt
labor operis non ſit nobis tam moleſtus nec taꝫ
ſenſibilis per hec excutitur torpor excutit̄ timor
⁊ vis quedam ac promptitudo ad exequendum
quod dictatum tribuitur verbi gratia aliquis eſt
eſt naturaliter timidus eſt tamen prudens etiam
in rebus bellicis ⁊ bene ſcit deliberare quādo quo
modo vbi ⁊ qualiter hoſtes inuadendi ſunt ⁊ per

habitum prudentie pertinentis ad fortitudinem
bene deliberat de bello ſuſcipiendo quia tamē eſt
timidus non audet exequi ideo vtile eſt ſibi aſſu-
mere iram que reddit hominē punacē quia per
eam excutitur timor ⁊ robur virib⁹ addicitur ita
etiam in aliĵs negocĳs vt in correctione malorū
⁊ in aliĵs operibus iuſticie punitiue aut reſiſtiue
Octaua cõclusio. iniurie. ¶ Octaua concluſio manſuetudo eſt vir
tus ꝓbatur omnis mediocritas circa id circa qđ
contingit ſuperhabundare ⁊ deficere eſt virt⁹ ſed
mãſuetudo eſt mediocritas circa iras circa quas
contingit ſuperhabundare ⁊ deficere ergo man-
ſuetudo eſt virt⁹ minor ꝓ prima parte pꝫ ex quin
ta concluſione ꝓ ſecunda ꝙ ſcilicet circa iras con
tingit ſuperhabundare nota eſt pro tercia patet
Cõtra ſepti mã ꝯclones ex ſexta ⁊ ſeptima concluſione. ¶ Contra ſepti-
maꝫ concluſionē arguitur ſic rationib⁹ que ſunt
Sene. aſſerentis nullo modo iram eſſe aſſumen-
dam a virtuoſo nihil eorū eſt bonum que ſunt con
tra naturam ſed ira eſt contra hominū naturam
ergo ira nulla eſt laudabilis minorēꝫ probat Se-
ne. nihil eſt homine ſecundum naturam ſuaꝫ mi-
tius ira aũt nihil eſt crudelius tum ſcđo quia ho
mo genitus eſt in adiutoriuꝫ hominū ira in exter-
miniū hõ ex natura ſua congregari cupit ira ho
minem diſcedere ⁊ ſeparari iubet hõ prodeſſe pe
tit ira nocere ira auida eſt pene homo beneficen-
tie vita conſtat concordia non terrore ira autem
ad terrorem eſt non ad concordiam Scđo vir bo
nus nullius pena gaudet imo cum cõdēpnat im
pium ab impietate ſua irreuocabileꝫ hoc non eſt
quia delectetur in eius pena procul enim eſt a ſa
piente taꝫ inhumana feritas ſed hoc facit ad do
cumentum ⁊ eruditionem aliorum ſed ira eſt ap-
petitiua pene ⁊ eo gaudet igitur. Tercio nullus
appetitus vindicte eſt laudabilis ſed ira eſt appe
titus vindicte ergo ira non eſt laudabilis minor
eſt certa ⁊ maior probatur quia ſecundum Ariſ.
caſtigatio eſt patiētis cauſa vt ſcilicet emendetur
ſed vindicatio ⁊ punitio ſunt cauſa punientis vt
ſcilicet ſatietur ſed conſtat ꝙ inferre penaꝫ alteri
gratia delectationis quam quis habet in pena il
lius eſt vituperabile igitur Confirmatur quia ra
tio ſufficienter decernit q̃ta pena et qualis ſit ex
igenda pro delicto ergo ira ſi īmiſceatur aut om
nino ſuperfluit aut per eam fit punitio ſupra con
dignū quod crudelitatis eſt. Quarto nihil quod
regi ratione non poteſt virtuoſe poteſt aſſumi ſed
ira ratione regi non poteſt ergo ira nõ poteſt vir
tuoſe aſſumi minor patet quia accendit ſanguinē
ad quam accenſionem ſequitur inordinatus mo-
tus ſpirituum ex quo cauſatur turbatio ſenſuūꝫ ⁊
fantaſie ſine quorum ſtatu non habemus liberū
vſum rationis vt apparet in ebriĳs et egrotanti-
bus nonnullis ergo ſicut bonum eſt totaliter ex
cludere ebrietatem quia eſt perturbatiua ſenſuū
ita et iram. Quinto melius eſt totaliter exclude-
re pernicioſa que nõ niſi difficillime regi poſſunt
q̃ꝫ ea ſuſcipere vt regantur et moderentur ſed ira
eſt huiuſmodi igitur maior patet quia talia po-
tentiora ſunt rectore et non patiuntur ſe minui.
Sexto virtus vicio nunq̃ꝫ adiuuãda eſt ſed eius
cõmixtione potius eſt contempta nec cum im-
petu opus eſt iraſcendum eſt ſed exurgendum et
nunq̃ꝫ ratio aſſumet in adiutoriū ſuum impetus
pronidos ⁊ violentos apud quos ipſa nichil au-
ctoritatis habeat ergo ira non poteſt virtuoſe aſ-
ſumi. Septimo quod nocet virtuoſe operanti nõ
poteſt virtuoſe aſſumi ſed ira eſt huiuſmodi igit.
minor patꝫ in gladiatorib⁹ qui arte teguntur ⁊ ira
denudantur vt pateant ictibus. Octauo quia cum
virtuoſus penam exigit aut eam exigit quia pe-
ne auidus ⁊ tunc peccat aut quia oportꝫ ita fieri.
Et tunc talis non eſt adnumerandus iratis. No-
no ſi ira eſt vtilis hoc maxime eſt quia per eã ma
li terrentur ⁊ effigitur contemptus ſed ira non eſt
vtilis propter primuꝫ quia periculoſius eſt time-
ri quam deſpici nam neceſſe eſt timere multos euꝫ
qui timetur a multis. Nec propter ſecunduꝫ tum
quia ſi vir ſapiens vires habuerit tunc abſq3 ira
ſolo recti rationi iudicio repellet malos puniet ⁊
terrebit ſi autem careat viribus tunc magis pate
bit iraſcendo contemptui ⁊ deriſioni. Ex iſtis ra-
tionibus dicit Buridanus bene concludit ꝙ ira
tantum in bello aſſumenda eſt cum propter triſti-
ciam ſenſus vires corporis diminuuntur videtur
autem michi ꝙ etiam in multis caſibus extra bel
lum virtuoſe poſſit aſſumi. Decimo arguitur ſic
omne illud cuius nulla cauſa iuſta poteſt eſſe vt
fiat ſemper eſt peccatum ſed nulla cauſa poteſt eſ
ſe propter quaꝫ aliquis iraſcatur ergo omnis ira
eſt peccatum minor patet per Caſſianum octauo
libro de inſtitutione nouitiorum vbi loquitur con
tra eos qui illi textui euangeliĵ qui iraſcitur fra-
tri ſuo addūt ſine cauſa et dicit ꝙ hoc eſt adiectū
ab illis qui propoſitum ſcripture non intellexe-
runt volentes nos fomitem iracundie omnimode
amputare nullamq3 indignationis occaſioneꝫ pe
nitus reſeruare. Undecimo arguitur auctoritate
eiuſdem Caſſiani li. eodeꝫ capitulo. v. dicentis ꝙ
omnis ad perfectionem tendens et agonem ſpiri
tualem legittime decertare cupiens ab omni ire
furoriſq3 vicio alienus exiſtat. Et hoc probat per
apoſtolum dicentem omnis ira et indignatio et
clamor ⁊ blaſſemia tollatur a vobis immo ibideꝫ
ex intentione probat ꝙ non ſit vtilis ad ſanandū
delinquentem fratrem. Delinquentem inquit fra-
trem ſi neceſſe eſt ita curare feſtinet vt dum mede
lam leuiori forte febricula laboranti procurat in
ferre non ſemetipſum iratus morbo cecitatis in-
uoluat et ſecundo ca. eiuſdem libri reprobat opi-
nionem dicentium non eſſe noxium ſi delinquen-
tibus fratribus iraſcamur. Duodecimo omne il-
lud eſt vituperabile et fugiendum quod turbatio
nem/inſipientiam/imprudentiaꝫ/iniuſticiam/in-
honeſtatem/precipitationem/rixam/ et peccato-
rum originem affert. Sed ira eſt huiuſmodi igi-
tur minor patꝫ pro prima parte per illud turba-
tus eſt pre ira oculus meus. Secunda per illud
ira in ſinu inſipientium requieſcit. Tertia per il-
lud ira perdit etiam prudentes. Quarta per il-
lud ira viri iuſticiam dei non operatur. Quinta
per illud vir iracundus inhoneſtus eſt. Sexta ꝑ
illud vir iracundus agit ſine conſilio. Septima
per illud vir animoſus parit rixas vir autem ira-
cundus effodit peccata. Et ideo reſpondendum

eſt ad rationes iſtas Senece nec omnino eodem
Solutiões. modo ſicut reſpondet Buri. ¶ Ad pꝛimã nego
minoꝛem vniuerſaliter intellectam. ad pꝛimã pꝛo
bationem ꝯcedo pꝛimã partem aſſumpti et nego
ſecundam de ira moderata imo ira moderata eſt
mititudo ſiue manſuetudinis actus. Ad ſecun-
dam pꝛobationem nego etiã ſecundam partẽ aſ
ſumpti de ira moderata. talis enim nõ petit exter
minium ſed emendationẽ: nõ petit nocere ſed pꝛo
deſſe et per eaꝫ pꝛocuratur cõcoꝛdia cum nihil ſit
tam diſcoꝛs vite humane ⁊ paci contrariũ q̃ꝫ pꝛa
uitas hominũ impunita. Ad ſecundã dico ꝙ vir
tuoſus nõ gaudet in punitione maloꝛum abſolu
te et per ſe ſed gaudet in ea aut quia per eam ſit
emendatio puniti vel alioꝛuꝫ: aut qꝛ per eam ſit
ſatiſfactio pꝛo culpa ⁊ ſeruatur legum et iuriũ au
ctoꝛitas et nego minoꝛem vniuerſaliter intellectã
irã enim virtuoſus ira moderatur vt punitioneꝫ
que per iram appetit̃ oꝛdinet in bona que ſupꝛa
dicta ſunt. Ad tertiam ꝯcedo maioꝛem de vindi
cta diſtincta a caſtigatione et nego minoꝛem vni
uerſaliter intellectaꝫ imo q̃ꝫuis ira ſibi relicta tẽ
deret in vindicationẽ hocmodo acceptaꝫ recta ta
men rationis conſilio in caſtigationẽ dirigitur et
oꝛdinatur ⁊ habet pꝛo fine id quod ſibi a ratione
pꝛeſtituit̃. Ad confirmationem concedo añs ⁊ ne
go ꝯñam quia ira non ideo dicitur immiſceri ra-
tioni quia ſit alius actus vł alia qualitas ab actu
per rationem directo maioꝛẽ penam expetens q̃ꝫ
ratio dictet ſed ira moderata magis impoꝛtat de
ſiderium puniendi id quod recta ratio dictat eſſe
puniendum eo mõ vbi et quãdo recta ratio dictat
illud eſſe puniendũ imo ira eſt actus elicitus vel
voluntatis vel appetitus ſenſitiui que moderata
dicitur cuꝫ id eodemmodo appetimus qḋ et quo
modo ratio decernit eſſe appetendum. Ad quar
tam negatur minoꝛ. Ad pꝛobationẽ dico ꝙ licet
ira ſibi derelicta et cui per rationem ⁊ imperium
voluntatis non occurritur facit omnia pꝛedicta
ſed cum eſt ratione regulata tunc non ſequuntur
iſta et quod dicit̃ de ebꝛijs ⁊ egrotantibus reſpon
deo ꝙ licet potatio vini ſit in poteſtate noſtra ta
men nõ eſt in poteſtate noſtra ne vinum potatuꝫ
perturbet ſenſum et ſimiliter de humoꝛibus ma
niacoꝛum. in poteſtate autem noſtra eſt ne appꝛe
henſio paruipenſionis cauſet hmõi motũ inoꝛ-
dinatum ſpirituũ notabilis durationis neq; ira-
ti ſunt comparandi ebꝛijs ſed magis vtentibus
vino. iracundi autem ebꝛijs magis comparandi
viderent̃. Ad q̃ntã nego maioꝛẽ. nã vbi ſine hijs
difficillimis deperit vſus virtutis ad ſalutem ne-
ceſſarius tunc neceſſe eſt talia aſſumere et eniti q̃ꝫ
tum poſſibile eſt regantur nec minoꝛ eſt vera: li-
cet enim ira ſit ad regendum difficilis multa ta-
men ſunt ea difficilioꝛa et ad pꝛobationem maio
ris nego aſſumptum qꝛ vt dictum eſt motus eius
ſubeſt libero arbitrio. Ad ſextam concedo añs et
dico ꝙ ira moderata nõ eſt vicium ſed actus vir-
tutis elicitus vel imꝑatus. Dico p̃terea ꝙ in om
nes tales impetus virtuoſus auctoꝛitatẽ habet.
Ad ſeptimã nego minoꝛẽ et ad ꝓbationẽ dico ꝙ
gladiatoꝛes reguntur arte et nudant̃ ira imode-
rata ſed ira moderata tecti excitantur acuunt̃ et

ſiũt ad inuadendũ hoſtẽ pꝛõptioꝛes. Ad octauã
ꝯcedo ſecundũ ⁊ nego ꝙ talis nõ ſit annumeran
dus iratis quia cum hoc quod expetit alteri penã
eo ꝙ opoꝛtꝫ ita fieri ſtat ꝙ triſtet̃ de iniuria ⁊ ꝙ ap
petit vindictam ad ſenſum datũ immo etiaꝫ ſtat
accenſio ſanguinis circa coꝛ. Ad nonam dico ꝙ
eſt vtilis quia eſt opus virtutis ⁊ actus manſuetu
dinis. Et ad pꝛobationẽ dico ꝙ duplex eſt timoꝛ
illatus alteri vnus eſt iuſticie recta ratione regu-
latus alius eſt temerarius. de pꝛimo nego aſſum-
ptũ de ſecundo concedo tutius enim eſt deſpici q̃ꝫ
timeri timoꝛe temerarie illato ⁊ contra rationem
quo inferunt̃ pene in vindictam ⁊ non in emenda
tionem. Et ad impꝛobationẽ ſecundi nego aſſum
ptũ nam ſi abſit ira tunc non erit appetitus emẽ
dationis ⁊ ideo mali non punient̃ ſed eis omnia
impune licebſit dico pꝛeterea ꝙ frequenter virvir
tuoſus vires habet ſed ſopitas ⁊ toꝛpentes ⁊ ideo
ad eas excitandas opus eſt ira. Multe rationes
contra Ariſtote. opinionem vident̃ fundate i hoc
ꝙ ira ſit quedam motio non virtuoſa ſiue pertur
batio que in hominem incidit et hoc ſiue ſit mo-
tio appetitus ſenſitiui ſiue coꝛpoꝛea ⁊ tunc queri
tur. Utrum hec motio poſſit aſſumi a virtuoſo?
Quantũ eſt de motione coꝛpoꝛea illa foꝛte nõ eſt
in poteſtate volentis niſi ratione cauſarũ ſuarum
q̃ꝫtum autem ad motionẽ appetitus ſenſitiui di-
co ꝙ talis poteſt regi ⁊ dirigi mediante imperio
voluntatis ſicut ⁊ aliaruꝫ rerum appetitus licet
alij ſint alijs difficilioꝛes dico tamẽ ꝙ pꝛeter hec
in voluntate eſt aliquis actus iraſcendi recta rati
one regulatus qui ab Ariſ. vocatur manſuetudo
et idem etiam eſt actus ire ſed nõ eſt iracundia qꝛ
iracundia deoꝛdinationem impoꝛtat. vtrũ autem
paſſiones virtuoſe aſſumi poſſint et que ſit paſſio
nis ratio alibi dicetur. Ad decimam reſpondeo
dupliciter. vnomodo ꝙ Caſſianus ibi loquit̃ con
tra eos qui videbant̃ aſſerere quodlibet iraſci ex
cauſa iuſta eſſe iuſtũ quod falſum eſt tamen quia
nullus iraſcitur qui non dicat ſe iuſtaꝫ cauſaꝫ ha-
bere. tum ſecundo quia licet quis habeat iuſtam
cauſam ire tamen cum hoc ſtat ꝙ excedat in iraſ-
cendo ⁊ iniuſtam vltionem appetat aut modo in
iuſto. Secundo dico ꝙ Caſſianus ibidem loquit̃
de ira que eſt indignatio contra pꝛoximuꝫ et dicit
eaꝫ omnẽ eſſe amputandã. nõ qꝛ quelibꝫ ſit mala
ſed qꝛ q̃libꝫ vel eſt mala vel occaſionẽ ad iram in
iuſtã pꝛebet et hanc ſolutionẽ tangit Caſſi. eodeꝫ
loco cum ait ꝙ ſecundum ſcripturam ſacram nul
lam indignationis occaſionẽ reſeruare debemus
nedum iubemur iraſci cum cauſa etiam ſine cau-
ſa iraſcendi nobis intromittatur occaſio. ⁊ ſubdit
finis enim patientie non iraſcendo iuſte ſed peni
tus non iraſcendo conſiſtit ex quibus verbis ap-
paret ꝙ aliquando iuſte iraſci nos contingit vbi
conſiderānduꝫ eſt qḋ loquitur monachis quibus
non eſt commiſſa alioꝛum cura. Ad vndecimam Duplex
dico ꝙ duplex eſt ira ſcilicet perturbans pꝛecipi ira
tans et excecans ⁊ iſta eſt ira vicioſa que pꝛopꝛie
iracundia dicitur et quã idem auctoꝛ dicit eſſe ei-
ciendam a nobis. Alia eſt ira excitans ⁊ erigens
qua contra maloꝛuꝫ iniquitates accẽdimur ⁊ iſtã
nõ percipit eſſe eijciendum a nobis. ꝙ autem ali-

quia ira ſit erigens ⁊ excitans ⁊ non precipitans
nec excecans patet quia idem auctor ſeptimo ca
pit. vult ꝙ aliquid ire miniſterium poteſt a nobis
cōmode aſſumi ac ſalubriter cum ſcilicet contra
laſciuientes cordis noſtri motus indignantes in
fremimus ⁊c̄. et hoc probat exemplo dauid tunc
arguitur ſic aut loquitur hic caſſianus de mini-
ſterio ire excecantis ⁊ precipitantis aut de mini-
ſterio ire erigentis tantum ſi ſecundum habeo in
tentum non primū quia nullum miniſterium ta
lis ire eſt nobis ſalubre ꝙ autē caſſianus tantuꝫ
loquatur in quinto ⁊ ſexto capit. de ira precipitā
te ⁊ excecante patet primo per auctoritatem ar-
guendo allegataꝫ. Secundo per illud quod poſt
immediate ſubdit qualibet ex cauſa iracūdie mo
tus efferuens cecat oculos cordis ⁊ acumē viſuū
exicialem validioris morbi ingerens trabem ſo-
lem iuſticie non ſinit intueri ⁊ ſequitur nihil in-
tereſt vtrum aurea lamina plumbea ve ſeu cuiuſ
libet metalli oculoruꝫ obtutibus importatur dif
ferentiaꝫ cecitatis non facit precioſitas metallo-
rum Ad duodecimam reſpondeo ꝙ omnes ille
auctoritates intelliguntur de ira precipitante et
Cōtra vltimā ↄclōnez excecante non de erigente ⁊ excitante. ¶Contra
vltimam concluſionem Arguitur ſic nihil cuius
ratio conſiſtit in diminutione ⁊ defectu eſt virtus
ſed ratio manſuetudinis conſiſtit in diminutione
et defectu ergo manſuetudo non eſt virtus maior
probatur quia omnis virtus corrumpitur per ſu
perfluū ⁊ diminutum minor patet tum primo qꝛ
manſuetudo eſt diminutiua ire tū ſecundo per il-
lud Ariſtotelis in quarto ethicorum Ad mediuꝫ
manſuetudinem ferimus ad defectuꝫ delinanteꝫ
tum tercio per illud eiuſdem non enim punitiuꝰ
eſt manſuetus ſed magis condonatiuus Secūdo
nullū pctm̄ eſt virtꝰ: ſꝫ māſuetudo eſt pctm̄ ergo
manſuetudo nō eſt virtꝰ minor pꝫ per illud Ari
ſtotelis loquentis de manſuetudine peccare eniꝫ
videtur magis ad defectū Tercio nihil cōtrariū
paſſioni eſt virtꝰ ſed manſuetudo eſt cōtraria paſ
ſioni ergo manſuetudo nō eſt virtus maior ptꝫ qꝛ
nihil contrariū paſſioni eſt per ſe bonum cuꝫ nul
la paſſio ſit per ſe mala ⁊ minor probatur quia ſe
cundum Ariſtotelem ſecundo rethorice ira que
contrariatur manſuetudini. Quarto circa illam
paſſionem que ſecundum ſe totam eſt praua non
eſt aliqua virtus ſed ira ſecundū ſe totam eſt pra
ua igitur circa iras nō eſt aliqua virtus et per cō
ſequens cū manſuetudo ſit circa iras ſequitur ꝙ
ipſa non eſt virtus minor patet tum primo quia
ipſa vniuerſaliter eſt in pte irrationabili que na-
ta eſt aduerſari ⁊ obuiare rationi. Tum ſecundo
quia irati minus preuident primo elenchorum ⁊
Chato ira impedit animum ne poſſit cernere ve
rum ⁊ ſeptimo ethicorum dicit Ariſtoteles ꝙ ira
et alie paſſiones ligant mentem vt non poſſit in
actum rationis inde eſt ꝙ Ariſtote. paſſionatum
aſſimulat violento vel infamiam patienti. Tum
tercio qꝛ ira īquietat aīaꝫ que nō ſit ſapiēs ⁊ pru
dens niſi quieſcendo ſeptimo phiſicorum. Tum
quarto quia ira mouet ad vindictam et non ex ze
lo iuſticie ergo eſt mala ↄſequentia teneꝫ quia om
nis motus ad vindictam et non ex zelo iuſticie eſt
malus. Quinto quia ſi eſſet virtus aut eſſet gene
ralis aut ſpecialis nō generalis vt conſtat nec ſpe
cialis. Tum primo quia ira circa quam eſt man-
ſuetudo non eſt ſpecialis paſſio quia ipſa et con-
cupiſcentia denominant totum appetitum ſenſi-
tiuum cum appetitus ſufficienter diuidatᷣ in iraſ
cibilem et concupiſcibileꝫ Tum ſecundo quia ira
claudit in ſe delectationem et triſticiam vt habe
tur ſecundo rethorice delectatio autem ⁊ triſticia
ſunt maxime generales paſſiones Tum tercio qꝛ
omnis paſſio ſpecialis habet aliquam paſſionem
ſibi contrariam vt amor habet odium delectatio
triſticiam ſed ira nullam habet paſſionem ſibi cō
trariam igitur Ad primam concedo maioreꝫ de
diminutione et defectu oppoſito mediocritati et
nego minorem. Ad primam probationem con-
cedo ꝙ manſuetudo eſt diminutiua ire inordina
te eomō ꝙ mediocritas diminuit ſuperhabundā
tiam. Ad ſecundam probationem dico primo ꝙ
manſuetudo bene declinat ad defectuꝫ per acceſ
ſum ſed non declinat ad ipſuꝫ tanq̄ꝫ ad id in quo
conſiſtit eius ratio aut tanq̄ꝫ ad obiectum Ari-
ſtotelis autem vult per illa verba per declinatio-
nem huiuſmodi acceſſuꝫ ſignificare ſecundū quē
modum vnaqueqꝫ virtus magis accedit ad vnū
extremū q̄ꝫ ad aliud aut vult dicere ꝙ nomē mā-
ſuetudinis aliquando attributum eſt medio ali-
quando vero attribuitur extremo declinātiad de
fectum ſed hoc eſt equiuoce ⁊ in prima ſignifica-
tione eſt virtus et nō in ſecunda. Ad terciaꝫ con
cedo ꝙ manſuetus non eſt punitiuus accipiendo
punitionē pro vindicta ⁊ vt diſtinguitur contra
caſtigationem imo citius condonaret offenſam
q̄ꝫ hoc modo puniret. Ad ſecundam cōcedo ma-
iorem ⁊ nego minorem ⁊ ad probationeꝫ dico ꝙ
ex textu illo non habetur ꝙ manſuetus peccat ſꝫ
ꝙ videtur et creditur ab imperitis peccare cuꝫ mi
nus punit q̄ꝫ illi forte mala affectione ducti pu-
niendum velint. Et preterea cuꝫ habet rationes
eque probabiles pro vna parte ⁊ pro alia nec po
teſt cognoſci ab eo quid magis faciendū ſit ma-
ſtis declinat ad non puniendū aut ad minus pu
niendum q̄ꝫ ad oppoſitum ideo videtur in hoc
peccare. ¶Contra hoc ſic arguitur quia vel tūc Replica.
peccat vel non ſi peccat habetur intentum nec
poteſt dici ꝙ non quia agit conformiter ad con-
ſcientiam erroneam quia agit conformiter ad
iſtam conſcientiam iſte non eſt puniendus.
¶Ad hoc reſpondeo ꝙ in caſu illo in quo igno- Solutio.
rantia eſt inuincibilis nec craſſa nec affectata ta-
lis non peccat. Et ad probationem nego ꝙ agat
conformiter ad conſcientiam erroneam immo a-
git conformiter ad conſcientiaꝫ rectā. Et ad pro
bationem dico ꝙ iſta propoſitio iſte non eſt puni
endus habet duplicem ſenſum vnus eſt iſte non
eſt dignus pena et iſta cōſcientia eſt erronea nec
agit conformiter ad iſtaꝫ alius eſt iſte non eſt cō-
dempnandus ad penam a me qui ſum neſcius et
ignarus ſui criminis q̄ꝫdiu ſum huiuſmodi cri-
minis ſui ignarus et iſti dictamini quod eſt rectū
et prudentiale ſe conformat et ideo actus ille cō-
donationis vel abſolutionis eſt conformis non
errori ſed prudentie. Ad hoc etiaꝫ facit ꝙ vbi ſe

tundũ rei veritatem eſſet dignus pena et cognoſ-
ceretur eſſe talis: tamen in caſu eſſet licitum ⁊ vir
tuoſum ei penam remittere e ideo cum eſt dubiũ
de eo qđ expedit ſine peccato declinare poteſt in
partem mitiorem. Ad tertiam concedo maiorem
et nego minorez accepto nomine manſuetudinis
pro mediocritate. Ariſtoteles aũt ſecundo retho
rice accepit manſuetudinem vt eſt nomen detra-
ctus ab illa mediocritate ⁊ iram nõ proprie vt eſt
nomen paſſionis ſed accepit eam pro iracundia.
Ad quartam nego minorez. Ad primam proba
tionem nego conſequentiã quia ſicut pars illa na
ta eſt aduerſari rationi ita et obedire. Ad ſecun-
dam probationem concedo añs de iratis ira per
turbatiua nõ de iratis ira ordinata. ira enim per
turbatiua eſt illa que impedit animũ a cognitio-
ne veritatis: ligat mentem et eam violentã reddit
et inquietã. Ad aliam probationem dico ꝙ licet
ira non habeat ex ſe ꝙ moueat ex zelo iuſticie ha
bet tamen hoc ex ratione et ex actu volũtatis eli
cito conformiter ad rationem qui actus habent
zelum iuſticie pro obiecto et conſequenter actus
appetitus ſenſitiui immo ⁊ actus exteriores caſti
gationis habent illum zelum iuſticie pro cauſa
motiua ⁊ impulſiua aut etiam pro cauſa finali.
Ad quintam dico ꝙ eſt virtus ſpecialis. Ad pri
mam improbationem nego ꝙ ira nõ ſit ſpecialis
paſſio et ad probationem nego aſſumptum quia
in diminutione illa nõ dicitur appetitus concu-
piſcibilis a concupiſcentia paſſione ſpeciali: ſed
magis ab actu cupiendi ⁊ deſiderãdi nec dicitur
iraſcibile ab ira paſſione ſed magis a cõtraniten
tia. Ad aliam probationem dico ꝙ delectatio et
triſticia ſunt paſſiones ſpeciales. dico preterea ꝙ
conſequentia non valet qꝛ generale bene includi-
tur in ſpeciali ſicut genus in ſpecie. Ad aliã pro
bationem dico ꝙ ire contrariatur manſuetudo ac
cipiendo iram pro iracundia: ⁊ manſuetudinem
pro defectu. Dico preterea ꝙ poteſt ſaluari alte-
terum contrariari alteri accipiendo pro paſſioni
bus vt ſcꝫ vtrũqꝫ accipitur pro diſpoſitione qua
dam ad motus ſubitos iram ſcꝫ ad motum vindi
cte et manſuetudinem ad motuꝫ inſenſibilitatis.
Ratio ante oppoſitum ſoluta eſt ex dictis.

Querit. Utrũ man-
ſuetudo ſit potiſſima virtus ad tem
perantiã pertinens. Arguitur ꝙ ſic
quia manſuetudo maxime valet ad cognitionem
dei in qua conſiſtit beatitudo igiẽ. añcedens pꝫ
per illud Jac. primo. in manſuetudine ſuſcipite
inſitum verbum. In oppoſitum arguitur qꝛ diffi
cilius eſt pugnare ꝯtra concupiſcentiam q̃ꝫ con-
tra iram. Notandum ꝙ opinio Thome eſt ꝙ qꝛ
ratio temperantie conſiſtit in refrenatione vehe-
mentiſſimarum concupiſcentiarum et delectatio
num ideo mãſuetudo cui idem actus conuenit cir
ca aliam materiaꝫ ſcꝫ circa iras [habet eñ refre-
nare iras] eſt virtus adiuncta temperantie tanq̃ꝫ
principali virtuti quia partes minus p̃ncipales
aſſignantur virtutibus principalibus ſecundum
ꝙ imitãtur ipſas in aliquibus materijs ſecunda
rijs. Sꝫ hec opinio poteſt reprobari faciliter ex
multis ſuperius dictis. Tum ſecundo quia ꝑ ean
dem rõnem ſequeretur ꝙ omnis virtus eſſet adiũ
cta temperantie cum nulla ſit virtus cui nõ con-
ueniat actus refrenandi paſſiones circa aliquam
materiam. nam liberalitas refrenat cupiditatem
pecunie et fortitudo paſſiones timoris ⁊ audatie
et iuſticia refrenat omnez paſſionem ne ꝑ eam ad
iniuriam alterius feramur. Tum tertio quia ira
nullomodo eſt materia ſecundaria reſpectu ꝯcu-
piſcentiarum tactus immo ſunt materie totaliter
deſparate ⁊ nullomõ ad ſeinuicem ordinate.
¶ Dico ḡ aliter pro quo ſit prima concluſio. mã
ſuetudo non pertinet ad temperantiam ſtricte ac
ceptam que ſcꝫ eſt moderatiua concupiſcentiarũ
tactus et guſtus. patꝫ quia hmõi temperantia ha
bet materiam diſtinctam a materia manſuetudi
nis quarum vna nõ eſt ſecundaria nec ſubordina
ta alteri igẽ. Patꝫ ſecundo auctoritate Ariſ. qui
non ſoluꝫ manſuetudinẽ a temperantia diſtinxit
immo nec alteram alteri in determinando cõiun
xit qđ feciſſet ſi vna earum fuiſſet adiũcta alteri.
¶ Secunda ꝯcluſio mãſuetudo ſe habet ad tem
perantiam cardinalem virtutem ⁊ communiter
acceptam ſicut ſpecies ad genus. probatur quia
per temperantiã hocmodo acceptam ſeruaẽ om-
nis virtus moderatiua delectationũ et triſticiarũ
non arduarum ſcđm rationem ſpeciei ſue et com
muniter omnibus hominibus inexiſtentiuꝫ: man
ſuetudo vero eſt moderatiua aliquarum hmõi tri
ſticiarum et delectationum ⁊ non omniũ quia eſt
moderatiua delectationũ et triſticiarũ que ſunt
in ira ḡ manſuetudo eſt ſpecies temperantie. Se
cundo omnis manſuetudo eſt temperantia ⁊ nõ
econtra et nõ eſt aliqua ꝯnotatio in altero eorum
ratione cuius impediatur cõmunius eſſe genus
ad alterum igitur. p̃ma ⁊ ſecunda pars añceden
tis note ſunt ex eoruꝫ diffinitionibus. Tertio pro
batur auctoritate Senece ſecundo de clementia
dicentis clementiam temꝑantiã eſſe. Quarto au-
ctoritate Tullij ponentis clementiam partez eſſe
temperantie. ¶ Tertia concluſio accepto nomi- Tertia co
ne temperantie collectiue vt ſignificat omnes ha cluſio.
bitus ſecundũ quos homo redditur temperatus
ſecundum totum viuere hoc eſt integre ⁊ perfecte
omnium ſcꝫ temperantia requiſita et ſufficiente
ad vitam hominis honeſte tranſigendã tunc mã
ſuetudo eſt pars integralis temꝑantie. patꝫ quia
ſicut miles eſt pars totius exercitus et habitus
vnius concluſionis logice eſt pars totius logice
ita ⁊ manſuetudo hoīmõ eſt pars totius tempe
rantie. eſt eñ vna temperantia preterq̃ꝫ ſunt mul
te alie. Nec repugnat aliquid idem eſſe partẽ ſub
iectiuam temperantie nõ collectiue accepte ⁊ par
tem integralem temperantie collectiue accepte.
¶ Quarta cõcluſio temperantia ſtricte accepta
eſt hominibus mediocris ſtatus potior q̃ꝫ man-
ſuetudo. probatur qꝛ per hmõi temperantiam re
frenatur paſſio turpior et exprobrabilior ⁊ ad ſu
perandum difficilior [vt alibi probatũ eſt] ⁊ hoc
probat Ariſ. ſatis diffuſe in ſeptimo ethicoꝝ. Se
cundo qꝛ materia temperantie frequentius inci-
dit hominibus q̃ꝫ mãſuetudinis ḡ melius eſt cir-
ca eam ſe laudabiliter habere. añs patꝫ quia cibi

et potius vſus frequentioꝛ eſt in hominibꝰ quam ira aut punitio Dixi aūt in hominibꝰ mediocris ſtatus quia in regibus ⁊ pꝛincipibꝰ ⁊ aliis in auctoꝛitate conſtitutis aliter eſſet dicendum vt ap- parebit cum agetur de clementia.

*Cōtra p̄mā cōcluſionē*

¶ Contra pꝛimam concluſionem arguitur ratione Thome poſita in notabili. Secundo arguitur auctoꝛitate Senece ⁊ Tulij ponētium manſuetudinem partem eſſe temperantie.

*Solutio.*

Ad pꝛimam concedo antecedens et nego conſequentiam quia nec ire ſunt materie ſuboꝛdinate concupiſcentiis guſtus ⁊ tactꝰ nec actꝰ mā̄ſuetudinis ſunt oꝛdinati ad actꝰ temperantie ſtricte accepte. Ad ſecundam dico ꝙ accipiunt temperantiam cōmuniter ⁊ nō ſtricte.

*Cōtra ſcd̄aʒ cōcluſionē,*

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur manſuetudo pertinet ad epikeiaʒ ergo nō eſt ſpecies temperantie antecedēs pʒ quia omnis virtus diminutiua penarum pertinet ad epikeiam vt vult Ariſtoteles quinto ethicoꝛum Secundo omnis temperantia eſt circa concupiſcentias ſed manſuetudo nō eſt circa concupiſcentias ſed circa iras et vindictas igitur mā̄ſuetudo nō eſt temperantia. Tercio manſuetudo pertinet ad pꝛudē̄tiam ergo nō eſt ſpecies temperantie Antecedēs patet quia inſania opponitur pꝛudentie ſed inſania opponitur manſuetudini ergo manſuetudo pertinet ad pꝛudentiam Quarto ſi manſuetudo eſſet ſpecies temperā̄tie ſequeretur ꝙ omnis perfecte manſuetus eſſet perfecte temperatus ſed conſequens eſt falſum igitur et pʒ conſequentia quia quicq̄d eſt perfecte homo eſt perfecte animal ⁊ quicquid eſt perfecte albus eſt perfecte coloꝛatus ⁊ pʒ falſitas conſequentis quia perfecte manſueto poſſunt deficere multe temperantie.

*Solutiōes.*

¶ Ad pꝛimam nego antecedens. Ad pꝛobationem reſpondet Beatus Thomas ꝙ epikeia diminuit penas que ſecundū intentionem legiſlatoꝛis ſunt diminuende licet non ſint diminuende ſecundū verba legis. clemē̄tia aūt diminuit penas ſecundum quā̄dam moderationem affectus faciendo ꝙ homo in inflictione penaruʒ nō vtat̄ ſua poteſtate. Hec ſolutio non placet mihi qꝛ non ſoluit de manſuetudine que [vt dictū eſt ſupra] etiā̄ eſt penarum diminutiua ⁊ non ſolum moderatiua irarum Tum etiā̄ quia clemē̄tia nō ſolum facit ꝙ homo nō vtatur poteſtate ſua imo etiam ꝙ non abutatur poteſtate ſua cū̄ opponatur crudelitati qua quis poteſtate abutitur cuiuſquidē̄ crudelitatis opus habet impedire.

*Duplex penaꝵ īflictio*

¶ Dico ergo ꝙ duplex eſt penarum inflictio quedam eſt a lege male intellecta ⁊ aliter quidem quam eam intelligendam eſſe voluerit legiſlatoꝛ ⁊ huiuſmodi penas diminuit epikeia. Alia a paſſione ire ſiue ab iracundia ⁊ tales penas diminuit manſuetudo facit enī̄ ꝙ he pene nō infligā̄tur quas ire paſſio pꝛocurat infligendas actu vl̄ aptitudine. Aliter reſpondeo ꝙ diminutio penarum cōtingit dupliciter. Vnomodo ex debito iuſticie Et hoc modo eas diminuit iuſticia ⁊ epikeia Alio modo ex humanitate ⁊ amoꝛe oꝛdinato ad homines ⁊ hoc modo eas diminuit mā̄ſuetudo et clemē̄tia. Ad ſecundā̄ nego maioꝛē̄ capiendo temperantiaʒ cōmuniter ⁊ concupiſcentiā̄ pꝛopꝛie vt paſſio eſt ab ira et aliis paſſionibꝰ diſtincta ſi aūt accipitur temperā̄tia ſtricte concedo maioꝛē̄ ſed nihil ꝯtra concluſiōem.

*Inſania accipit̄ duplr̄.*

¶ Ad terciam dico ꝙ inſania accipitur dupliciter. Vno modo vt eſt carentia ⁊ coꝛruptio vſus rationis ⁊ ſic opponitur pꝛudentie. Alio mō̄ accipitur vt eſt carē̄tia ⁊ coꝛruptio humani affectus quo homo ſcd̄m diſpoſitionem ſpeciei humane homini afficitur ⁊ hoc modo opponitur mā̄ſuetudini.

*Aliquis dicit̄ pfecte tē̄patꝰ duplr̄.*

¶ Ad quartam dico ꝙ aliq̄s dicitur eſſe perfecte temperatus dupliciter Vno modo qꝛ eſt temperatꝰ aliqua perfecta temperā̄tia ⁊ in hoc concedo conſequens. Alio mō̄ qꝛ eſt temperatus omni temperantia ſibi decenti ⁊ congrua ⁊ hoc modo nego conſeq̄nē̄tiam verbi gratia hō̄ non dicitur pfecte logicus qꝛ eſt perfectꝰ in vno habitu logicali ſed qꝛ habet omnes habitus logicales ſcientificos aut ſaltem oēs qui poſſunt cōmuniter haberi ab hominibus ſtudio logice incū̄bentibus. Cōtra quartā̄ cōcluſionem arguitur ſic mā̄ſuetudo maxime oꝛdinat ad beatitudinem ergo hoīm ipſa eſt perfectiua virtus Conſeq̄nē̄tia tenet qꝛ laus virtutis pꝛecipue conſiſtit in hoc ꝙ oꝛdinat hominē̄ ad beatitudinem et aūs pʒ pꝛimo per illud Iacobi pꝛimo in mā̄ſuetudine ſuſcipite inſitū̄ verbū̄ et Eccle. quinto Eſto manſuetus ad audiendū̄ verbū̄ dei et Dyoniſius in epiſtola ad Demophilū̄ dicit moyſeʒ ꝓpter multaʒ manſuetudinem dei apparitione dignū̄ habituʒ Secundo manſuetudo maxime eſt accepꝛata deo ergo eſt potiſſima virtus aūs pateʒ per illud Eccle. pꝛimo Bene placatum eſt deo ſides et mā̄ſuetudo ⁊ inde eſt ꝙ xp̄s inuitat nos ad imitationē̄ ſue manſuetudinis Diſcite a me [inquit] qꝛ mitis ſuʒ ⁊ humilis coꝛde ⁊ Hilarꝰ ait ꝙ per manſuetudinē̄ mē̄tis noſtre habitat xp̄s in nobis Eſt etiā̄ maxīe accepta hominibꝰ nā̄ Eccl. tercio. Fili in mā̄ſuetudine pfice opera tua ⁊ ſuper hominū̄ gloꝛia diligeris ⁊ pꝛouerbioꝛuʒ. xx. habet̄ ꝙ clemē̄tia thꝛonus regiꝰ roboꝛat̄ Tercio ſecundū̄ Auguſtinuʒ in ſermone domini in monte mites ſunt qui cedant impꝛobitatibus ⁊ nō reſiſtū̄t malo ſed vincunt malū̄ in bono ſed hoc pertinet ad miſericoꝛdiā̄ vl̄ pietatē̄ que eſt potiſſima virtutuʒ igit̄ ⁊ mā̄ſuetudo ꝙ pietas ſit potiſſima virtutū̄ pʒ per gloſā̄ Ambꝛo. ſup illud pietas ad oīa vtilis eſt omnis ſū̄ma religiōis chꝛiſtiane in pietate ⁊ miſericoꝛdia conſiſtit

*Solutiōes.*

¶ Ad pꝛimā̄ diſtiguo antecedens vel per moduʒ meriti ⁊ ſic negatur vel per modū̄ ſublationis īpedimē̄ti et ſic conceditur manſuetudo enī̄ aufert iraʒ inoꝛdinatam que īpedit cognitionē̄ veritatis et per quam frequenter contradicimus verbis veritatis quibꝰ foꝛte vicia noſtra tanguntur aliquando etiaʒ aufertur huiuſmodi impedimentum per humilitatem per quam tollitur ſuperbia et per magnanimitatem per quam tollitur inanis gloꝛia qua volumus videri pꝛeſtantioꝛes in ſacris litteris exponendum q̄ʒ ceteri et ideo dicit Auguſ. ſcd̄o de doctrina chꝛiſtiana ꝙ miteſcere eſt non contradicere ſacre ſcripture ſiue intelligere ſi aliqua vicia noſtra ꝑcutit ſiue nō intelligere quaſi nos meliꝰ ⁊ verius ſapere ⁊ percipē̄ poſſemus q̄ꝺ poſtremuʒ aliquando ex ſublatione inuidie contingit que perī

ſtet ad manſuetudinē. Ad ſcd̄am concedo ꝙ mā ſuetudo eſt accepta deo ſed ex auctoritatibus inductis arguendo nō habetur ꝙ ſit maxime accepta. credo tamē ꝙ in regibus ⁊ principibus habeat excellentem acceptabilem. Ad tertiam dico ꝙ argumentum videt̄ petere differentiaʒ inter pietatem et miſericordiam de qua poſtea videbitur Ratio ante oppoſitum ſoluta eſt ex dictis.

Q Uerit̄ tertio vtruʒ manſuetudo ſit tantū circa iras. Arguitur ꝙ non qꝛ manſuetudo eſt circa omne ꝙ eſt inflictiuū pene ſed odiuʒ ⁊ inuidia ſunt inflictiua pene ꝙ manſuetudo eſt circa odiū et inuidiam ergo nō eſt tantum circa iras. In oppoſitum arguit̄ auctoritate Ariſt. iiij. ethico. auctoritate etiam omniū auctorum qui de manſuetudine locuti ſunt. Notandū ꝙ natura ingenuis hominibus quandā humanitatem ad hoīes qua quantū fieri poteſt nō abeſſe et ꝓdeſſe hō homini cupiat ad qḋ ex debito moralis honeſtatis conſtringit̄. Hec autem ad hoīes humanitas minuitur interdū per cupiditatem cū ſcʒ ita cupiditate pecuniarū agimur vt nolimus hoībus prodeſſe liberaliter ita ꝙ vel nichil expendere pro ſubleuatione hominū velimus aut id etiā nolimus niſi inde vtilitatē conſequamur ꝯtra quā cupiditatem ponit̄ liberalitas interduʒ paſſionibus aliis nos perturbātibus ⁊ nos ipſos in malū aliorum irritantibus humanitas iſta diminuit̄ eiuſqꝫ impediunt̄ officia. Vbi gratia odiū concitat nos vt ei quem odimus male eſſe cupiamus ⁊ procuremus inuidia. ſimil'r ira etiā vt penā ei infligamus et hec faciunt vt hm̄oi contra humanitatem nō modo nō ꝓſimus ſed etiā noceamus. ¶ Notandum ſecūdo ꝙ ira accipit̄ dupliciter. Vnomodo ſtricte vt eſt paſſio diſtincta ab odio inuidia/zelo nemeſi/ ⁊ aliis hm̄oi paſſionibus. Secūdomō accipitur ira pro omni nolitione boni aut volitione mali alteri et hocmō odiuʒ/inuidia/nemeſis/ cōtinentur ſub ira tunc ſit. ¶ Prima cōcluſio. odium ⁊ inuidia ſunt vicia māſuetudini contraria.

*Ira capit̄ dupl'r*

*Pria ꝯclo*

probat̄ omne viciū morale alicui virtuti morali contrariat̄ ſed odiū et inuidia ſunt vicia moralia ergo odiū et inuidia alicui virtuti morali ꝯtrariantur ſed nō contrariant̄ iuſtitie nec fortitudini vt cōſtat ergo contrariant̄ tempantie et nō videt̄ cui parti temperantie ꝯtrarientur niſi manſuetudini vt patʒ diſcurrēdo per ſingulas ſpēs temperantie cōmuniter accepte igr̄. Secūdo odiū ⁊ inuidia ſunt ꝯtraria alicui ſpēi tempantie virtutis cardinalis ⁊ nō niſi manſuetudini igr̄. maior ptʒ qꝛ ſunt inordinationes earū paſſionuʒ q̄rum moderatio nō eſt ardua nec in paucioribus ꝯtingens Tertio volo ꝙ Ludouicus teneat̄ odio Karoli q̄ Karolus ꝓpter cōmiſſum crimē ſit adiudicatus morti: petat̄ tñ venia ⁊ remiſſio pene a Ludouico cui per multas rōnes ſuadetur honeſtū eſſe impartiri veniā Karolo ⁊ nihilominus tñ remittat̄ et retrahat̄ vehemēter Ludouicus ꝓpter odium in Karolū aut etiā ꝓpter inuidiā. vīcat tamē tādem in Ludouico ratio ⁊ impartiat̄ veniaʒ tunc ſic actus Ludouici in Karolū eſt actus manſuetudinis vel clementie vt conſtat ſʒ per hunc actū nō eſt ſuperata iracundia accipiendo iracundiaʒ prope ſed ſuperatū eſt odiū ⁊ inuidia nec huic actui repugnabat Ludouicus per iracundiam ſed per odium aut inuidiam: ergo odium et inuidia contrariantur manſuetudini. Quarto omnis ira inordinata eſt contraria manſuetudini ſed odiū eſt ira inordinata igitur. maior eſt certa ⁊ minor probatur per illud Auguſtini ſuper pſal. li. ira inueterata odiū eſt. ira turbat oculum odiū extinguit: ira feſtuca eſt: odiuʒ trabes ex quibus verbis apparet ꝙ odium eſt ira inueterata ⁊ per ꝯñs eſt ira inordinata. Quinto omne viciū ſe habens ad crudelitatē ſicut iracundia ad vindictā eſt oppoſitum māſuetudini cū crudelitas nō minus opponatur māſuetudini q̄ʒ vindicta. ſed odium ſe habet ad crudelitatē ſicut vindicta vel punitio ad iracūdiam igr̄. minor ptʒ ex Augu. ſcʒ de verbis domini cū ait multum diſtat inter pctm̄ iraſcentis ⁊ crudelitatem odio habentis. Sexto omne perturbans mentē perturbatione oppoſita ⁊ repugnante manſetudini eſt viciū oppoſitum manſuetudini ſed odium et inuidia perturbant mentem perturbatione oppoſita manſuetudini igit̄. maior patʒ qꝛ per Ariſto. quarto ethico. manſuetus vult imperturbatus eſſe ꝙ vicium qḋ perturbat mentem ꝑturbatione oppoſita manſuetudini eſt māſuetudini oppoſitū. minor probatur qꝛ odium ⁊ inuidia ꝑturbant mentē perturbatione oppoſita alicui virtuti morali cū ſint vicia mala moraliter ⁊ non alteri q̄ʒ manſuetudini vt poteſt per ſingulas induci igit̄. nec valet dicere ꝙ opponunt̄ caritati qꝛ caritas nō eſt virtus moralis ſed theologica. Septimo omne viciū in punitione ⁊ pena per ſe excedens eſt contrariuʒ māſuetudini ſed odiū eſt vicium per ſe in punitione et pena ſe excedens ergo odium eſt contrariuʒ manſuetudini maior videtur manifeſta qꝛ ly per ſe ⁊ non ratione alterius excedat in pena videtur directe cōtrariari manſuetudini. Dixi autem per ſe qꝛ aliquando propter cupiditatem fit exceſſus in punitione ſed talis exceſſus fit ratione alterius ſcʒ cupiditatis implende. minor patʒ per Senecam in multis locis. Et ſignant̄ in tragedia thieſtis vbi atreus preparans grauem vltionem in thieſtem indifferenter ire et odij nominibus vtitur iam in quis tuto in loco verſantur odia animis: odia dominata excidant. Dico ergo ꝙ ſicut iracūdia eſt appetitus inordinatus pene ei cui iraſcimur ita et per odium et per inuidiam penaʒ ei cupimus quem odimus vel cui inuidemus. per māſuetudinem autem fit vt neqꝫ odio neqꝫ inuidia perturbemur vt neqꝫ per hec penam vel nocumentum inferamus: immo vt ceſſemus odire vel inuidere nec penam inferamus niſi quando et quomodo recta ratio dictat inferendam. ¶ Secunda concluſio et ſi manſuetudo ſit tantum circa iram cōmuniter acceptam nō eſt tamen tantū circa iram ſtricte acceptam. patʒ quia eſt circa odium ⁊ inuidiam. vel probatū eſt ſed odium ⁊ inuidia diſtingunt̄ ab ira ſtricte accepta igit̄. manſuetudo non eſt tantum circa iram ſtricte acceptam. hec concluſio probat̄ per Valerium libro. v. qui de cle-

*Sc'da ꝯ*

mentia antonij in brutum loquens oſtendit per eam depoſitum eſſe odium anthonij in brutū ia centem [inquit] non hoſtem ſed ciuem depoſito

Cōtra iſtas ꝯcluſiones existimans odio. ¶ Contra iſtas concluſiones ar guetur cum ſpecialiter de odio et inuidia agetur ⁊ ad argumenta queſtionis reſpondebitur.

De manſuetudine

# Querit quarto vtrū

clementia ſit ſpecies manſuetudinis aut eidem eadem conuertibiliter Ar guit ꝙ non ſit ſpecies manſuetudinis q2 omnes indifferenter vtuntur nominibus manſuetudinis et clementie. In oppoſitum eſt Seneca libro de clementia Notandū quod circa diſtinctionē3 mā ſuetudinis ⁊ clementie opinio Thome ⁊ cetere vt habetur in primo notabili prime cōcluſionis de manſuetudine. Secundo Notandum ꝙ poſſum⁹ habere cauſam impulſiuam veram ⁊ apparente3 appetendi penam aut punitionem in tria genera perſonarum ſcilicet in perſonas nobis ſanguine vel affinitate aut aliqua equiualenti neceſſitudine coniunctas et reſpectu taliu3 moderatio ire vel odij aut diminutio punitionis conformis recte rationi dicitur pietas Secundo modo in perſonas inferiores in quas poſſumus ex auctoritate noſtra penas ⁊ punitiones legum ⁊ conſuetudinu3 temperare ⁊ huiuſmodi moderatio appellatur proprie clementia. Tercio mō in perſonas neutram habitudinem ad nos habentes ⁊ moderatio reſpectu talium appellat̄ mititudo ad quā aliqñ appropriat̄ nomē māſuetudīs nomē t̄n mā ſuetudīs ex ꝓprietate ſue ſignificatiōis has oēs moderationes ſignificat ⁊ eſt gen⁹ ad clementiā pietatem ⁊ manſuetudinem aproprìate acceptā

Pria ꝯclo ¶ Prima concluſio non differt clementia ⁊c̄.

Scda ꝯclo ¶ Secunda concluſio clemētia a manſuetudine differt in hoc ⁊c̄. ¶ Tercia concluſio Quarta cō cluſio vt habetur in illa prima queſtione. Quinta concluſio pietas remiſſiua clemētia et mititas ſūt ſpecies manſuetudinis Probatur omnis virtus qua ſit imediate deſtitutio ire vel odij ⁊ penaru3 diminutio vel remiſſio eſt māſuetudo ſed per quemlibet harum ſit immediate deſtitutio ire vel odij ⁊ diminutio penarū ergo quelibet talis ē mā ſuetudo ⁊ conſtat ꝙ nulla earum eſt manſuetudo conuertibiliter nec videtur ꝙ manſuetudo reſpectu earum ſit accidens proprium aut differentia ergo eſt genus cum iſte ſpecie differant Et ſi dicatur de pietate ꝙ per eam non ſit imediate deſtitutio ire ſed mediāte actu ſuo elicito pietas eni3 primo inclinat ad bene nolendum alicui ⁊ mediāte illo actu ad nolendum ei malum vel penam Contra probo ꝙ aliqua pietas inclinet immediate ad non male volendu3 alicui. Pono ꝙ petrus indignetur guillermo conſanguineo ſuo adeo ꝙ nullo modo bene velit ei temporaliter nō tamen male velit poſtea adhuc offendat eū guillerm⁹ adeo ꝙ ira exeſtuet Petrus i eu3 ⁊ incipiat ei male velle ⁊ expetere vindictam tandem deliberet ratio ⁊ conſideret eum eſſe de conſanguineitate ſua ⁊ concludat finaliter nullam vindictam inferre ⁊ quietetur ira eius et deſtituatur ſine hoc tamen ꝙ bene velit ei quo cum tercio immo primum eius ꝓpoſitum firmu3 maneat tunc ſic in petro per pietatem remiſſiuam ſit ire deſtitutio immediate igitur Antecedens patet quia ſit ire deſtitutio vt cō ſtat ex caſu et non mediante quocunqꝫ actu quo bene velit iſti immo primus actus quem habet eſt nolle ei infligere penam quia conſanguineus eſt que cauſa etiam poteſt eſſe rationabilis igitur iſta pietas remiſſiua pertinet ad manſuetudine3 ¶ Dico ergo ꝙ duplex eſt pietas benefica et remiſſiua. Benefica inclinat immediate ad actum bene volendi alicui ⁊ mediate ad actum male nolendi remiſſiua ſiue condonatiua inclinat immediate ad actum nolendi male ſiue nolendi pena3 vel vindictam inferri conſanguineo vel propinquo offendenti ⁊ ideo huiuſmodi pietas pertinet ad manſuetudine3. Hec aūt remiſſiua inclinat ad actum pietatis benefice non poſitiue ſicut benefica ad actum remiſſiue ſed per ablationem impedimenti ira eñ impedimentū preſtat ne conſanguineis noſtris cu3 adeſt oportunitas benefaciamus per pietate3 remiſſiuam tollitur huiuſmodi ira ⁊ relinquitur voluntas non agitata nec perturbata aliquo impellente ea3 contra iudiciū rationis ideo ex libertate ſua remoto illo īpedimento per pietatē remiſſiuam ex is in primum actum pietatis benefactiue. ¶ Sexta concluſio clementia pietas remiſſiua mititas et vniuerſaliter omnis manſuetudo ex humanitate ad homines recta ratione regulata oritur Pro qua cōcluſione aduerte ꝙ quida3 dicunt ꝙ humanitas eſt eruditio ac īſtitutio quā in bonas artes didicim⁹ ⁊ eos humaniſſimos dicūt qui eas artes ſinceriter cupiunt ſed iſti cū nitūtur docere elegantiā ⁊ ꝓprietatem timoru3 ſe de verbo⁊ proprietatib⁹ paru3 cognoſcere oſtendunt. Eſt eni3 humanitas ꝓpenſa ⁊ benefica voluntas in homines qua eos ⁊ ab incommodis ſubleuare et beneficijs cumulare proponimus et quia in hanc beneficam voluntatem optimarum artium inſtitutionibus incendimur ex effectu in cauſam deriuata eſt huius nominis ſignificatio. eſt igitur humanitas communis quedam in homines dilectio qua res eorum ac ſalutem curamus ac diligimus propulſamus incō moda et cōmoda procuramus. Ex hac enim affectione deſcendunt clementia mititas pietas et omnis manſuetudo deſcendunt miſericordia gratia ac liberalitas omnis ac beneficentia eadem magnum momentum habet ad iuſticiam cum intelligit vir humanus magna detrimenta parari hominibus cum poſtergata iuſticia non pro lege ſed pro arbitrio viuitur hanc humanitatem ⁊ ortum predictarum virtutum ab ea videtur tetigiſſe batus Thomas ſecunda ſecunde queſtione. c.lvij. ar. ter. in reſponſione ad tertium argumentum quod eſt de inſanis vbi ira dicit vel etiam inquit inſania ſecundum anima3 accipitur per hoc ꝙ humana anima recedit a debita diſpoſitōe ſpeciei humane quod quidē contingit ⁊ ſecundum rationem puta cum aliquis vſum rationis amittit et ꝗ2tum ad vim appetitiuam puta cum aliquis amittit affectum humanum ſecundu3 que3 homo naturaliter eſt omni homini amicus vt dicitur in

Sexta ꝯclo

Duplex pietas.

octauo ethicoꝝ et ſecundũ hunc modũ vult ꝙ
delectari in penis hominũ ſic inſania qꝛ per hoc
videtur homo priuatus affectu humano quem vt
Septima conclusio, ait ſequitur clementia. ¶ Septima concluſio. cle-
mentia principis in ciues eſt ceterarũ bonarũ af
fectionum, miſericordie / gratie / fortitudinis / ⁊ iu
ſticie non falſum iudiciũ. probaꝛ quia princeps
qui propter ſalutem ciuiũ iniurias proprias ne-
gligit ꝓpter eandem videt neglecturus opes cõ
cupiſcentias ⁊ vitam: nã ira in impugnando ho
minem eſt multo violentior ⁊ impetuoſior qꝫ cõ-
cupiſcentia ⁊ videmꝰ multos magis mori cupiẽ
tes qꝫ offenſores ſuos impunitos relinquere. Cõ-
firmatur ira eſt impatiens dilationis vindicte eſt
in ſuppliciis inſatiabilis q̄ etiam in eos qui aliq̄
neceſſitudine coniũcti ſunt parat ſupplicia exco-
gitatiua nouarũ ⁊ inauditarum penarũ facit exi
ſtimare penas illas q̄ grauiſſime ſunt paruas eẽ
et non ſeuire ac debachari per grauia tormento-
rum genera vult iratꝰ ſibi ad clementiam repu-
tari ergo qui hanc perturbationem vincit multũ
probabile argumentũ dat ſe facile propter amo
rem populi ſui reliquas affectiones malas ſupa-
turum triſticiam de dilatione vindicte ſignifica-
bat vero cum dicebat. O lenta nimiũ militis no-
ſtri manus ⁊ ira patiens poſt tm̃ nephas mea.
Quid non cruor ciuilis accenſas faces extinguit
in nos cede nec populi madet inſatiabilitatem ⁊
in eos qui ſanguinem ſibi coniũcti ſunt expreſſit
cum ait. Sed iam morte puniri parũ eſt grauio-
ra meruit impium plebis ſcelus et illa cui me ci-
uium ſubiecit furor ſuſpecta coniunx: ⁊ ſoror ſem
per michi tandem dolori ſpiritū reddat meo no
uorum ſuppliciorum excogitationem addit ac ce
leritatem mox tecta flammis concidãt vrbis me-
is ignes ruine noxiũ populum premant turpiſqꝫ
egeſtas ſeua cum luctu fames eſtimationẽ ingra
titudinis populi et clementie ſue in populū ſub
iecit. Exultat ingẽs ſeculi noſtri bonis corrupta
turba nec capit clementiam ingrata noſtra fer-
re nec pacem poteſt malis domanda eſt et graui
ſemper iugo premenda. Tertio princeps eſt mul
tum magis obligatus tueri ciues per opa iuſticie
et fortitudinis qꝫ per opera clementie: q̄ ſi ꝑ ope
ra clementie tueatur ⁊ ſubleuet eos dabit argumẽ
tum ꝓbabile ꝙ eos per iuſticiam ⁊ fortitudinem
Octaua cõ clusio et per alias affectiones tuebitur. ¶ Octaua con-
cluſio clementia principis eſt ciuiū in maiorem
eius vehementer inflammatiua. probatur omnis
illa virtus q̄ princeps ſalutem ciuiũ anteponit vo
luntati ſue accenſe ⁊ concitate in vltionem ⁊ vin
dictam inflãmat vehementer ciues in amorẽ pn̄-
cipis ſed clementia principis in ciues eſt hmõi
igitur. maior ſupponitur nota ⁊ minor probatur
quia cũ princeps paruipẽſus ⁊ offenſus mente fit
pacatus ⁊ condonat ac remittit ſuppliciũ ꝑ cle-
mentiam oſtendit ſalutem ciuiũ eſſe ſibi qꝫ cariſſi
Nona ꝯclo mam. ¶ Nona concluſio. in clementia maius eſt
et firmius regũ ſtabilitatum qꝫ in tirannide ⁊ in
metu ſuppliciorum. probaꝛ illud eſt maius ⁊ fir-
mius ſtabilitatiuum principis qð magis firmat
in eum ciuium voluntates: ſed clementia magis
firmat voluntates ciuiũ in principẽ qꝫ ſupplicij

metus igiꝛ. maior patꝫ qꝛ ciues qui firmatã ⁊ prõ
ptam voluntatem habẽt in principeꝫ querũt pro
deſſe et nõ tm̃ volunt videri ꝓdeſſe querũt procu
rare principi ea que vere bona ſunt ⁊ nõ tantum
que bona videnꝛ iis nõ eſt ſatis videri conari im
mo nec ſatis eſt conari pro ꝯſeruanda maieſtate
principis quin etiã cupiũt omnia facere ſine qui
bus maieſtas principis tuta nõ eſt. minor ptꝫ qꝛ
omnis metus triſticiam habet ⁊ maxime ſeruilis
qui ſcꝫ eſt timor ſupplicij qua triſticia nemo eſt q̄
non velit carere cũ poſſit. Confirmatur hec cõclu
ſio auctoritate Senece cui cum vere diceret fer-
rum tuetur principem ac ſi preſidiũ regni ſui in
tyrannide poneret docte reſpondit melius fides
ſibi iterum dicenti decet timeri Ceſarem reſpõdit
at plus amari. idem aũt Seneca in edipo ita ait
ſub nomine tremoris qui ſceptra duro ſeuus im-
perio regit timet timentes metus in auctorẽ red-
dit ⁊ hiis verbis reſpondet edipo dicenti odia qui
nimium timet regnare neſcit regna cuſtodit me-
tus. Secundo quicquid eſt amabile ⁊ deſiderabi
le ciuibus eſt maius preſidium principis qꝫ illud
quod eſt graue moleſtū ⁊ odioſum ſed opera cle
mentie ſunt ciuibus amabilia. timor vero ⁊ me-
tus eſt grauis moleſtus ⁊ odioſus eis igitur. ma
ior eſt certa et maxime cum cetera ſint paria. mi
nor probatur per illud quod in eadem tragedia
habetur Neroni enim dicenti. metuant neceſſe ẽ
ſcilꝫ ciues principem. reſpondet Sene. quaſi tra
hens ex hiis verbis argumentũ quicquid experi-
mur graue eſt ex quibus verbis ſic arguitur. quic
quid per violentiam fit cõpreſſionis et oppreſſio
nis in ciuibus illud eſt eis graue ⁊ moleſtum ſed
metus ciuium fit per violentiã oppreſſionis qð ſi
gnificauit Sene. ꝑ illud quicq̄d experimur. ꝓba
tur ſecundo illud idẽ per hoc quod ibidem rñdet
Neroni dicenti calcat iacentem vulgus iacentẽ
quidem i. quietũ ⁊ manſuetũ aut forte ſegnem ſe
gnicie, oppoſita iracundie rñdet Sene. inuiſum
opprimit vt aũt deterius opprimi qꝫ calcari ita
et deterior affectio oritur in ciuibus ex metu ⁊ o-
dio eorum in principem qꝫ ex ſegnicie et inirasci
bilitate. probaꝛ tertio auctoritate Falaridis tirã
ni viri docti et diſerti qui cum ciuium quos tiran
nide oppreſſerat beniuolantiaꝫ ꝓmereri non poſ
ſet ad alterũ remedium confugit ſcꝫ ad violenti-
am et confeſſus eſt eſſe in eo debilius tutamentũ
regni ex hoc ꝙ in multis epiſtolis ſuis dicit ſe in
tirannidis neceſſitateꝫ ꝯpulſum. ex hiis apparet
quantũ ſit inclementia et generaliter in omni be
neficentia regni preſidium. ¶ Cõtra quintam cõ Cõtra q[...] ꝯclusion[...]
cluſioneꝫ Arguiꝛ de pietate remiſſiua et ꝓbatur
ꝙ non ſit ſpecies manſuetudinis pietas benefica
remiſſiua ſunt eiuſdem gñis ſed pietas benefica
non eſt manſuetudinis ſpecies: ergo nec pietas
remiſſiua. minor eſt certa quia pertinet ad libera
litatem vel ad iuſticiaꝫ. maior probaꝛ qꝛ pietas
vniuoce dicitur de pietate remiſſiua et bñfica ſed
hoc non eſſet poſſibile niſi genus virtutis qð di-
citur de benefica pietate dicatur etiam de remiſ-
ſiua igitur. Secundo pietas eſt ſub aliquo ge-
nere virtutis puta ſub iuſticia ſecundũ Tullium
in rethorica aut ſub liberalitate ſecundum alios

ergo quelibet eiꝰ ſpecies eſt ſub eodem genere ali
as ſpecies pertineret ad vnum genus ⁊ genus ad
aliud ſed pietas in cõmuni hoc eſt hoc genus pie
tas non pertinet tanq̄ȝ ſpecies ad manſuetudi=
nem ergo nec pietas remiſſiua ad manſuetudinē
pertinet Tercio ſuppliciū ⁊ beneficium in ratio=
ne obiecti non ſufficienter diſtinguūt actus aut ha
bitus ſecundum genera virtutuȝ ſed benefica pie
tas ⁊ remiſſiua pietas habent omnia obiecta pa
ria ⁊ eadem preter beneficiuȝ ⁊ ſuppliciū ergo nō
pertinēt ad diuerſa genera virtutum maior pro=
batur quia ſicut ad liberalitatem pertinet affice=
re hominē beneficijs ita et a ſupplicijs hominem
liberare quod non contingeret ſi omnis actus ha
bens malum et ſupplicium ꝓ obiecto eſſet alteri
us generis ab actu habente beneficium ꝓ obie=
cto ⁊ ſimiliter ad idem genus iuſticie pertinet af
ficere malos ſupplicijs ⁊ bonos premijs.

Solutiões. ¶ Ad primam concedo maioreȝ quia vtraꝙ eſt
ſpecies huius generis virtus ⁊ concedo minoreȝ
et nego conſequentiam ſicut non ſequitur albedo
et ſcientia ſunt eiuſdē generis ſed albedo non eſt
ſpecies habitus generis nec ſcientia ꝙ ſi intelli=
gas maiorem de generibus contentis ſub hoc cõ
muni genere virtus moralis nego eam ⁊ maxi=
me de eis que ſunt genera ſecundū diuiſionē po=
ſitam ab Ariſtotele ⁊ cõmuniter receptam ſed ta
men teneretur ſicut forte tenebitur poſtea ꝙ pie=
tas benefica pertinet ad liberalitateȝ ⁊ liberali=
tas ad temperantiaȝ cardinalem virtutem con=
cedenda eſſet maior ⁊ diceretur ꝙ licet pertineāt
ad idem genus virtutis remotum ſcilicet ad tem
perantiam non tamē ad idem genus proximum
Et ad probationē maioris cõcedo ꝙ aliquod ge
nus quod dicitur de pietate benefica dicit̄ de pie
tate condonatiua vel remiſſiua ſed non quodlibȝ
et cum dicitur ꝙ pietas vniuoce dicitur ⁊c̄. dico
ꝙ illud dicitur vniuoce de aliquibus quod dicit̄
de illis ſecundum idem nomen ⁊ eandem eiuſdeȝ
nominis rationeȝ aut ergo intelligitur ꝙ nomen
pietatis ⁊ diffinitio eius data per genera ⁊ diffe=
rentias illorum generū vniuoce dicatur de pieta
te benefica ⁊ cõdonatiua ⁊ ſic ego nego/aut intel=
ligitur ꝙ nomē pietatis ⁊ ratio quid nominis ſi
ue deſcriptiua vniuoce de eis dicatur ⁊ ſic conce=
do. ita em̄ arguētes videtur imaginari ꝙ ſuppo
ſito ꝙ temperantia diuidatur in virtutem mode
rantem delectationes ⁊ triſticias tactus ⁊ mode
rantem cupiditatem ⁊ moderantē iraȝ ⁊c̄ mode
rans aūt cupiditatem que eſt liberalitas diuida
tur in gratiam miſericordiam ⁊ pietatem et pie=
tas in beneficam ⁊ remiſſiuam offenſe hoc em̄ mo
do diuidendo non poteſt euitari quin remiſſiua
pietas ſub liberalitate cõtineretur ſed dico ꝙ ali=
ter diuiditur liberalitas liberalitatū alia eſt ſub
leuatiua miſerie alia eſt impēſiua beneficij ⁊ que
libet harum diuiditur quia alia eſt in propiquos
et illa dicitur pietas alia eſt in alienos ⁊ ita pȝ ꝙ
in genere liberalitatis eſt duplex genus pietatis
ſcilicet ſubleuatiua ⁊ benefica. virtus autē mode
rās iras diuiditur in clementiam et mititudineȝ
et pietatem ſecundū ꝙ aliqua talis virtꝰ mode=
rat̄ iraȝ ſuperiorū aduerſus inferiores aliq̄ hoīs
ad ꝓpinquos ⁊ aliqua hominis ad alienos huiꝰ
exempluȝ poteſt dari hoc commune animal mor
tale vniuoce dicitur de animali mortali intellecti
uo et de animali mortali non intellectiuo ⁊ tamē
hoc commune animal mortale non eſt genus per
nens ad genus ſubſtantie ſub quo hec duo conti=
neantur immo animal mortale non intellectiuuȝ
idem eſt animali irrationali animal vero morta
le intellectiuum eſt ſpecies animalis rationalis ſe
cundum opinionem Por. ſimiliter corpus de ge
nere ſubſtantie et corpus de genere q̄ȝtitatis vni=
uocantur ī hoc communi corpus quod abſtrahi=
tam a ſubſtantia q̄ȝ a q̄ȝtitate ⁊ diffinitur per hoc
complexū dimenſionatuȝ tribus dimenſionibus
et tamen conſtat ꝙ licet corpus de genere ſubſtā=
tie contineatur ſub aliquo genere predicamenta=
li et ſimiliter corpus de genere q̄ȝtitatis continea
tur ſub aliquo genere predicamētali nō cõtinent̄
tn̄ ambo ſub tali eodem genere predicamenti ſed
vnum ſub ſubſtātia et aliud ſub q̄ȝtitate. Ad ſe=
cundam nego antecedens vt patet ex deductione
ſed dico ꝙ ſub pietate continentur duo inferiora
quorum vnum pertinet ad vnum genus et aliud
ad aliud ſicut ſub iſto communi continētur duo
inferiora quorum vnum eſt de genere ſubſtantie
et aliud de genere q̄ȝtitatis. Ad tertiam concedo
maiorem et nego minorem quia cõdonatiua ſiue
remiſſiua pietas habȝ offenſam pro obiecto habȝ
interdum iram etiā vel odium que per eā moderā
tur ſed benefica pietas non habet iſta pro obie=
ctis. Diffuſius autē de pietate tractabit̄ cū aget̄
de liberalitate. ¶ Contra ſextā concluſionē. Ar= Cõtra ſextā cõcluſionē.
guit̄ primo ſic huiuſmodi humanitas ad hoīes
aut eſt virtus aut non: non poteſt dici ꝙ non quia
eſt mediocritas quedam extremū in exceſſu et ex=
tremū in defectu habens nam contingit ſe habe=
re ad hoīes humanius q̄ȝ oportet ⁊ etiam minus
humane q̄ȝ oportȝ ergo huiuſmodi mediocritas
eſt virtus ſi dicat̄ ꝙ ſit virtus tunc querit̄ ſub qua
virtute continetur non ſub iuſticia nec ſub forti=
tudine nec ſub prudentia vt conſtat nec ſub tem=
perantia quia non ſub liberalitate vt patȝ inducē
do per ſingulas eius ſpecies nec ſub manſuetudi
ne quia tunc gratia et miſericordia ſub manſue=
tudine continerentur cū contineantur ſub huma
nitate igitur. Secūdo impoſſibile eſt virtutes ge
nere differentes ſub eodeȝ genere virtutis cõtine
ri ſed gracia ⁊ miſericordia cõtinētur ſub huma=
nitate ergo clementia que genere differt ab illis
non continetur ſub humanitate. ¶ Ad primam Solutiões.
dico ꝙ humanitas ad homines eſt virtꝰ ⁊ cõtine
tur ꝑtī ſub liberalitate partī ſub māſuetudine nā
habitus diligendi homines ⁊ eis benefaciēdi ge
nitus ex actibus q̄ habuerūt īmediate vel media
te cupiditatē repugnanteȝ ꝓ obiecto pertinet ad
liberalitateȝ habitꝰ vero cõſimilis genitꝰ ex acti
bus qui mediate vel immediate habuerūt iram
retrahētēȝ ꝓ obiecto ꝑtinet ad manſuetudineȝ di
co tamē ꝙ ꝑter iſtos actꝰ ⁊ habitꝰ reperiunt̄ aliꝗ
qui vident̄ priores iſtis ⁊ ſunt abſoluti ab huiuſ
modi paſſionibꝰ geniti ex actibus beniuolendi ⁊
benefaciendi hominibus nullomodo ꝑ tales paſ
ſiones impugnatis nec mediate nec immediate

et ex talibus habitibus dixi fluere et oriri liberalitatem et manſuetudinē qui actus licet ſint laudabiles ⁊ virtuoſi ⁊ ſimiliter habitus inde geniti tamē non ꝑtinent ad aliquam ſpālem virtutem non ad iuſticiam qꝛ ſuppono ꝙ ſunt tales actus bñfaciendi ad quos ex debito tm̄ moralis honeſtatis ⁊ non ex debito iuſticie tenemur nec ad liberalitatem qꝛ nō ſunt plus moderatiui cupiditatis q̄ʒ ire nec ad manſuetudinem quia nō ſunt plus moderatiui ire q̄ʒ cupiditatis. Exemplū hui⁹ eſt volitio qua quis vult iuſte viuere neminem ledendo pertinet ad iuſticiā ⁊ ſimiliter habitus ex multis talibus volitionibus genitus et tñ ad nullaʒ ſpeciem iuſticie pertinet qꝛ nō ad iuſticiam legalem nec ad iuſticiā diſtributiuā nec ad iuſticiam commutatiuam cū equalr̄ in actus iſtius ⁊ illius virtutis incliner. ſimiliter volitiones quibus volo vniuerſalr̄ tempate viuere ad nullam ſpēm temperantie pertinet cum habitus inde genitus nō plus inclinet ad actus vnius ſpēi q̄ʒ alterius. iſti autem habitus dicunt̄ eſſe cōmunes non quidem per inexiſtentiam nec ꝑ predicationē ſed per inclinationem quā faciunt nō immediate ſed mediantibus actus ſuis illicitis habens em̄ habitum quo benefacere velit hoībus ⁊ ſuperueniente cupiditate impellente ad oppm̄ elicit per habitum quem habet actum volendi bñfacere ⁊ mediante iſto actu ⁊ recto iudicio rationis dictantis nō eſſe deſerandam beneficentiā ꝓpter cupiditatem elicit actum refrenatiuū cupiditatis quo mauult benefecere hominibus q̄ʒ cupiditati inſeruire et iſte actus ⁊ habitus ex eo et cōſimilibus actibus genitus ad liberalitatem ꝑtinet. eodēmodo diceretur etiam de actu pertinente ad manſuetudinem Ariſtoteles autem nō enumerauit hmōi virtutes cōmunes ſed tantum enumerauit eas quibus cōtra cupiditates decertamur ⁊ illas ad quas ex debito iuſticie tenemur.

Duplr̄ aliq̄e vꝛtutes ꝯtinent̄ ſub hūanitate

¶ Ad ſecundā dico ꝙ virtutes aliquas contineri ſub humanitate poteſt intelligi dupliciter vnomodo ſicut ſpecies ſub genere et ſic ego nego minorem ⁊ maxime loquendo de humanitate eiuſdem rationis. Aliomodo ſicut actus ſub principio inclinatiuo mediate vel immediate et ſic ego nego maiorē ⁊ concedo minorem. dico ergo ꝙ habet habitus ille humanitatis a paſſionibus abſolutus cōtineat per inclinationē liberalitatem et manſuetudineʒ non tamen ꝯtinet illomō quo genus continet ſpēs ſuas ſcʒ per predicationem. Dico vlterius ꝙ humanitas ſpecialis habens cupiditatem pro obiecto et contenta ſub liberalitate ſicut ſub genere eſt alterius rationis ab ea que habʒ iram pro obiecto et continetur ſub manſuetudine.

Cōtra ſeptimā ꝯclōnē

¶ Contra ſeptimā concluſionē arguit̄ ſic. iſte virtutes nō ſunt adinuicem de neceſſitate cōnexe clementie cum nulla earum ſit cauſa alterius nec ex eadeʒ cauſa neceſſario dependeant igit̄ vna non eſt verū iudicium altarum. Secundo experimur multos eſſe clemētes qui nō ſunt fortes neqʒ bellicoſi ꝗ clementia nō eſt iudicium verū altarum affectionum.

Solutiōes.

¶ Ad primam concedo añs et nego ꝯñam quia licet aliquando ſeparentur tñ vt in pluribus coniunguntur et hocmō dicitur clementia verū iudicium altarū non propter neceſſariam ꝯnexionem ſed propter frequentiorem cōiunctionem ⁊ cum dicitur in probatione maioris ꝙ vna nō eſt cauſa alterius concedo dico tamē ꝙ omnes iſte ex eadem cauſa oriuntur frequenter ſcʒ ex humanitate ſiue affectu ac dilectione ad homines que affectio cum poteſt temperare iram habet magnā impulſionem ad alias affectiones inducendas non tamen neceſſario inducit eas qꝛ non niſi mediante actu libero voluntatis. Ad ſecundam nego añs. ſi enim experiamur clementiam ſine fortitudine hoc tamen eſt raro ⁊ in paucis licʒ in multis forte experiamur clementiam ſine bellicoſitate per quā ego intelligo vim corporis ⁊ pugnādi induſtriam ⁊ econtra. Dico p̄terea ꝙ licet experiamur aliquid ſimile clemētie ſine fortitudine nō tamē experimur frequenter et in pluribus veram clementiam ſine fortitudine per veram clementiaʒ ego intelligo venie dationem in eo qui auctoritatem ⁊ poteſtatem habet puniendi quomō quando quibus et pro quibus recta ratio dictat eſſe faciendum que cōmuniter fit ex vero amore ciuiuʒ propter quē iniurias ſuas princeps poſtponit et negligit per ſimile autem vere clementie intelligo indiſcretam venie dationem quā multi clemētiam appellant vt puta cum fit hmōi datio venie aut quibus nō oportʒ aut pro quibus non oportʒ aut non gr̄a cuius oportʒ puta non gratia honeſtatis ſed gratia humane laudis aut cupiditatis alicuius. iſta enim falſa clementia nō coniungit ſibi nec ſemper nec vt in pluribus alias affectiones.

Cōtra nonā cōcluſ

¶ Contra nonam ꝯcluſionem arguit̄ exemplis que inducit Nero contra Senecam in tragedia que Octauia. inſcribitur Primum de bruto qui armauit manus contra ducem a quo ſalutem fuerat conſecutus. Secunduʒ de Ceſare qui erat multum clemens ⁊ tamen occiſus fuit a ciuibus romanis in quos clementie opera exercebat. Tercium de Auguſto qui fuit virtuoſiſſimus et monarcha orbis qui proſcriptionibus ciuium ⁊ interitu nobilium tam iuuenum q̄ʒ ſenum imperium ſuū firmauit ⁊ ad timorem maiorē incutiendū expoſuit capita ceſoruʒ roſtris ⁊ prohibuit ne quis ſuos defleret imo etiā Philippi corpus inſepultum relinqui iuſſit auibus ⁊ feris paſcendū nec prius eius enſis quieuit q̄ʒ per cruenta vulnera et graues mortes tantus error ⁊ metus omnes inuaſit vt nullus imperium eius perturbaret ⁊ ita imperium eius tutum fuit metu armis ⁊ fide militum ⁊ nichilominus ille tanq̄ʒ deus apud eos conſecratus eſt ⁊ templis traditus. Poſſent alia multa adduci ſed hec pro nunc ſufficiant.

Solu

¶ Ad iſtas rationes reſpondeo ꝙ non omnia facta per ſupra memoratos viros ſunt tanq̄ʒ laudabilia defendenda. dico preterea ꝙ vera clemētia in ſubditos obedientes et in hoſtes victos exercenda eſt pro bono et vtilitate publica. Ideo de bruto dici poteſt ꝙ non obſtante ꝙ ſeruatus fuerit a duce illo nichilominus quia videbat euʒ ſumpſiſſe arma contra vtilitatem rei publice: ideo contra eum manus armauit. De Ceſare dico vnomodo ꝙ ipſe contra legem Romanorum ſibi vſurpabat imperium et ob hoc multi defen-

dunt eum iuſte ceſum Aliomodo dicitur ꝙ ciues
romani fuerunt in eum impij ⁊ iniuſti ⁊ ingrati
ꝙ ſi vſus fuiſſet in eos violentia ad maius tem=
pus forte protraxiſſent imperium ſed illud fuiſ=
ſet plenum trepidatione et tumultu ⁊ ſumptibus
ac impenſis quod non diutius duraſſet q̃z violen
tie ⁊ tirannidis furor ⁊ ideo ceſar ſimpliciter eli
gebat viam meliorem ad firmandum imperium
quam tamen inualidam fecit non clementie ad
eam rem imperfectō ſed prauitas romanorum et
odia in ceſarez latentia De Auguſto dico ꝙ due
ſunt ducum ⁊ imperatorum excellentiſſime virtu
tes quas tangit virgilius cum ait. parcere ſubie=
ctis ⁊ debellare ſuperbos ideo auguſtus vſus eſt
ſecunda in rebelles ⁊ hoſtes prima autem in eos
qui vere ſubditi erant aut victi taz corpore q̃z ani
mo q̃zuis non videatᷣ mihi excuſandus totalitᷣ
cum ipſe conſenſerit proſcriptioni eorum qui ſem
per partes ſuas fouerāt imo quos patres appel
lare ſolebat ad petitionem enim anthonij aduer
ſarij ſui conſenſiſſet proſcriptioni ciceronis in qua
re omniū auctorum ſententia idez auguſtus dāp
natur Ad rationem ante oppoſitum negatur an
tecedens.

De zelo.

QUeritᷣ quinto vtrū zelus ſit ſpecies manſuetudinis? Ar=
guitur ꝙ non manſuetudo eſt ire de=
ſtitutio ſed zelus non eſt ire deſtitutio ſed potius
excitatio igitur In oppoſitū arguitur omnis ap
petitus punitionis recte rationi cōformis eſt mā
ſuetudo ſed zelus eſt appetitꝰ punitionis recte ra
tioni conformis ergo zelus eſt manſuetudo. No=
tandum ꝙ ſecundum Ariſtotelem ⁊ omnes au=
ctores manſuetudo ſecundum ꝙ eſt nomen virtu
tis mediat inter iracundiam ⁊ iniraſcibilitatem
⁊ ideo vbi eſſet iracundia iram tenere aut punire
per manſuetudinem fit ire deſtitutio ſi nullo mo=
do puniendū ſit aut moderatio ſi aliquāta pena
exigenda ſit vbi vero deſtitutio ire eſſet inirāſcibi
litas per manſuetudinem inducimur iram retine
re ſi habeatur aut excitare ſi nō habeatur aut for
te ſi ſit minus remiſſa et ex hoc pꝫ q̃z docte Ari=
ſtoteles locutus eſt cum ait ꝙ nomine manſuetu=
dinis vtimur ad extremū in defectum cuz ait etiā
ꝙ māſuetus magis vrᷣ peccare ad defectū ⁊ ꝙ mā
ſuetus non eſt punitiuus ſed condonatiuus ⁊ pro
pter hanc ſignificationem nominis multis vide=
tur ſatis extraneum dicere ꝙ vindicatio aut zelus
ad manſuetudinem pertineant quod ſecundū ve
ritatem non eſſet extraneum ſi conſiderent nō ip
ſam ſignificationem nominis ſed illud ad quod
ſignificandum ex vſu auctorum ſumptum eſt ſi=
gnificat enim omnes habitus moderationis ire
quibus inclinamur ad puniendū ſimplr̄ aut ad
puniendum ſecundum dictamen recte rationis.
Tres actus māſuetudis ¶ Secundo Notandum ꝙ huiuſmodi actuū mā
ſuetudinis quidaz ſunt deſtitutiui ire quidaz ſunt
remiſſiui ire quidam ſunt retentiui ire alij ſunt ex
citatiui Deſtitutiui ire ſūt illi quibꝰ fit totalis cō
donatio offenſe ita ꝙ nihil pene repoſcitᷣ. Remiſ
ſiui ſunt quibus pars pene offenſe debite condo=
natur ⁊ pars infligitur Ad hoc tamē ſupponitur
ꝙ ira fuerit maioris appetitus vindicte q̃z ſit vi
dicta que ſcđm rōez offenſe tribuitur et vt dictuz
eſt hec totalis vel partialis offenſe condonatio ſi
fiat in ſubditos ab eo in cuius poteſtate eſt penā
infligere vel donare dicitur clementia ſi fiat in ꝓ
pinquos dicitur pietas condonatiua vel remiſſi=
ua ſi in alienos dicitur mititudo. retentiui ſunt
quibus volumꝰ punire q̃ztum punire appetimꝰ
quia de facto ita eſt ꝙ recta ratio dictat et conſu
lit tanta pena eſſe puniendum. Excitatiui ſunt q̄
bus volumus plus punire q̃z de facto punire ap
petebamus quia recta ratio dictat plus eſſe puni
endum ⁊ iſti actus cōmuniter ſignificantur no=
mine zeli aut vindicationis. ¶ Notandū preter= Zelꝰ capitᷣ quadruplr̄
ea ꝙ zelus accipitur multipliciter vnomodo pro
feruore quo quis q̃ztum poteſt ſtudet auferre ini=
quitates a ciuitate ⁊ ab eccleſia ⁊ eas maxime q̄
ſtatum ⁊ honeſtatem totius ciuitatis aut eccleſie
perturbant ex quo feruore naſcitur appetitus ⁊
deſiderium vindicte harum iniquitatuz qui pro
prie ſignificatur nomine ire a pſalmiſta cum ait
pſalmo. lxxviij. vſqꝫ quo iraſceris in finem accen=
detur velud ignis zelus tuus vbi auguſtinus ait
nomine ire vindicta iniquitatis ſignificata eſt no
mine vero zeli exactio caſtitatis ne ſcilicet anima
pretereūdo mandata diuina fornicetur vindicatᷣ
igitur iniquitas vt aīa caſta ſit hoc eſt vt in man
datis diuinis permaneat ⁊ ita videmꝰ ibi eſſe tria
exacta ꝓcuratio integritatis/legis/⁊ mandatoꝝ
qua nitimur ea non tantum impleri a nobis ſed
etiam a ceteris vt ſit ſtatus ciuitatis aut eccleſie
glorioſus et laudabilis. Secundo odium iniqui=
tatum huiuſmodi ſtatum et honeſtatem pollicie
perturbantium. Tertium eſt vindicta et vltio ini
quitatis vt ea caſtigata ſtatus pollicie aut eccle=
ſie integritatem ſuā recuperet et ita hoc quod eſt
exactio caſtitatis ſignificat principaliter procu=
rationem feruentez huiuſmodi integritatis legis
et mandatorum et cognotat odiū iniquitatis eaz
perturbantis et vindictam eiuſdem que vindica=
tio ſignificata eſt vt dicit Auguſtinus nomine ire
nomen autem exactionis importat ꝙ non queli=
bet ꝓcuratio integritatis legis ⁊ mandatoruz eſt
nomine zeli digna ſed ea que eſt vehemens et ſtu
dioſa per quam fit vehemens applicatio aut ad
tollendum ea que huiuſmodi integritatem et ſta
tum perturbant et ad huc non quelibet talis eſt
zelus ſed ea que fit per vindictam iniquitatū aut
triſticiam cum emendari non poſſunt. Et hec om
nia nomine zeli importari ſatis ſignificat Augu
ſtinus ſuper illud pſal. lxviij. quoniam zelus do=
mus tue comedit me hoc eſt inquit quia perfec=
tus ſum in illis iniquitates quia non patienter tu
li quos ſic corripui quia queſiui gloriam tuaz in
domo tua quia flagellaui in templo male verſan
tes hinc alienus/hinc hoſpes/hinc neſciunt/vn=
de ſim ⁊c. et gloſa ſuper pſalmum. xviij. ait zelus
eſt duplex liuoris qui eſt zelus malus ⁊ amoris q̄
eſt zelus bonus et gloſa Johannis. xi. ait zelꝰ bo
nus eſt feruor animi quo mens abiecto humano
ritur de inuidia ab offendente accepta ſed ſi hoc
modo intelligitur tunc non oritur regulariter in
dignatio niſi ex ira prime ſpeciei ſcilicet ex acutie
que eſt propalatiua ⁊ manifeſtatiua ſui ⁊ non ex
amaritudine aut acerbitate prima tamen expo-
ſitio mihi magis placet Caſſi. ſuper pſal. xxiiii.
inter iram et indignationē hoc modo diſtinguit
ira inquit ad vltionē ptinet īdignatio ad motum
animi mediocrē Per tumoreꝫ mentis intelligit
Tho ex cogitationē diuerſarum viarū vindicādi
⁊ nocendi quibus replet mentem iratus ⁊ ob hoc Quid ꝑ tu
dicitur mente tumeſcere. Michi autem videtur ꝙ morē mētis
per tumorem mentis intelligunt auctores elatio ītelligūt au
nem quandam irati et appreciationem ſui indebi ctores.
tam aut horum exteriora ſigna. Et preterea con-
temptum legis et preceptorum eoruꝫ maxime cō
tra que agit inferendo vindictam ſolent enim ira
ti cum offenſi ſunt vel paruipenſi ſtatim in mul-
tis comparare ſe paruipēdentibus ſcilicet aut in
genere aut in potētia aut in ſcientia aut in bonis
fortune aut in bonis nature et in conſideratione
horum tumeſcere mente. Excogitatio autem di-
uerſarum viarum nocendi non pertinet ad filias
ire ſicut nec vindicta pertinet ad filias ire ſed per
tinet ad conſiliū vindicte inferende qui enī vindi
care ſe cōſtituit ſtatī excogitat qua via faciliꝰ ⁊ cō
modiꝰ ſe vindicare poterit ⁊ iſti duo gdus ſcꝫ īdi-
gnatio ⁊ tumor mētis ſatis ſibi inuicē cōſentiunt
nā qui paruipēdentē dignificare deſiūt ⁊ ap̄pciare
neceſſe eſt vt ſtatī ſe ſibi in aliquo preponat aut in
eo in quo debꝫ nō ſe ſubiciat qd̄ eſt mēte tumeſce-
te. ¶ Probatur p̄terea ꝙ indignatio hocmō acce- Probatur ꝙ indignatio
pta ſicut accepit Tho. nō ſit filia ire qꝛ oīs actus ſcd̄ꝫ qd̄ acce
vel habitꝰ quē aſſignat Grego. ꝓ filia ire eſt vitio pit Tho. nō
ſus ſed nō oīs indignatio qua quis eſtimat iſtum ſit filia ire.
eſſe indignū talia vel talia inferre eſt vitioſa ergo
indignatio accepta pro huiuſmodi eſtimatiōe nō
eſt filia illa ire quaꝫ indignationeꝫ Grego. appel

lat. ſi tamen quis vellet dicere indignationem ac
cipi cōmuniter ad hec omnia ſatis ꝓbabiliter lo
queretur quia nō eſt dubium ꝙ iratus eſtimatio-
Euaſio ar- nem quā dicit Tho. habet etiam indignificatio-
gumenti. nem et contemptū quendam offendentis ⁊ ex hu-
iuſmodi actib⁹ indignificandi ⁊ ꝯtempnendi ma
xime iudicamus hūc eſſe contra illum indignatū
ideo ſatis videtur probabile ꝙ per indignationē
Scđa ꝯclō vtrumqꝫ intelligeretur. ¶ Secunda concluſio.
Clamor/contumelia/⁊ rixa: ſunt filie ire. probaꝛ
cōcluſio iſta. Aduerte ꝙ beatus Tho. per clamo
rem dicit intelligendam eſſe inordinatam ⁊ con-
fuſam locutionem in quo (vt mihi videtur) relin
quit qđ eſt de ratione clamoris vocalis expreſſis
que ad eius rationē nō pertinent maxime ſi per
inordinatā locutionem intelligat eam que eſt in
ordinata quo ad prolationem ⁊ non quo ad ordi
Quid cla- nationē honeſtatis moralis. Dico ergo ꝙ clamor
mor irati irati eſt alta et indebita vocis pronunciatio qua
iratus vel iniuriā cōqueritur vel beneficia ſua in
offendētem exprobrat vel eum indignum qui of-
fenderet vel indignificationis ſue aut contēptus
manifeſtationem aut aliquid hmōi ſignificat aut
huiuſmodi pronunciationis excogitationem taci
Declaratio tam. Dixi autem ꝓnunciatio vocis ⁊ non locutō
diffōnis cla quia clamor iſte aliquando fit ſine locutione per
moris ſolam pronunciationē interiectionum iram ⁊ in-
dignationē ſignificantiū. aliquando vero fit per
locutionem: eſt autē pronunciatio irati indebita
Pronūcia multipliciter. Unomodo ex inordinatione mora
tio irati inde li quia cum locus et tempus aut perſonarū pre-
bita multi- ſentium reuerentia ſilentium aut ſermonē mode-
plr redditꝛ ratum expetunt in clamorem altum prorumpit.
et hec inordinatio ſemper reperitꝛ in clamore ira
cundi. aliomō ex inordinatione pronunciationis
irati enim poſteriora prioribus clamando pre-
ferunt et ordinem locutionis ꝑuertunt. contingit
etiam inordinatio in ipſa pronuntiatione dictio-
num et ſillabarum. Tertio contingit etiā inordi-
natio in confuſione ſermonis qꝛ frequēter ita im-
petuoſe precipitanꝛ et confuſe loquūtur vt nihil
particulariter exprimāt per qđ poſſit eorū mēs
plene accipi quemadmodū apud Terentiū legi-
mus de geta qui multa clamando et indignādo
conqueſtus eſt priuſqꝫ illata iniuria poſſet cōcipi
verbis ſuis ⁊ bene verum eſt ꝙ clamor ille quē dif
finit Tho. ex ira oritꝛ. ſed clamor illomō diffinit⁹
nō eſt ſatis generale nomē ad comprehendendū
omnia que per clamorem ire filiam auctores in-
Quid p ri- tellexerunt. Per rixā ſecundū Tho. intelliguntꝛ
xā itelligat omnia nocumenta que de facto per iram proxi-
Thom. mis inferuntur. Iſta opinio non mihi videtꝛ vera
quia auctores cū enumerant filias alicuius pecca
ti nunqꝫ inter eas reponūt actus ꝓprios ſiue in-
teriores ſiue exteriores illius peccati: alias omne
peccatum eſſet vicium capitale ſed inferre nocu-
mentum proximo ledenti eſt actus exterior pro-
prius irati directe correſpondens appetitui vindicte
Quid p ri- ergo rixa hocmō accepta nō eſt filia ire ideo dico
xā itelligāt ꝙ per rixam aut auctores intellexerūt lites / iur-
auctores a- gia/et contentiones verbales vel mētales qua ira
liū a Tho. ti habent contra offendentes aut cōtra alios qui
fouere videntur partes offendentium. poſtqꝫ eñ

exijt iratus in clamorē ſiue per ſe ſiue cū alio ſa
per eſt vt vel cum offendente vel cum alijs litiget
iurgetur et rixetur ⁊ interdū hec omīa apud ſeip
ſum facit. hec aūt rixa aliquando fit per ſolam cō
tentionem ſine cōuitijs ⁊ verbis iniurioſis: ſed fit
contentio aut per exprobrationem beneficiorum
aut cum oſtenditur indignitas iniurie aut cū mi
ne inferuntur aut alio quouiſmodo ⁊ tunc ꝓprie
dicitur rixa. aliquādo fit cum verbis iniurioſis ⁊
tunc aſcendit ad gradum contumelie. cōtumelia
autem pōt fieri ſine rixa. fit enim aliquando per
conqueſtionem aliqñ per clamorē aliquando per
rixam. eius tamen propria ratio in hoc conſiſtit
ꝙ fit in verba iniurioſa prorūptio aut hmōi ver-
borū tacita excogitatio. Aduerte tamen ꝙ ſi vin
dicta quā appetit iratus eſſet cōuitiari ledenti et
conuitiaretur ſibi tunc actus ꝯuitij ſiue contume
lie eſſet proprius actus exterior ire ⁊ non eſſet fi-
lia ire. Sed dico ꝙ conuitium vel contumelia in
quā prorumpit iratus que nō eſt illata ab eo per
modum vindicte ſed magis ex impetu ⁊ vehemē
tia ire expreſſa eſt filia ire ⁊ differētia eſt inter iſtā
et illam qꝛ poſita prima contumelia quā ſcilꝫ ira
tus ſtatuit pro vindicta quieſcit ira qđ verum eſt
cum ſtatuit eam pro vindicta totali nō pro parte
vindicte. poſita aūt ſcđa nō quieſcit ira maxīe in
amaris et acerbis: in acutis autē contingit ꝙ qui
eſcit nō quia ſit actus exterior ire ſed qꝛ in eis fa-
cile quieſcit ira per ꝓpalationem vt habet Ariſ.
in quarto ethico. vt dictum eſt. tamen ſi cōtume-
liam iratus inferat per modum vindicte tunc cō
tumelia hmōi nō eſt filia ire ſed actus exterior ire
appetitui vindicte correſpondens. ¶ Tertia cō Terti
cluſio. blaſphemia eſt filia ire probatur qꝛ experi
mur in multis ꝙ in vehementia ⁊ impetu ire ira
tus prorumpit in verba et facta cōtumelioſa nō
ſolum in proximū contra quem iraſcitur ſed etiā
in deum tanqꝫ in eum qui cum prohibere potu-
it iniuriam non prohibuit aut in eum cuius im-
pulſione iniuria illata eſt aut qꝛ nō habet in quē
effundat impetum ire in deum adminiſtratorem
rerum omnium effundit. Inde eſt ꝙ irati etiam
impetum ire ſue nonūqꝫ in ſuos effundunt. blaſ- blaſph
phemia autem nō ſolum verbis ſed etiam factis fit dup
committitur vt ſi iratus ymaginem crucifixi con contum
fringeret: blaſphemaret nō verbo ſed facto. non parite
enim ſola verba ſunt ſigna iniurioſa contra deū
ſed etiam facta. Et eodemmō dicendū eſt de cō-
tumelia qđ non ſolum perficitur verbis ſed etiam
factis vt ſi ſtatutum fuerit in ciuitate ꝙ ante do-
mos meretricum ponatꝛ aliquod certum ſignū et
Bertha ſignum illud ponat ſcienter añ domum
vicine ſue tantam cōtumeliam hoc facto ei intu
lit qꝫtam intuliſſet ſi eam meretricem appellaſſꝫ
immo tanto maiorem qꝫto factū eſt voce perma
nentius. Ex quibus patꝫ ꝙ Tho. nō bene diffini- Corol
uit contumeliam ⁊ blaſphemiam cū ait. ꝙ ſunt
inordinationes quibus irati prorumpunt in ver-
ba iniurioſa que ſi ſint in proximum dicitꝛ contu
melia. ſi ſint in deum dicitꝛ blaſphemia. cum au-
tem fit ꝓceſſus ad factum tunc dicitꝛ rixa. horum Cōtra
enim exprobratio ſatis patꝫ ex dictis. ¶ Arguo nitiōe
enim ſic. cū impetus ire prorumpit vſqꝫ ad de- tas a T
ꝯtumel
blaſph

deſtructionem ymaginis crucifixi aut vſqꝫ ad fa-
ctum aliquod quod eſt ſignum contumelioſū ta
men modo ſupradicto pertinent actus illi ad fili
as aliquas ire ſed non ad indignationem aut tu
morem quia egrediuntur mentem irati nec perti
nent ad rixam cum non ſit ibi altercatio nec con
tentio plurium nec ad clamorem cum non ſit ibi
vocis indebita pronunciatio ergo nec ad blaſphe
(Qrta ꝯclo) miam et contumeliam. ¶ Quarta concluſio tri
ſticia eſt filia ire probatur iſta concluſio auctori-
tate Caſſia. enumerantis octo vicia principalia
hoc ordine gaſtrimargiā fornicationē philargi
riam ſiue auariciam iram triſticiā accidiā ceno
doxiam ſiue iactātiā ⁊ ſuperbiam ⁊ de ſex primis
dicit ꝙ incrementum priorū ſemper eſt poſterio
rum exordium quod probat inducendo per ſin-
gula vbi expreſſe habet ꝙ exuberantia ire eſt ori-
go triſticie Secundo ſecundum cum ſi volumus
ſuperare triſticiam oportet extinguere iram ſed
hoc non eſt niſi quia triſticia naſcitur ex ira igi-
tur. ¶ Aduerte tamen ꝙ in irato triplex reperi
(In irato tri plex inueni tur triſticia.) tur triſticia vna que eſt ex paruipenſione ⁊ offenſi
one Secunda que eſt ex nocumēto Tercia que eſt
ex eo ꝙ deeſt nobis vlciſcendi facultas prima tri
ſticia ſecundum Ariſtote. eſt formaliter ira vt pa
tet ex ſecundo rethori. ⁊ non eſt filia ire. Secun-
da eſt filia ire ſecundum Caſſia. ⁊ ſimiliter tercia
ipſe enim collatione quinta dicit ꝙ duo ſunt triſti
cie genera vnum quod de illato dampno deſide-
rio ve prepedito etiam iracundia deſinente gene
ratur aliud quod irrationali mētis anxietate ſeu
(Duo triſti cie genera) deſperatione deſcendit. Ex quibus verbis appa-
ret ꝙ preter triſticiam illam que eſt ira adhuc in
irato reperitur duplex triſticia vna que eſt de illa
to dampno vel deſiderio noſtro impedito que ma
net etiā quieſcente ira ita ſcilicet ꝙ prio ꝗ quis
ceſſat triſtari eo ꝙ offenſus eſt vel contemptꝰ ceſ-
ſat etiam appetere vindictā ita ꝙ totaliter in eo
quieſcit ira et adhuc remanet ibi vna triſticia de
dampnificatione ſiue de dampno illato que ſtat
etiam cum amicicia ad eum qui intulit damp-
num et ꝙ iſte triſticie ſint diſtīcte patet qꝛ aliquā
do eſt prima ſiue ſecunda vt cum iraſcimur ad-
uerſus eum qui conatus eſt inferre dampnum et
non potuit aliquando vero eſt ſecūda ſine prima
vt cum triſtamur de dampno nobis ab amico no
ſtro neſcienter illato et maxime cum de hac eius
ignorantia certi ſumus Tercia triſticia eſt illa ꝗ
Caſſia. dicit ex deſperatione prouenire cum enim
deſperamꝰ nos vlciſci poſſe tunc noua anxietas
naſcitur. Similiter etiam cum quis deſperat dā-
na illata reſarciri poſſe generatur noua anxietas
ex triſticia licet hoc multi ponerent pertinere ad
triſticiam de nocumento quia hoc quod eſt non
poſſe faciliter reſarciri vel reſtitui quod ablatum
eſt per nocumentum eſt circunſtantia nocumenti
quod ſi ponamus hoc pertinere ad aliam ſpeciē
triſticie tunc ponemus ibi quatuor triſticias in
irato quarū prima eſt ira alie ex ira naſcuntur tri
ſticia tamen ex deſperatione vindicte magis pro
prie dicenda eſt filia ire inulte ꝗ ire quia non na
(Quinta ꝯclo) ſcitur niſi ex ira que vltionem aſſequi non poteſt
niſi cum difficultate. ¶ Quinta concluſio ex ira

quandoqꝫ naſcuntur odium et inuidia de odio pa
tet quia ſecūdū Augu. pſal. li. ira inueterata odiū
eſt ⁊ comparatur ira ad odiū ſicut feſtuca ad tra
bem vt dicit Caſſi. li. de inſtitutione monachorū
cauendū ne feſtuca tua fiat trabes id eſt ne ira fiat
odium ſed ira nō fit odiū per hoc quod aliqn̄ fa-
ctum ſit vt hoc ſit illud ergo ira fit odiū per hoc
ꝙ naſcit̃ ex illo ⁊ hoc nato illud deſinit minor pꝫ
per diſtinctionē quā ponunt omnes auctores in
ter irā ⁊ odium de qua poſt dicet̃. Scḋo pꝫ per
Aug. in regula dicentē ꝙ odiū naſcitur ex ira.
Tercio patet per Grego. v. mora. dicētē nō nūqꝫ
diū accenſus animus per iram conſueta locutiōe
reſtrigitur p acceſſū tēporis penitꝰ a dilectiōe p
ximi ſeparat̃ ⁊ acriores ſtimuli ad mētem veniūt
cauſeqꝫ q̄ grauiꝰ exaſperant oriunt̃ ⁊ ira in odiū
vertit̃ Confirmat̃ ex hoc ꝙ eſt velle nocumētū al
teri p modū vīdicte orit̃ hoc quod eſt velle abſolu
tum nocumentum alterius ſibi male ſit. Sed pri
mum pertinet ad iram ſecundum vero ad odium
primum vero importat ꝙ illud nocumentum ſit
apparens ita ſcilicꝫ ꝙ innoteſcat hominibus no
cumentum illatum eſſe tale et a tali et in vltionē
iniurie hec enim importantur nomine vindicte li
cet a vindicante propter metum pene iuſte occul
tentur interdum appetit tamen hec manifeſtari
quantum fieri poteſt ſine damno ſuo ⁊ hec patēt
per diffinitiones ire et odij quas ponit Ariſ. ſecū
do rethorice. Et prima pars antecedentis proba
tur quia ex conſuetudine appetendi nocumentū
manifeſtum inducimur ad appetendum quomo-
docunqꝫ nocumentum. Similiter ex hoc appeti-
tur impotentia aut deſperatione vindicte iratus
appetit ei cui iraſcitur male eſſe et quia nō audet
aperte ſecrete procurat malū eius ex quibus na-
ſcit̃ in iraſcente odium de inuidia patꝫ quia vt di
ctum eſt de ira naſcit̃ indignatio ⁊ tumor mētis
i. appreciatio ſui ſuper offendentē ⁊ īdignificatō
offendentis ſed ex hoc tumore mentis que eſt ſu-
perbia quedam naſcitur inuidia igitur et ex ira
naſcitur inuidia. iratus enim per tumorem men-
tis appetit precellere ei in quē iraſcitur cōſtat au
tem ꝙ appetitus iſte excellentie inducit inuidiā
Et ſi dicatur ꝙ ira inducit et inclinat ad dolen- (Cōtra q̄ntā cōcluſionē.)
dū de bono illius cui iraſcimur ergo ex ira imme
diate generatur inuidia et non ſolū mediante tu-
more mentis. ¶ Ad primam reſpondet Beatus (Solutio)
Tho. ꝙ dolere de bono alicuius contingit dupli-
citer vnomodo propter deſiderium nocumēti ſui (Cōtigit du plr dolere de bono ali cuius.)
aut quia p hoc quod promouet̃ ad bonum pote-
ſtas vindicandi in irato diminuit̃ ⁊ ſic concede-
ret ⁊ negaret conſequentiam quia iſta triſticia nō
pertinet ad inuidiam. Aliomodo fit dolor de bo-
no alterius finaliter ꝓpter gloriā ⁊ exaltationē
noſtram ⁊ hoc mō negaret āñs ⁊ iſte dolor perti
net ad inuidiā vt dicit Tho. ¶ Sexta concluſio (Sexta ꝯclo)
Nō tm̄ ſunt quinqꝫ filie ire vt patet ex dictis Se
cundo pꝫ auctoritate Ambro. li. de paradiſo di
centis omnia vitia ex cupiditate ⁊ ira oriri incen
tiuum inde peccandi eſt ira vel cupiditas vel ple
rumqꝫ formido licet ex formidine oriatur cupidi
tas dum vnuſquiſqꝫ vult vitare qḋ metuit vnde
recte iracundia ⁊ cupiditas oſtendūtur incentiua

Septima concluſio.

reliquorum. ¶ Septima cõcluſio ſola p̄dicta na
ſcuntur ex ira regulariter totaliter ⁊ ſubito et nõ
in gñe cauſe finalis. Per hoc qḋ dicit̃ ſubito ſe=
cluditur odiũ qḋ nõ naſcitur niſi ex ira inuetera

Expõ ↄclõ nis

ta. per hoc qḋ dixi totaliter ſecludo triſticiã que
nõ naſcitur ex ira niſi vł poſito nocumento vł po
ſita deſperatione vindicte vel aliquo alio extrin=
ſeco. Per hoc qḋ dixi regulariter ſecludo omnia
alia que naſcunt̃ aliq̃n ab ira licȝ raro ⁊ in pauci
oribus vt iratus ad hoc ꝙ ↄmodius ſe poſſit vin
dicare ambit magiſtratũ aut officiũ vel auctori=
tatem iudicis aut alterius dignitatis et ita ambi
cio aliquando naſcit̃ ex ira ſed nõ regulariter. di
xi autem nõ in genere cauſe finalis ꝑpterea que
naſcunt̃ ex ira in genere cauſe finalis vt magiſtra
tus/ambitio/auaricia/diſſimulatõ/affabilitas qꝛ
in iſtis eſt dabile aliqḋ quod aliquando eſt ꝑpter
vindictam volitũ vel nolitũ. Qḋ autẽ iſta quin
qꝫ ſola hocmõ naſcantur ex ira patȝ qꝛ iratus ex
impetu ire aut fertur in proximũ aut in deũ. ſi in
deum: ſic eſt blaſphemia ſiue ſit mẽtis ſiue vocis
ſiue operis. ſi in proximũ contra quẽ iraſcit̃ aut
in aliquem ſuorũ aut conſiſtit in contẽptu et in re=
motione ſignorũ venerationis vel amicitie ⁊ tũc
eſt indignatio aut in cõparatione ſui ſcḋm exceſ=
ſum ad eum q̇ offendit et tũc eſt tumor mẽtis aut
cõſiſtit in accuſatione ⁊ defenſione et hoc menta
li vel vocali ⁊ tunc eſt rixa aut conſiſtit in queri=
monia eſtuãte et vehementi ſeu interiꝰ excogita=
ta ſeu exterius clamoſa ⁊ indebita voce ꝓlata et
ſic eſt clamor aut fertur in ꝓximũ per opprobria
et cõuitia ⁊ hoc ſiue mentaľr ſiue vocaliter et tũc
eſt ↄtumelia. Quod autẽ contumelia/clamor/blaſ
phemia: nõ ſolum cõſiſtant in factis ⁊ in verbis
ſed etiã in cognitione mentis patȝ per Gre. li. v.
mora. plerũqꝫ ira inquit per ſilentiũ clauſa intra
mentẽ vehementius eſtuat ⁊ clamoſas tacita vo=
ces format ecce de clamore mentali que nõ eſt ali
ud q̃ȝ excogitatio immo ⁊ formatio ſermonis cla
moroſi. ſine clamore tñ quod pertinet ad tertiũ
genus mentaliũ de quibus loquit̃ Aug. ⁊ recitat
Greg. de arimino p̀ma queſt. primi. Et ſequitur
obijcit et quaſi inter examen poſita diutius exaſ=
perata reſpõdet ⁊ hoc eſt quo ad rixam mentalẽ
Ex quibus concludit ſicqꝫ fit vt perturbatus ani=
mus maiorẽ ſtrepitũ ſui ſilentij ſentiat eũqꝫ gra
uius clauſa ire flamma ↄſumat. Et ſubdit ⁊ ideo
dicit cogitationes iracũdi vipere gñationes ſunt
et mentem comedũt matrẽ ſuam qḋ ſi ſit clamor
et rixa mentalis nulli dubiũ quinetiam ſit contu
melia mentalis ſicut autem rixa cõtumelia ⁊ tu=
mor ſunt operis vocis et mẽtis ita ⁊ blaſphemia
et indignatio et tumor mẽtis. blaſphemus enim
habet cogitationes deordinatas in deũ ſimiliter
iratus habet ꝑ indignationẽ ſigna conceptus et
in venerationis et ſeparationis amicitie ⁊ hoc tam
in verbis [ vt dicendo racha ] q̃ȝ in operẽ vt cum
eſt aſpectꝰ toruus aut alius motus vel geſtus ad
indignationem pertinens. ſimiliter iratus per tu
morem mentis exhibet aliquando ſigna preſtan
tie ſue ſup offendentem aut ſuos tunc ſic iſta exte
riora naſcuntur extra vt ↄſtat et nõ pertinent ad
blaſphemiam nec ad clamorẽ nec ad rixam nec
ad contumeliã vt cõſtat ex diffinitionibus q̈ per
tinent ad indignationẽ aut tumorẽ mẽtis. Tum
ſecundo qꝛ ſunt actus exteriores correſpondẽtes
actibus interiorībꝰ indignationis ⁊ tumoris mẽ
tis. ſimiliter accipiant̃ cogitationes ille blaſphe
mie cõtumelioſe clamoroſe et rixoſe iſte naſcunt̃
ex ira et nõ pertinent ad indignationẽ nec ad tu
morem mentis q̈ pertinẽt ad alias filias ire.

Octaua concluſio

¶ Octaua concluſio. ira eſt vitium capitale. pro
batur ↄcluſio ex dictis. patȝ ſecundo qꝛ ira ratio
ne impetus ſui et vehementie habet ꝙ ex ea mul
ta alia vitia oriantur vt ex ſupradictis patuit nõ
placet michi tamen qḋ ait beatus Tho. ꝙ ira ex
parte obiecti ſui ſcȝ vindicte que multũ appetibi=
litatis habet inquantũ appetitur ſub ratione iu=
ſti et honeſti habet ꝙ mala vitia ex ea naſcuntur
quia de ſex filiabꝰ quas enumerat nulla naſcitur
ex vindicte appetitu ſed ex impetu ⁊ vehemen=
tia ire q̃ȝuis vt dictum eſt triſticia naſcatur ex ap
petitu vindicte deſperate ⁊ odium ⁊ inuidia ſimi
liter ex appetitu vindicte ſed iſta non enumerat

Cõtra ꝑ cõcluſio

Tho. inter filias ire. ¶ Contra primam cõcluſio
nem arguitur primo. indignatio naſcitur ex inui
dia q̈ indignatio nõ naſcitur ex ira añs ptȝ quia
poſtq̃ȝ quis inuidere incipit alteri nõ plus ei ex=
hibet ſigna venerationis que exhibere ſolebat ⁊
ſimiliter poſſet argui de tumore mentis. Secũdo
tumor mentis eſt ſpẽs ſuperbie: ſed ſuperbia nõ
naſcitur ex ira cũ ipſa ſit origo omnium viciorũ
igit̃. Tertio arguitur cõtra ea que de indignatio
ne dicta ſunt primo per illud qḋ habet̃ Luce. xv.
de fratre filij prodigi qui cũ audiuit fratrem ſuũ
a patre cũ tanto gaudio receptum fuiſſe: indigna
tus eſt ⁊ nolebat intrare. Tum ſecundo per illud
quod Mat. ſecundo legitur de decem Apoſto. ꝙ
cum audiſſent ꝙ duo Apoſt. Johannes ⁊ Iaco.
fratres petijſſent ſedere vnus ad dextram alius
ad ſiniſtram indignati ſunt. Quarto indignatõ
cauſatur ex eo ꝙ mali florent in mũdo ⁊ boni ma
la patiuntur ergo non naſcitur ex ira. añcedens
patȝ per illud Ambro. Fratres non indignemi=

Bon[...] cũ B[...]

ni ſi mali florent in mundo ⁊ vos mala patimini
non enim eſt chriſtiane dignitatis in talibus ex=
altari ſed deprimi illi nichil habent in celo ⁊ vos
in mundo. ⁊ ideo quicquid vobis mali contingat
vos potius gaudere debetis. Tum ſecũdo per il=
lud Criſoſt. Nemo videns malignos proſperita
tem habere turbetur. nõ eſt hic retributio virtu=
tis ⁊ vitij ſed veluti quidem guſtus vt recitat̃ de
penitencia diſtin. ſexta. Tum tertio per illud Au
guſti. ſuper Pſalte. ſi felicitatẽ huius ſeculi pro
miſit tibi chriſtus murmura aduerſus illum quã
do vides infidelem felicem quid tibi promiſit fe
licitatis niſi in reſurrectione mortuorũ. quid au
tẽ in hac vita nihil ipſe promiſit an dedignaris
ſerue ⁊ diſcipule qḋ dominus ⁊ magiſter nõ dedi
gnatur nõne ab ipſo audis non eſt ſeruus maior
domino ſuo nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ il
le pro te dolores flagella crucem mortẽ ⁊ oppro=
bria portauit ⁊ quid horum iuſto debebat̃ quod
tibi peccatori non debeatur ſed conſtat ꝙ in iſtis

auctoritatib⁹ nō accipitur indignatio mō ſupra
Solutiōes. dicto igitur ¶ Ad primam concedo antecedens
et nego conſequētiam quia nihil repugnat idem
vitium ex diuerſis vitijs oriri ſecundū enim q̄ cō
temptus ꝛ indignificatio ordinātur ad deprimen
dū gloriaȝ alterius oriuntur ex inuidia ſcḋm ve
ro q̄ in hec prorumpit ire impetus oriuntur ex
ira. Ad ſecundā concedo antecedens pro prima
parte ꝛ nego ſecundaȝ dico em̄ q̄ ſuperbia oritur
ex varijs ꝛ diuerſis vicijs ſecunduȝ q̄ oſtenſuȝ eſt
cum agebatur de ſuperbia ꝛ cum hoc ſtat q̄ ipſa
mater omnium viciorū eſt Ad terciaȝ ꝛ Quartaȝ
dico q̄ indignatio aliquādo capitur pro triſticia
que triſticia aliquando eſt triſticia ire aliquando
eſt triſticia impatientie aliquādo eſt triſticia ne-
meſis aliquādo triſticia zeli aliq̄n triſticia īuidie
aliquādo odij conſtat auteȝ q̄ ſicut in predictis
auctoritatibus non capitur indignatio eo modo
quo diximus ita nec capitur eomō quo dicit Tho.
quia hijs modis triſticia non eſt filia ire Ad pri-
mam ergo probationem de fratre filij ꝓdigi dico
q̄ facit pro me nā nolle intrare patre gaudēte ſi-
gnū eſt inueneratiōis et cuiuſdaȝ diſſolutionis
neceſſitudinis filialis Et conſtat q̄ non poteſt ca
pi pro eſtimatione de qua loquitur Tho. Ad ſe-
cundam probationē de indignatiōe decē apoſto.
dico q̄ illa indignatio non erat ad triſticiaȝ perti
nēs ſed poti⁹ ad nemeſim ſi fuerit recte circūſtan
tionata ſi aūt defecerit aliqua circunſtantia tunc
pertinebat ad aliquid ſimile nemeſi. indignatio
autem ad nemeſim pertinēs eſt qua indignamur
alicui, ineſſe aut ꝓcurari aliquod bonum quo ipſe
indignus eſt et quia deceȝ apoſto. ſciebant Jo. ꝛ
Jaco. tanto bono indignos ꝛ ob hoc dictum eſſet
eis a chriſto neſcitis quid petatis ideo ſi non fue
rit aliunde viciuȝ indignatio eorū fuit nemeſica
ſi autem ob hoc triſtati fuiſſēt q̄ malebant bonū
illud ineſſe eis fuiſſet indignatio zeli accepto no-
mine zeli ſicut accipit Ariſto. ſecundo rethorice
conſtat autem q̄ non fuit indignatio ad iram ꝓ-
prie dictā pertinens nec fuit illa eſtimatio de qua
loquitur Tho. Ad quartam dico q̄ indignatio il
la qua indignamur malos florere ſi ſit recta circū
ſtantionata eſt indignatio nemeſica quia eſtima
mus eos indignos tanta bonorū affluentia Pro
pheta auteȝ et alij auctores cum debent non eſſe
ob hoc indignandi nituntur ſuadere non vt nul
lo modo indignemur ſed vt indignationem per-
turbantem que retrahit ab operibus bonis ꝛ cul-
tu diuino fugiamus et ad hoc inducit auctorita-
tes Ambroſij Criſo. ꝛ Aug⁹. poſſent etiam pre-
dicta exponi de indignatione īpatiētie ꝛ maxie
q̄n īdignatio ex hoc orit̄ q̄ carem⁹ bonis quib⁹ il
Cōtra ſc̄daȝ li habūdant. ¶ Contra ſc̄am terciaȝ et quartaȝ
terciā et q̄r- cōcluſiones arguit̄ ſic ſi predicta oriuntur ex ira
cōcluſiones aut īmediate aut mediate non īmediate quia tūc
eſſent actus eliciti ire ꝛ non eſſent inter filias nu-
meranda ſi mediāte actu elicito ire tunc vel eſſent
ſine quibus non poſſet haberi exterior actus ire.
quod eſt falſum de rixa blaſphemia ꝛ clamore et
contumelia vocalibus in amaris ꝛ difficilib⁹ qui
interius iram retinent aut eſſent vtilia ad huiuſ
modi actum exteriorem ꝛ hoc modo non coȝ per

hec reddat̄ ille contra queȝ quis iraſcitur cautior
ad cauenduȝ nocumentuȝ aut eſſent remotiua im
pedimenti actus exterioris ꝛ hoc non vt conſtat
igitur non oriuntur ex predictis. ¶ Ad hanc ra Solutio
tionem respondeo q̄ mediāte actu elicito mediā
te ſcȝ actuali triſticia perturbante habet enim ira
immoderata habitualis duos actus ſcilicet triſti
ciaȝ perturbantem ꝛ impetuoſaȝ ꝛ appetitū vin-
dicte. Et ad ꝓbationē nego conſequentiā pro tri
bus partibus et dico q̄ aliquid oritur ex alio du- Aliq̄d ex a
pliciter. vnomō in genere cauſe finalis quomō il lio orit̄ du-
liberalitas capiendi vnde oportet orit̄ in genere pliciter
cauſe finalis ex ꝓdigalitate ꝛ furtū aut rapina ex
auaricia ꝛ gula interdum ex luxuria ideo em̄ non
nulli gula abutunt̄ vt luxurient̄ Aliomō aliquid
oritur ex aliquo effectiue aut excitatiue quomō lu
xuria oritur ex gula ꝛ hoc modo predicta oriun-
tur ex ira quia triſticia illa irati eſtuens vt dicit
Gregorius excitat īmo impellit iratum vt in om-
nia ſupradicta prorumpat ꝛ per hanc diſtinctio-
nem pōt facile reſpōderi ad omnes partes argu-
menti q2 argumentū ꝓcedit de originatione inge
nere cauſe finalis cōcluſiones auteȝ de origine in
genere cauſe efficientis vel excitantis vel inclinan
tis. Aduerte tamen q̄ cū aliquid oritur ex alio in
genere cauſe finalis ex alijs et alijs actibus q̄ȝ cū
orit̄ ex eodē in genere cauſe efficientis. Nā primo
modo contingit mediante actu interiori quo vo-
luntas vult ꝛ fugit aliquid propter aliud aſſequē
dum vel fugiendum vt cum quis vult vti forti
vino vt luxurietur et cum quis diſſimulat inimi
ciciam vt facilius vlciſcatur vel noceat aut cum
quis vult accipere quod non oportet vt conſu-
mat in eo quod non oportet. Hec autem cauſa-
tio vel orignatio non dicitur eſſe in genere cau-
ſe finalis per ſecluſionem cauſe efficientis. Vo-
litio enim qua tu vis ſcortari cum iudicio quo
iudicas vinum forte eſſe aptum ad libidinem eſt
cauſa efficiens volitionis qua tu vis forte vinum
bibere. In ſecundo autem aliquando et commu-
nius cauſalitas eſt ab actu exteriori verbi gratia
in predicto exemplo bibere forte vinum eſt cauſa
efficiens ſcortationis excitans ſcilicet et inclinās
mediantibus certis qualitatibus corporalibus
per forte vinum genitis aliquando etiam hec cau
ſalitas contingit in actu interiori verbi gratia ſe-
cundum Caſſianum ira oritur ex auaricia non in
genere cauſe finalis quia non ideo quis vult vin-
dicari vt acquirat. Sed in genere cauſe efficien-
tis quia cupiditas exceſſiua habendi cuȝ iudicio
quo quis iudicat dampnum in bonis illatum eſſe
a tali eſt cauſa q̄ aduerſus illum iraſcatur ꝛ ideo
dans operam ſcientie morali multum debet no-
tare hos diuerſos modos originationis. Quan-
tum autem ad propoſitum pertinet dico q̄ nulla
de ſex filiab⁹ ire aſſignatis a Gregorio orit̄ ex ira
in genere cauſe finalis Quod patȝ quia vel irat⁹
indignat̄ contumeliat̄ blaſphemat ꝛ ſic de alijs
per modū vindicte et in vltionem iniurie et tunc
ſunt act⁹ ire ꝛ nō filie. Vel nō facit hec ex propoſi
to vindicte ſine cauſa vlciſcendi et tunc non vult
hoc propter hoc et per conſequens non eſt origi-
natio in genere cauſe finalis. Secundo cum eſt

originatio in genere cauſe finalis tunc nõ eſt ori-
ginatio mere naturalis ſed voluntaria quia pre-
ſtituitur a voluntate hoc tanq̃ʒ finis illius. Sed
originatio predictarum ſex filiarum ex ira eſt me
re naturalis et nõ preſupponit quamcunq̃ʒ pre-
ſtitutionem voluntatis nec ordinationem etiam
qua voluntas ordinet hoc ad illud ꝙ non eſt ori-
ginatio in genere cauſe finalis. Similiter etiam
odium ⁊ inuidia naſcunt̃ ex ira nõ in genere cau
ſe finalis: ſed in genere cauſe efficientis et eſt ali-
quo modo ſimile cautioni qua ex virgula fit tra-
bes ⁊ ex puero fit vir ſed nõ totaliter propter dif
ferentiam ſpecificam inter iram et odium.

Cõtra ſepti mã ↄclonẽ ¶ Contra illud qꝺ dictũ eſt in ſeptima cõcluſio-
ne de clamore arguit̃ ſic. nulla formatio alte vo-
cis eſt tacita et cum ſilentio omnis clamor eſt al-
te vocis formatio ꝙ nullus clamor eſt tacitus et
cuʒ ſilentio. Scꝺo omnis clamor eſt vox: nullus
conceptus mentis eſt vox: ꝙ nullus ↄceptus men
tis eſt clamor. Eodemmõ argui poteſt de rixa et

Solutio.. contumelia. Hec argumenta nõ fiunt niſi ad de-

Vox dupl̃r formatur clarandum intentionẽ Gregorij. ¶ Ad primam
dico ꝙ vox dicit̃ formari dupliciter. Unomõ in ſe
cum ſcʒ ipſa mediantibꝰ inſtrumẽtis naturalibꝰ
producitur ⁊ ſic concedo maiorẽ accipẽdo ſilen
tium pro ꝓlatione vocis aliomõ vox dicit̃ forma
ri in ſigno ſuo ſicut faciũt illi qui tacentes loquũ
tur qui formãt in ſe ↄceptus mentales nõ imme-
diate repñtantes res. ſed repñtantes imediate vo
ces ipſas et hocmõ intelligit Gre. voces clamo-
ſas a mente tacita formari q̃ʒ ſcʒ mens ipſa irati
format cõceptus mentales qui ſunt naturales ſi-
militudines vocũ altarum ⁊ clamoroſarum imo
aliquãdo talia cogitando ⁊ mente formando ita
cõmouetur animo vt etiam nõnullos motus ⁊ ge
ſtus corporis conformes habeat. ¶ Ad ſecundã

Clamor capit̃ dupl̃r dico ꝙ clamor accipitur dupl̃r. Unomodo ꝓprie
pro voce alta ⁊ ſic concedo maiorem. Aliomodo
communiter pro hmõi voce aut pro ſigno men-
tali talis vocis nõ ſolum repñtante eam ſecundũ
ꝙ vox ſed ſecundum ꝙ alta et ſic nego maiorem

Duplex cõceptus Et ad minorem dico ꝙ duplex eſt conceptus qui-
dam eſt naturaliter repreſentatiuus rerum quas
ſignificat ⁊ de tali concedo minorem. Alius eſt re
preſentatiuus ad placitum et per ſubordinatio-
nem ad vocem ⁊ de tali nego minoreʒ accepto vo
cis nomine ſecundo modo diſtinctio iſta de conce
ptu non eſt noua ſed ab Auguſtino in multis lo-

Cõtra octauã ↄclonez cis poſita. ¶ Contra octauam concluſionem ar-
guitur ſic ira ex triſticia naſcitur ſʒ triſticia eſt vi
cium capitale cum eadem ſit accidie ꝙ ira nõ eſt
vicium capitale. Secundo odiuʒ eſt grauius pec
catum q̃ʒ ira: ſed odium non eſt vicium capitale
ergo nec ira. Tertio nullum vicium capitale eſt
principium omnium peccatorum ſed aliquorum
determinate: ſed ira eſt omnium peccatoruʒ prin
cipium igitur. minor ptʒ per gloſam ſuper illud
Prouerbiorum xxix. vir iracundus prouocat ri-
xas dicentem ianua eſt omnium viciorũ iracun
dia qua clauſa intrinſecus virtutibus dabit̃ qui-
es aperta ad omniuʒ facinus armabit̃ animus.

Solutiões. ¶ Ad primam rñdet beatus Thomas ꝙ illa tri
ſticia ex qua orit̃ ira vt plurimuʒ non eſt accidie
vicium ſed paſſio triſticie que conſequitur ex iniu
ria illata. Hec ſolutio nõ michi placʒ quia hmõi
triſticicia de iniuria illata ſecunduʒ Ariſtotelem
ſecundo rethorice eſt ira ipſa ideo licet ex iſta tri-
ſticia oriantur appetitus vindicte: non tamen ex
ea oritur ira. concedo tamen cũ Thoma ꝙ triſti-
cia illa ex qua oritur hmõi appetitus vindicte nõ
eſt triſticia accidie ſed eſt triſticia ex damno illa-
to Ad argumentum ego nego maiorem et ↄñam
maiorem quidem q̃ʒ ira non oritur regulariter ex
triſtitia ſed ſecundum Caſſi. oritur ex auaricia et
generat triſticiam. ſi em̃ quis nõ eſſet affectus ad
bona temporalia nõ iraſceretur contra rationem
de damnificatione in eis: nõ nego tamen quin ex
multis alijs oriri poſſit. nego etiam minorem im
mo ſecundũ Caſſianũ triſticia et accidia ſunt duo
de octo vitijs principalibus et ponit alias ⁊ ali-
as ſpecies huiꝰ et illius vt ibi clare patet. et iſta
triſticia vt dicit Caſſia. nõ generat iram ſed ex ira
generatur. et hoc declaratum eſt ſupra. Et tertio
nego ↄñam quia vt patʒ in eodem loco vicia prin
cipalia ex alijs principalibus vitijs generantur
vt ex gaſtrimargia luxuria/ex luxuria auaricia:
ex auaricia ira: ex ira triſticia: ex triſticia accidia
ex iactantia ſuperbia. Ad ſecundã reſpondet be-
atus Thomas ꝙ de rõne vitij capitalis eſt ꝙ ha
beat finem multum appetibilem et quia odium
nõ habet finem tam appetibilẽ ſicut ira ideo ⁊c̃.
Hec ſolutio nõ mihi placet q̃ʒ ſolum habet locuʒ
vbi eſt originatio in genere cauſe finalis qꝺ non
contingit de his que Tho. ponit ex ira generari.
Tum ſecundo q̃ʒ oditor tantum appetit finem ſu
um quantũ inuidus: licʒ nõ habeat ex ſe ꝙ ſit tan
tum appetibilis. Dico ꝙ vt prius ꝙ ira compre-
hendit ſub ſe odiuʒ vt dictũ eſt ⁊ eſt odiũ ſpecies
ire et ex odio naſcunt̃ multe de filiabus ire lʒ nõ
cum tanto impetu oditor in hec prorumpat ſicut
iratus neq̃ʒ ponit̃ odium vicium capitale diſtin-
ctum ab ira eo qꝺ cum ſit ſpẽs eius eedem filie ex
eo ſicut ex ira naſcunt̃ neq̃ʒ oporʒ vicia capita-
lia eſſe grauiora nõ capitalibus. Ad tertiam con
cedo maiorem de principio in genere cauſe effici
entis proprie et per ſe et in genere cauſe finalis
de principio tamen per accidens in genere cau-
ſe efficientis remouentis prohibens nego maio-
rem et concedo minorem quia enim ira impedit
iudicium rationis ideo viam aperit ad omnia vi
cia. Hoc tamen intelligendum volo diſtinguen-
do vicium capitale a parente viciorum ſecunduʒ
vſum ſacrorum auctorum. Hocmodo enim vici-
um capitale includit in ſua diffinitione quid no-
minis hoc complexũ non eſſe ex quo omnia vicia
oriuntur q̃ʒ hoc eſt proprium vicij qꝺ dicitur eſſe
omnium viciorum parẽs. aliter dico ⁊ melius ꝙ
ira bñ eſt ianua omniũ viciorum ſed nõ eſt princi
pium omniũ vicioruʒ. eſt em̃ ianua q̃ʒ poſita ira
remotum eſt id qꝺ obſtabat viciorũ ingreſſui: ſed
nõ eſt principium originatiuũ vt dictum eſt cum
neq̃ʒ omniũ vicioruʒ obiecta ſint volita vl̃ volibi
lia ꝓpter obiectuʒ ire nec ira naturalr̃ excitet ad
omnia vicia nec ideo ſubſtrahat̃ iudiciũ rõnis vt
pateat additꝰ ad alia vicia qꝺ eſt nolle hoc ꝓpter
illꝺ volitũ in quo caſu viciũ remouẽs ꝓhibẽs eſt

originatũ a vicio qḋ remoto prohibente inducit
neqꝫ alia vicia ſunt volita vt ſubtrahatur iudici
um rationis in quo caſu remouẽs prohibens ori
ginaret aliud viciuꝫ in genere cauſe finalis ⁊ per
ſe quia ex intentione ſicut ex intentione frangens
trabem vt lapis deſcendat eſt cauſa per ſe deſcen
ſus lapidis non naturalis ſed voluntaria

## Q Uerit quarto vtrũ

paſſio ire ſit ꝓ ſtatu huius vite totali
ter extinguibilis Arguitur ꝙ non qꝛ
paſſio ire eſt a natura multis inſita ergo in eis nõ
eſt totaliter extinguibilis In oppoſituꝫ arguitur
auctoritate Caſſi. dicentis omnia vicia preter ga
ſtrimargiam totaliter in hac vita extingui poſſe.
Quomõ ira ¶ Notandum eſt ꝙ iracundie motus aliqñ inſe
cũdie mot⁹ quitur qualitates corporales ⁊ inde eſt ꝙ videm⁹
inſeqͥt mot⁹ homines vni⁹ cõplexionis naturaliter magis in
corpales et clinatos ad iracũdiaꝫ q̃ꝫ homines alterius ⁊ coſ
mores ⁊ hi dem homines vno tempore magis q̃ꝫ alio tẽpore
⁹ corruptoſ Aliquãdo vero iracundie mot⁹ conſequitur mo
res ⁊ habitus corruptos ex actibus iracundie ge
nitos Iſtis autẽ qualitatibus aut habitib⁹ ad ira
cundiam inclinantibus in nobis poſitis non eſt
ſemper in poteſtate noſtra qui ſequatur huiuſmo
di motus ad apprehenſionem paruipenſionis ab
alio illate ſed in noſtra poteſtate eſt ſuperuenien
te iudicio rationis hmõi motũ cohibere. Et ideo
Iracũdie iracundie motus poteſt multis ⁊ varijs modis ex
mot⁹ pt ml' tingui Primo ꝑcurando in nobis qualitates cor
tis modis porales cõuenientes manſuetudini ⁊ contrarias
extingui. qualitatibus corporalib⁹ ad iracundiã inclinan
tibus. Secundo per ꝓpalationeꝫ ⁊ manifeſtatio
nem cauſarum ex quibus quis ad iracundiã ꝓuoca
tur ⁊ diminutionem earũ Tercio per conuerſio
neꝫ ad cõtrariuꝫ ire ſcꝫ ad inirafcibilitatẽ. Quar
to per amorem iuſticie ⁊ odium iniurie aliene.
Quinto per preciſionẽ viciorũ ex quib⁹ oriri ſo
let ira. Sexto conſiderationẽ magnorum diſpen
diorum q̃ ex ira imoderata contingere poſſunt ⁊
parue vtilitatis q̃ ex vindicta reportat. Septimo
ex conſideratione magnorũ virorum qui iracun
diã cohibendo laudẽ ampliſſimaꝫ conſecuti ſunt
Octauo ex conſideratione eorũ qui per opera ira
cundie ⁊ crudelitatis non ſolum vituperiũ ⁊ infa
miam ſed etiam bona aut honeſtatem vite aut vi
tam ipſam perdiderunt. Nono ex amore chriſti ⁊
deſiderio imitandi facta ſua ⁊ ea maxime in qui
bus mititas et clementia ſua apparuit. Decimo
ex magnitudine premij quod chriſtũ imitãtibus
et miteſcentibus ꝓmiſſuꝫ eſt Undecimo ex aucto
ritatibus tũ ſacre ſcripture tum ſacrorũ doctorũ.
tum phorum moralium ad fugam iracundie ſuadẽ
tibus. Duodecimo ex precogitatiõe paruipenſio
num nobis contingere poſſibiliũ ⁊ prefirmatiue
animi cõtra eas. Decimotercio ex cõſideratione
offenſionũ quas in deũ ⁊ proximũ cõmiſimus De
cimoquarto ex leuioris pene inflictione. Decimo
quinto ex collocutiõe honeſta ⁊ rõnabili ⁊ decla
rõe beniuolẽtie noſtre in eũ q̃ ſe offenſuꝫ dicit. De
Pria ɔclo cimoſexto ex fuga occaſionũ ire. Pro quorũ de
claratione ſit. ¶ Prima cõcluſio per mutationẽ
qualitatum corporaliũ propalationem ⁊ manife

ſtationẽ iniurie ⁊ diminutionem eius diminuitur
ire motus Prima pars probatur ex quibuſcũqꝫ
cauſis motus aliquis excitatur ex earũ oppoſitis Probant
natus eſt motus ille diminui ⁊ ceſſare ſed motus ptes ɔclõis
ire per aliquas qualitates ⁊ diſpoſitiões corpora
les excitatur in nobis Nã ſcḋm Alber. qui iram
tenent ſicco diſponunt aduſto ⁊ frigido qui aũt
velotius iraſcuntur diſponuntur calido velociter
mouente ⁊ ſicco acuto in motu obediente ergo ex
qualitatibus corporalib⁹ diminuit iracũdia Ma
ior pꝫ qꝛ ex quibuſcũqꝫ cauſis res aliqua fit ex cõ
trarijs diſſoluitur Confirmatur ſunt aliqui a na
tura inclinati ad opera manſuetudinis aut inira
ſcibilitatis ratione cõplexionãtiuꝫ qualitatũ ſed
huiuſmodi qualitates pñt minui ⁊ augeri ini po
teſt ſubiectum earuꝫ ſcꝫ humor vel fleumatic⁹ vel
ſanguineus ergo etiã alie qualitates cõtrarie po
terũt minui et augeri ⁊ per ɔñs poterit quis per
hmõi q̃litates fieri minus iracund⁹ vt bi gratia
calidum et ſiccũ quib⁹ diſponit velociter iraſcẽs
põt per ſubſtractionẽ ⁊ diminutionẽ hmõi humo
rũ calorẽ ⁊ ſiccitateꝫ ſubiectantiũ minui aut ꝑ ali
menta frigida ⁊ humida. Similiter etiam dicen
dum de ſicco aduſto et frigido quib⁹ diſponitur
ille qui tenet iraꝫ diucius in quo viget melãcolia
ex colera aduſta Difficiles autem qui ſunt ⁊ velo
cis ire et tenacis vt vult Albertus habẽt melan
coliam aduſtaꝫ que eſt ex ſanguine aduſto ex ſan
guine enim accedunt ad leuitatẽ colere ex aduſto
et tenacitatem melancolie conſtat enim ꝙ per bo
num regimen et conuenientia alimẽta aut etiam
medicamina hi humores diminui poterunt ita ꝙ
non habebunt tantam vim in inclinando. Eſt
tamen in hoc remedio cauendum. Primo ne
periclitet ſanitas ⁊ bona valitudo corporis. Se
cundo ne bona diſpoſitio anime depereat ne ſcilꝫ
per hmõi regimen ⁊ alimenta fieret inclinatio ad
vicia deteriora ad que forte ex alijs qualitatibus
aliquantulũ eſt inclinatus. Secunda ps conclu
ſionis probat auctoritate Ariſt. iiij. ethi. qui cau
ſam aſſignans ꝓpter quã iracundi acuti cito qui
eſcunt dicit ꝙ hoc eſt qm̃ non retinent irã ſed red
dunt vel manifeſti ſunt. hoc eſt amicis ſuis cau
ſas ire apperiũt et notificãt. De amaris aũt dicit
ꝙ diu et longo tẽpore iraſcuntur qꝛ retinent iraꝫ
nec cauſas ire ſue manifeſtant ſꝫ occultas tenent
& ex oppoſito ſcꝫ ex manifeſtatione cauſarum ire
quieſcit ira. Secũdo qui ire cauſas manifeſtant
ſuadent ad tollerantiã et ad manſuetudinem ab
hijs q̃bus manifeſtant ſꝫ per hmõi ſuaſiones na
ta eſt ira quieſcere igit. Hãc rõnem innuit Ariſt.
cum ait. hoc aũt non effecto graue habent ꝓpter
nõ manifeſtũ eñi eſſe ⁊ neqꝫ ſuadebit ipſis aliq̃s.
Uidetur eñi michi ꝙ colloquẽdo et appertendo
ac manifeſtando ire cauſas iratus digerit ⁊ cõſu
mit humores illos in q̃bus ſunt male qualitates
inclinãtes ad iracundiã aut facit ꝙ hmõi humo
res qui erant cõmoti et inflãmati quieſcunt ſicut
eñi tempore digerit ira ſecundũ Ariſt. ita ⁊ ma
nifeſtatione ac propalatiõe. Confirmat quia qñ
quis aperit ire ſue cauſas amicis bonis ⁊ pruden
tibus tunc ipſi oſtendunt ei vel iniuriam non eſſe
tantam quantam eſſe putat vel eam non eſſe fa

etiam ex malliuolentia autem eũ dediſſe pmo a-
lijs cauſam et occaſionem aut eam negligendã
eſſe aut alio quouiſmodo cauſas ire ſue minores
oſtendunt. Sed per tales ſuaſiones diminuitur
Scđa ɔclo ira igitur. ¶ Secunda concluſio. ira diminuitur
per conuerſionẽ ad inirascibilitatem ꝛ amorẽ iu
ſticie ꝛ odium iniurie. Prima pars patꝫ p Ariſ.
ſecundo ethicorũ vbi ponit documẽta adipiſcen
di medium virtutis dicens ꝙ quia ſunt proni ad
vnum viciorum oppoſitorũ tunc ſe flectere et con
uertere debent ad oppoſitum ꝙ qui ſunt ꝓni ad
iracundiam debent ſe flectere ad inirascibilitatẽ
Per hoc enim ꝙ longe ꝛ multum recedũt ab ex-
tremo ad qđ ſunt proniores tandẽ veniẽt ad me
dium virtutis qđ eſt inter hec extrema poſitũ. et
hoc fit exemplo illorũ qui lingua tortuoſa volũt
recta facere: tales enim nõ ſolum flectunt vſqꝫ ad
medium rectitudinis ſed obliquant ꝛ contortant
vſqꝫ ad partem oppoſitã. Secunda pars patꝫ qꝛ
qui amat iuſticiam ꝛ odit iniuriam neqꝫ plus de
vindicta expetit qꝫ debetur neqꝫ modo quo nõ de
betur ſcꝫ contra iuris ordinem qꝛ vel plus appe-
tendo de vindicta vel contra iuris ordinem appe
tendo nec odiret iniuriam nec amaret iuſticiam.
Tertia ɔclo ¶ Tertia concluſio diminuit̃ ira per preciſionẽ
viciorum ex quibus nata eſt oriri cõſiderationem
magnorum diſpendiorũ que ex ira immoderata
contingere poſſunt ꝛ conſideratione parue vtili-
tatis ex vindicta et vltione cõtingentis. Prima
pars probatur p Caſſi. collatione. v. dicentem ꝙ
a precedentibus vicijs ad ſequentia oportet nos
inire certamẽ vt ſi velimus accidiã vincere opor
tet ſuperare triſticiam: ſi triſticia ſuperãda eſt o-
portet extinguere iram ſi ira extinguenda eſt cal
canda eſt auaricia. ſecundũ ipſum autem ex aua-
ricia oritur ira ꝛ probat idem Caſſi. qꝛ cuiuſlibꝫ
arboris noxia latitudo ac ꝓceritas facilius emar
ceſcet ſi prius eius radices fuerint ſucciſe ſed pri
ora ſunt radices poſteriorum igit̃. Secundo pro
bat idem dicens ꝙ infeſtantes humores aquarũ
continuo exſiccantur ſi fons ac ꝓfluentes vene fu
erint obturate ſed priora ſe habent vt fontes ꝛ ve
ne ex quibus poſteriora profluunt igit̃. Aduerte
tamen ꝙ q̃uis dicat Caſſianus ꝙ ira naſcitur ex
auaricia tamen hoc nõ eſt intelligendũ ꝙ ſolum
ex ea naſcatur immo naſcit̃ etiam ſatis frequen-
ter ex iactãtia ꝛ ſuperbia. cauſatur eñ ira ex par
uipenſione ꝙ naſcitur ex inordinato amore om-
nium eorum in quibus poteſt ɔtingere paruipen
ſio aut iniuria noſtra. paruipenſio autem et iniu
ria nõ ſolum nobis affertur per nocumentũ in di
uitijs ꝛ alijs bonis que per auariciã amant̃: ſed
etiam in bonis glorie eſtimationis bone fame et
hmõi que inordinate amantur per iactantiã. con
ſiſtit etiam paruipenſio in contemptu qui oditur
inordinate per ſuperbiam ideo ex omnibus iſtis
naſcitur ira ideo debet vnuſquiſqꝫ volens certare
contra iram conſiderare ex quo vitio in ſeipſo ori
atur ira et illud vitium quantum poteſt preſcin-
dere. Secunda pars patꝫ quia qui diligenter con
ſiderat magna diſpendia que ex ira contingunt
puta vulnerationes/mortes/inimicitias magnorũ
virorum/iram dei/ꝛ alia multa talis retrahit̃ ab
appetitu vindicte ꝛ maxime cum in vindicta nõ
conſiſtat magna vtilitas imo ipſe actus vindicã
di frequenter plus habet periculi triſticie et detri
menti q̃ꝫ delectationis nam omnibus deliberan
tibus commune eſt per damna ꝛ incõmoda reuo
cari ab hijs que delectabilia videntur. Tertia ps
patꝫ quia vindicta ſolũ habet rationem boni de
lectabilis. delectant̃ enim irati vt vult Ariſt. cuꝫ
retribuunt. ¶ Quarta concluſio. per cõſideratio Qrta
nem magnorum virorũ qui parcendo laudem cõ
ſecuti ſunt aut eorum qui vlciſcendo vituperium
et infamiam ꝛ grauia detrimenta ſuſceperunt di
minuitur iracundia. patꝫ qꝛ magnorum virorum
exempla nos multũ prouocant ꝛ incitant ad hoc
ꝙ ſequamur ea ratione quorum laudem prome-
ruerunt ꝛ ea fugiamus pro quibus ſunt cõſecuti
vituperium ꝛ diſpendiũ. Dauid pepercit ſibi cõ
uiciantibus ꝛ noluit occidere Saulem ipſũ per
ſequentem cum põt. Sara filia raguelis grauem
ab ancilla contumeliã patiẽter tulit neqꝫ quicq̃ꝫ
ei reſpondit: ſed ſe ſtatiꝫ ad rõnẽ conuertit. Tho
bie. iij. Hmõi exempla tam manſuetorũ q̃ꝫ crude
lium maxime quando opera manſuetudinis ſecu
ta eſt honeſtas aut cõmoditas. opera autem ira-
cundie diſpendium valent ad cohibendũ iracun
diam. ¶ Quinta concluſio per conſiderationem Quĩta
operum xp̃i quibus veniam iniuriantibus ꝛ calũ
pniantibus dedit ꝛ deſiderium feruens inuitan-
di iracundia cohibetur. probat̃ auctoritate Gre.
dicentis ꝙ rememorando ea que xp̃s pro nobis
ſuſtinuit cum omni patientia ꝛ manſuetudine de
bemus velle eum imitari ꝛ ſine turbatione velle
ſuſtinere iniurias. Secundo per illud quod habe
tur prime Petri ſcđo. xp̃s paſſus eſt pro nobis
vobis relinquens exemplũ vt ſequamini veſtigia
eius qui cum malediceretur nõ maledicebat: cuꝫ
pateretur nõ cõminabat̃ Tertio exemplo Hiere.
qui cum tractaretur de morte eius ad dñm loque
batur dicens. Ego nõ ſum turbatus te paſtorem
ſequens de quo in perſona eius loquens ait. Ego
quaſi agnus manſuetus qui portat̃ ad victimã
Hiere. iiij. Quarto per illud Gre. Si paſſio xp̃i Gregorij
ad memoriam reuocet̃ nihil ẽ adeo aduerſum qđ auctori
equo animo nõ tolleret̃. omnia enim que poſſunt
animum excitare ad iram ꝛ appetitum vindicte
fuerunt facta circa eum ad ijs q̃bus maxima be-
neficia ɔtulerat et tamen idem per eos moriens
clamabat Pater ignoſce eis qꝛ neſciunt quid fa-
ciunt. Quinto xp̃s habuit vehementiſſimas cau
ſas ire contra eos qui perſequebant̃ eum ꝛ tamẽ
nõ iratus eſt ſed manſuetiſſime ſe habuit erga eos
ergo ex deſiderio imitandi xp̃m ꝛ conſideratione
ſue manſuetudinis maxime induci poſſumus ad
cohibendum iram. Sexto ea que xp̃us patiebat̃
nõ debebant̃ peccatis ſuis ſed noſtris. quecunqꝫ
autem patimur vt in pluribus ex demeritis no-
ſtris patimur ergo ſi ipſe cum tanta maſuetudi-
ne iiurias et opprobria ſuſtulit nos multomagis
talia manſuete ferre tenemur. ¶ Sexta cõcluſio Sexta
ex magnitudine pmij cohibentibus iracũdiã pro
miſſi ꝛ auctoribus tam ſacrarũ q̃ꝫ moraliũ litte-
rarum ꝛ rõnibus ad idẽ pertinentibus diminuit̃
in nobis ira. Prima pars patꝫ quia merces ꝛ pre

miū nata ſunt inducere ad opera illa ꝓ quibus
huiuſmodi merces promiſſa eſt Inde eſt enim ꝙ
vt habet Ariſto. in quinto ethicoꝝ leges inſti=
tuerunt ſupplicia cōtra demerentes ⁊ premia ꝓ
bene ⁊ virtuoſe operantibus vt per ſupplicia de
terrerenť a malis ⁊ per premia ad virtuoſa ope=
ra alicerentur Secunda pars patet quia ſacrarū
litterarū ⁊ moralis doctrine auctoritas viʒ ma=
gnam habet in nobis ad hoc ꝙ ſequamur id qđ
per huiuſmodi auctoritatem conſulitur eſſe faci
endum ⁊ fugiamus id qđ per eaʒ conſulitur eſſe
fugiendū nam ſi nude ſint ⁊ ſine ratione tunc im
pellunt ex ipſa auctoritate dicentis ſi autem non
ſint nude ſed rationeʒ adiunctam habeant tunc
ineſt eis duplex efficacia. Tercia pars patet
quia nihil eſt in nobis quod voluntatem contra
paſſionum impetum hortari et allicere poſſit taʒ
efficaciter ſicut ratio: ſed rationibus ⁊ argumen=
tis contra iracundiaʒ inductis maxime firmatur
ratio igitur Huiuſmodi autē rationes ⁊ argumē
ta ex omnibus ſupradictis colligi poſſunt.

Septima ɔ clusio. ¶Septima concluſio ex preuiſione paruipēſio
num nobis contingere poſſibilium ⁊ conſidera=
tione paruipenſionum quibus ⁊ deū et proximū
frequenter paruipendimꝰ cohibetur in nobis ira
cundia. Primum patet quia ſi quis incepturus
aliquid ex quo poteſt naſci ⁊ oriri contra eum ma
teria iniuriarū ⁊ paruipenſionuʒ preconſideret
omnes iniurias ⁊ cōtumelias que inde poſſunt ſi
bi inferri ⁊ ex tunc anteq̄ʒ inferanť proponat om
nes tollerare tunc animꝰ eius erit mirabiliter pre
paratꝰ ad tollerantiaʒ equanimē earuʒ ⁊ ad hoc
ꝙ inter eas imperturbatus maneat ſicut contin=
git de mercatoribꝰ ⁊ aliis cuʒ preconſiderāt dāp
na que poſſunt eis accidere tunc cuʒ acciđūt equa
nimis ferunt. Secundum patet qr quicunqꝫ dili=
genter conſiderat ſe offendiſſe deum ⁊ proximum
⁊ tamē optare veniam ſibi offenſionum ſuaruʒ ⁊
a deo et a proximo dari ille multuʒ eſt diſpoſitus
ad hoc vt offendēti veniā det. Nā vnuſquiſqꝫ apđ
ſe iniquū eſſe credit ⁊ cogitat ſi nolit alteri cōdo=
nare offenſaʒ ille qui petit offenſam ſuā ſibi cōdo
nari. Probatur etiam auctoritate gregorii quin
to moralium oportet inquit vt cum alienos exceſ
ſus aſpicimus noſtra in quibus in aliis exceſſimꝰ
delicta cogitemus conſiderata enim infirmitas
propria mala excuſat nobis aliena patiēter quip
pe illam iniuriam tollerat qui pie meminit quod
fortaſſe adhuc habeat tollerari. erubeſcit enim
peccata aliis non parcere qui vel deo vł proximo
recolit percendo peccaſſe. Tercio per illud Eccle
ſiaſtici xxviii. homini homo ſeruat iram ⁊ a deo
querit medelam q. d. cōtra. dictamen rationis eſt
vt velit ſibi ignoſci a deo ⁊ in magnis offenſis et
ipſe non velit parcere ꝓximo in paruis. Quarto
quia per parabolam chriſti ſeruus ille traditus
eſt a domino tortoribus cruciandus cui cuʒ fuiſ=
ſet a domino dimiſſum debitum deceʒ miliuʒ talē
torum conſeruum ſuū pro centū denariis tenebat
in carcere Mathei. xviii. Quinto per illud quod
in oratione dominica dietim petimus Et dimitte
nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debi=
Octaua cō clusio. toribus noſtris. ¶ Octaua concluſio iracundia
tollitur per ſublationem ⁊ ſubſtractionem cauſa=
rum et occaſionum que nate ſunt iram vel excita
re vel excitatam inflammare. Pro quo eſt aduer
tendum ꝙ excitantia iram ſunt contentiones li=
tigia/verba/⁊ facta q̄ ſunt ſigna paruipenſionis
conuicia/opprobria/iniurie/blaſphemie/ dure re
ſpōſiones/opera turpia ⁊ inhoneſta ⁊ ideo qui ſē
tit ſe inclinatum ad iracundiā debet fugere ſocie
tatem hominū inclinatorum ad predicta ne ali=
quid predictorum videndo vel audiendo irrite=
tur ad iracundiā. Si quis igitur cognoſcat ꝙ nō
bene poteſt reſiſtere iis et aliis ſimilibus que iraʒ
excitant debet fugere eas occaſiones per quas fit
ſibi pñtia huiuſmodi excitantiū ⁊ ob hoc de ſermo
ne duro dicit ſapiens prouerbioꝝ. v. reſpōſio mol
lis frangit iram ⁊ ſermo durus ſuſcitat furorem
per que v̄ba inſtruimur vti ſermone molli ad ira
cundos ne ad iracundiaʒ ſuſcitentur ⁊ cum ſumꝰ
iracundi fugere eos qui reſponſionibꝰ duris vtū
tur ne ad iracundiam prouocemur. ¶Nona con Nona ɔclo
cluſio iracundia locutione ⁊ conferentia honeſta
et rationabili diminuitur. quam concluſionem in
telligo tam de iracundia noſtra in aliuʒ q̄ʒ de alie
na iracundia in nobis. Probatur cōcluſio ex qui
buſcunqꝫ cauſis augeť iracundia ex cōtrariis ea=
dem diminuitur ſed ex taciturnitate noſtra aut lo
cutione dura ⁊ irrationabili augeť iracundia taʒ
in nobis q̄ʒ in aliis quia hec ſigna ſunt indigna
tionis et tumoris ergo ex contrariis cauſis dimi=
nuitur iracundia. Minor eſt Grego. ⁊ ſatis appa
ret quia per ſilentium aut verba dura ira vertitur
in odium vt patuit ſupra: ſed ira non vertitur in
odiuʒ niſi quia augetur formaliter vel equiualen
ter igitur. Et ideo laudabile eſt ꝙ ſi iracundia
aduerſus aliuʒ inflāmemur ⁊ alius aduerſus nos
ꝙ ſtatim tentemus verba ſecum habere oportu=
nitate tamen captata ⁊ modeſtius q̄ʒ poſſimꝰ vel
cauſas ꝓpter quas leſi videmur vel ꝓpter quas
nihil leſimus aut minꝰ aut neceſſario aut impru
denter aut caſu exponamus verbis et ſignis ⁊ ge
ſtibus oſtendendo animum beniuolum in alium.
¶Decima concluſio iracundia aliquando leuio Decia ɔclo
re vindicta vincenda eſt Si enim quis ſit amicus
alicuius iracūdi difficili cuiꝰ ſcilicet ira non quie
ſcit ſine punitione ⁊ velit diminuere iracundiam
quam concepit contra quempiam alium. Si vi=
det ꝙ priora remedia nō proſint debet conſulere
aliquem leuē vindictā ⁊ oſtēdere eam eſſe magnā
et hoc ne grauiorem et importabiliorem inferat ⁊
q̄ʒtum poteſt oſtendere ⁊ demōſtrare vindictam
illam eſſe magnam ⁊ grauem et tunc vel quieſcet
ira eiꝰ vel omnino vel ita minuetur ⁊ cū prioribꝰ
remediis faciliter quieſcet. Aduerte tamen ꝙ ira
cundorum complexio ac natura varia eſt ⁊ apud
alios et alios aliis et aliis remediis eſt vtendum
¶Undecima concluſio iracundia non ſolum di= Undecia cō
minui poteſt ſed etiam pro tempore huius pere= cluſio.
grinationis totaliter a nobis expelli. Patet pri=
ma cōcluſio quia iracundia habet multas ⁊ mag
nas cauſas ſue diminutionis ergo etiam poteſt
totaliter eradicari. Secundo probať auctoritate
Caſſiani collatione quinta dicentis Omnia vicia
preter gulam poſſe totaliter expelli vult enim ꝙ

ſeptem vitia omnino extingui poſſunt vſqꝫ ad interēptionem. gaſtrimargia vero deleri poteſt nō extingui.

Solutio p̄mi argumēti

¶ Ad rōnem ante oppoſitū reſpondeo negando añs. non enim paſſio ire eſt inſita a natura ſed a natura bene ſunt inſite alique qualitates corporales ad iram inclinantes que qualitates poſſunt minui et corrūpi et dato ꝙ nec minui nec corrumpi poſſint: earum tamen inclinatio poteſt per modos ſupradictos impediri ⁊ etiaȝ per habitus et cōſuetudines contrariomō inclinātes

Cōtra p̄mā partez ſcđe cōcluſionis

¶ Contra primā partem ſecunde cōcluſionis arguitur ſic. tranſire ad intraſcibilitateȝ peccare eſt ſed habere habitum iracundie nō eſt peccare ergo non eſt tranſeundū ad intraſcibilitatem vt corrumpatur habitus iracundie. Secundo nō eſt faciendum minus malum vt vitetur maius niſi in caſu in quo hoc vel illud facere eſt neceſſe ſed non eſt neceſſe ꝙ paruipenſus peccet ſecundū iracundiam aut ſecundum intraſcibilitateȝ quia poteſt mediomō ſe habere ḡ non eſt tranſeundum ad intraſcibilitatem vt perdamus iracundiam. Iſte rationes directe ſunt contra preceptum Ariſtotelis recitatum ex ſecundo ethicorū. et conſimiles rationes fieri poſſunt contra preceptū de vindicta leniore quarum fundamentū conſiſtit in hoc ꝙ nū q̄ȝ doctor theologus vel moralis phūs debet docere aliquid eſſe faciendūȝ qđ faciendo peccatur

Solutiōes.

¶ Ad primam ḡ reſpondeo primo q̄ȝtum pertinet ad materiam ire diſtinguo maiorem qꝛ aliq̄s poteſt tranſire ad intraſcibilitatem dupliciter.

Aliq̄s pōt tranſire ad traſcibilitatem dupl̄r

Unomodo vt in ea permaneat ⁊ non caſtiget qđ recta ratio dictat eſſe caſtigandum ⁊ ſic ego concedo. Aliomō vt obuiet ⁊ occurrat impetui ⁊ perturbationi iracundie ⁊ ſic ego nego qꝛ poſtq̄ȝ huic impetui obuiatum eſt et ratio manet imperturbata poteſt certius et melius cognoſcere quid et quomodo caſtigandum eſt. Secundo reſpondeo negando ꝯñam quia nō peccatur peccato intraſcibilitatis vltimate final̄r vt deperdatur habitus iracundie ſed ne per iracundiam qđ eſt grauius peccetur.

Aliquid dr̄ neceſſariuȝ dupl̄r

¶ Ad ſecundam dico ꝙ aliquid dicitur neceſſarium dupliciter. Unomodo neceſſitate naturali et ineuitabilitatis ⁊ de illa nego maiorem Aliomodo neceſſitate morali que vt in pluribus accidit licȝ voluntarie tamen ⁊ de illa ꝯcedo maiorem et nego minorem in caſu. Et ad aliam probationem dico ꝙ phūs moralis bene docere pōt vitare actus magis malos per actus minus malos ideo ſimpliciter nego aſſumptum. eodemmō dici poteſt de leniore vindicta.

¶ De crudelitate

**Conſequēter dicendum** eſt de crudelitate que eſt ſpecies ire de qua queritur. vtrum crudelitas ſit vitium clementie oppoſitū. Arguitur ꝙ non quia crudelitas opponit̄ ſeueritati ḡ non clementie. In oppoſitum arguit̄ auctoritate Senece libro ſecundo de clemētia dicentis ꝙ opponit̄ clementie crudelitas que nihil aliud eſt q̄ȝ atrocitas animi in exigendis penis. Notandū ꝙ hec quattuor vindicta/crudelitas/ſeuicia/et feritas: ſign̄t actus iracundie.

Uīdicte deſignatio

¶ Uindicta enim proprie ſignificat omnem penā inordinatē retributaȝ pro paruipenſione ſiue illa vel alia ſimilis maior aut minor debita ſit ꝑ paruipenſione ſiue nō ſiue ſit cū ſanguine ſiue nō ſiue ſit per ſubſtractionē beneficiorū ſiue per inflictionē penarū.

Crudel[itatis] ſig[nificatio]

Crudelitas vero proprie ſignificat penā ſanguinis modum humanum non excedentē ex cauſa inflictā. Dixi ex cauſa inflictā ꝙ intelligo de cauſa vel ſecundū veritateȝ vel ſecundū eſtimationē. Pro quo aduerte ꝙ Beatus Thomas vult ꝙ crudelitas ſignificat penam inflictam ex culpa: ⁊ fundat ſe in dicto Senece ſecundo de clementia dicentis ꝙ ille qui nō eſt leſus nec peccatori iraſcitur nō dicit̄ crudelis ſed ferus ſiue ſeuus. Sȝ hec opinio nō mihi videt̄ cōformis Ualerio qui exēpla multa crudelitatis ponit in quibus nō infligit̄ pena ex culpa ſed bene ex cauſa. Nec valet dicere ꝙ Ualerius vt patȝ ex textu ſuo cōprehendit feritatē ſub crudelitate qꝛ lȝ hoc verū ſit tñ diſtinguit ipſe crudelitatē ab ira ⁊ in oī exēplo quod ponit de ira videt̄ ſemp exprimere paruipenſionē vel culpā aliquā in eo qui punit̄ aut ſi nō exprimat reputat eam notā vt in exēplo de ira Alexandri qua tres duces Liſimachū Clitū ⁊ Caliſtenē morti tradidit. Nec eſt opinio iſta ꝯformis Sene. eo libro quē allegat Tho qꝛ Seneca nō vtit̄ noīe culpe ſed noīe cauſe. Paȝ vbi ponit differentiā inter tirannū ⁊ regē. Quid eñ inquitītereſt inter regē ⁊ tirānū. Species eñ ipſa fortune par eſt niſi ꝙ tirāni ī volūtate ſeuiūt reges nō niſi ex cauſa ⁊ neceſſitate. Et cū diffinit crudeles diffinit per cauſam non per culpam vel niuriaȝ. crudeles inquit vocabo qui puniēdi cauſam habent modum non habent non enim culpa vel paruipenſio puniti vel ſolacium punientis cōtra iniuriā ſuſceptā ſola eſt cauſa crudelitati ſed etiam euitatio periculoruȝ ſiue ſecuritas qđ paulo ante expreſſit Se. dicens. Ultio duas res p̄ſtare ſolet aut ſolaciuȝ afferet ei qui accepit iniuriam aut in reliquum ſecuritateȝ. neqꝫ legi in illo libro ꝙ allegatur a Thoma ꝙ ſi alicui legatur ſic exponendum eſt ꝙ qui cruciat eum a quo nec leſus eſt nec ledi timet dicitur ſeuus ⁊ nō crudelis. Quod adhuc vtrum vniuerſaliter verum ſit colligi poterit ex dicendis. Hec opinio videtur cōformis Ualerio recitanti crudelitatem arthaxerſis qui ocioſam ſororem eandem et ſocrum viuam capite defodit et patruum cuȝ centum et amplius filijs ac nepotibus iaculis confixit et ſequitur nulla iniuria acceſſitus ſed quia in his maximaȝ apud perſonas probitatis et fortitudinis laudem conſiſtere videbat. Similiter cū athenienſes eginenſium iuuenibus polices absciderunt hoc non ex culpa eginenſium ſed vt tuti eſſent athenienſes fecerūt. Ualerio cauſam reddente vt inquit claſſe potens populus in certamen maritimarum virium ſecuȝ deſcendere nequiret ſed dicentur hec ad feritateȝ potius q̄ȝ ad crudelitatem pertinere. Dixi penaȝ ſanguinis. Nam crudelitas dicitur a cruore quia crudelitas in effuſione ſanguinis proprie peragitur.

Crude[litas] ſm̄ Tho[mam] cruditas

¶ Uult autem Tho. ꝙ crudelitas dicitur a cruditate quia ſicut ea que decocta et digeſta habent ſuauem et dulcem ſaporem ita illa que ſunt cruda habent horribilem et aſperum ſaporē. mi-

chi autem videtur vel quod crudelitas immedia
te dicitur a cruore vel ſi dicatur a cruditate hoc
non eſt quia que ſunt cruda hñt aſperum ſaporez
ſed quia in aliquis crudis puta in carnibus cru-
oꝛ habundat qui per decoctionez euapoꝛatur ali
as enim omne opus iracundie eſſet crudelitas qꝛ
in omni tali eſt indigeſtio ⁊ ſapoꝛ aſper. Ideo ſi
crudelitas a crudite vel crudo dicatur hoc eſt ra-
tione cruoꝛis a quo dicitur cruditas Dicitur au-
tez ꝓ qua debetur pena quia ſecundum Senecaz
eſt crudelitas cum maioꝛ pena exigitur q̃z debea
tur clementia autem cuz re pena debita quicq̃z di
minuit. dixi ab eo illata ⁊c̃ quia ſi ab alio inferre
tur pena non pꝛopꝛie diceretur crudelitas ſed vel
nomine communi vindicta vel vitio appellare-
tur Quãuis iſta ſit pꝛopꝛia huius nominis acce
ptio nihilominus tamen crudelitas aliqñ ſigni-
ficat penam ſigne ſanguine vt combuſtio vrbis a
nerone facta crudelitas dicta eſt Crudelitatẽ aũt
deſcribit. Valeri. cum ait crudelitatis vero hoꝛri
dus habitus truculẽta ſpecies violenti ſpiritus
vox terribilis nimis / ⁊ cruentis imperiis referta
cui ſilentium donare crementuz eſt adducere vbi
Valerius crudelitatez pꝛo feritate accepiſſe vide
tur quia in omnibus exemplis ſuis pena moduz
humanum excedit vt de lucio ſilla qui omnes ita
lie partes ciuilis ſanguinis fluminibus inunda-
uit et quattuoꝛ legiones partes ſuas ſecutas ob-
truncauit ⁊ quinq̃ milia pꝛeneſtinoꝝ quibus per
Publium cethegum data fuerat ſpes ſalutis in
terficienda ⁊ per agros diſpergenda curauit non
nulla etiam poſuit in quibus non fuit effuſio ſan
guinis vt cum. C. marii cineres in amnis alueuz
ſparſit et cum Caiꝰ marius caput. Marci antho
nii abſciſſum ſuis manibus inter epulas cuz ſum
ma inſolentia animi ac verboꝛuz diu tenuit. Et ſi
queras que ſit pꝛopꝛia ratio iracundie crudelita
tis ⁊ feritatis viſo ꝙ Valerius aliud ⁊ aliud capi
tuluz de crudelitate ⁊ iracundia facit ❡ Reſpon
deo ꝙ licet Valeri. non diſtinguat inter feritatez
et crudelitatem hoc modo tamen tria pꝛedicta di
ſtingui poſſunt Naz quotiens quis infligit penaz
etiam ſanguinis pꝛopter paruipenſionem pꝛiua
tam que tñ nec ex natura ſua nec ex aliqua circũ
ſtantia excedit modum humanum dicitur pecca
re ex iracundia accipiendo iracundiam diſtincte
a ſupꝛadictis ꝙ aũt iracundia ſe extendat ad pe
nam ſanguinis patet per Valeri. qui in capitulo
de iracundia refert exemplũ de Alexan. qui tres
illos duces clariſſimos moꝛi fecit quotiens vero
pena ſanguinis aut ei equipollẽs notabiliter im
moderata tribuitur pꝛopter cauſam que non eſt
pꝛiuata paruipenſio ſed eſt vel vtilitas vel ſecu-
ritas ⁊ illa pena nec ex natura ſua nec ex circun-
ſtantia modũ humanum excedit tunc dicitur pec
catum ex crudelitate Quotiens vero pena exce-
dit modũ humanũ ſiue ex paruipenſione pꝛiua-
ta ſiue ex cauſa ſiue ex culpa infligatur tunc dici
tur feritas eſt aũt feritas cũ cruciatus aut ex na
tura ſua aut ex aliqua circunſtantia ita hoꝛroꝛi ⁊
abhominationi eſt omnibus hominibus vt inuſi
tatus ſit ita ꝙ qui tales cruciatus irrogant om-
nem humanitatem exuiſſe ⁊ ferarũ beſtialitatem

Valeriꝰ nõ diſtinguit īter feritatẽ et crudelitatem.

accepiſſe videant Dixi aũt ex natura cruciatꝰ vt
cum cartaginenſes Marcum reguluz ſectis pꝛi-
mo palpebꝛis machina in qua peracuti ſtimuli
eminebant cõtinuo tractu doloꝛis necauerũt Cũ
etiam idem carthaginenſes milites romanos in
ſuam poteſtatem redactos ſuppoſuerunt nauibꝰ
vt earum carinis ⁊ pondere velut inuſitata ratio
ne moꝛtis necati barbaraz vt dicit Valeri. ferita
tem ſatiarent quod factum idem Valeri. crudeli
tatez appellat eodẽ loco eadem inquit crudelita
te vſi ſunt in milites noſtros ⁊c̃. Nomine aũt ſe-
uitie idez ſignificare videtur cum recitat de Ani
bale ꝙ de militibꝰ romanis pontẽ fecit ad excer
citũ ſuum traducendum ⁊ de captiuis ꝙ eos re-
linquebat oneribus ⁊ itinere feſſos abſciſa pꝛima
parte pedis Idem crudelitatis feritatis ⁊ ſeuicie
nomina cõfundit in hiſtoꝛia de diogiride filia re
gis tracie cuius taz admiranda crudelitas fuit ⁊
tanta ſeuicie rabies vt et viuos homines per me
dium ſecaret nec liberoꝛũ viſci coꝛpoꝛibꝰ nefas cre
deret idem crudelitatem pꝛecipuam ⁊ teterrimaz
vocat factum illud quod ptholomeus rex egipti
menephiten filiũ ſuũ quem ex cleopatra ſuſtule-
rat in conſpectu ſuo occidi iuſſit ac caput pedes
et manus eius in ciſtam incluſos clamideq̃ oper
tos cleopatre matri in moduz muneris miſit licet
autez Val. crudelitatem pꝛo feritate accipiat ta
men pꝛopꝛie crudelitas conſiſtit in immoderata
pena ſanguinis modũ tamen humanum non ex
cedente ab eo irrogata qui cauſaz habet Feritas
autẽ in pena conſiſtit que taz immoderata eſt vt
modum humanum excedat Exceditur autez mo
dus humanus Vnomodo cum ſit laniatio vel la
ceratio vel obtruncatio membꝛoꝛum ex certa in-
tentione ⁊c̃ vt in multis exemplis pꝛius tactis
in hoc enim imitantur feras et beſtias que necan
do laniant. Secundo cum in huiuſmodi pena de
lectamur hoc enim ferinum eſt ⁊ humanitati cõ-
trarium ferarũ enim eſt nulla habita ratione vti-
litatis delectari in huiuſmodi effuſione ſecus eſt ſi
hec delectatio ratione vtilitatis alicuius fieret pu
ta cum cauſa rapine vel depꝛedationis humanꝰ
ſanguis funditur tunc non pꝛopꝛie diceretur feri
tas niſi aliud incideret ratione huius opera illa
ad feritatis pertinent quibus vel caput moꝛtui in
ſpiculo oſtentationis gracia differuntur vel effu-
ſi ſanguinis veſtigia gloꝛiandi gracia oſtendun-
tur nullus enim ſine feritate et omnimoda deſtitu
tione humanitatis gloꝛiari poteſt in homicidio.
Tertio cum in occiſi coꝛpus vltio pꝛocedit vt cuz
occiſoꝛum coꝛpoꝛibus negatur ſepultura aut ea
auibus et feris lanianda exponuntur et maxime
ſi hec fiant ſola ratione vindicte. Quarto cũ his
ad vindictam luctum et meroꝛem alterius obuti
mur vt Tholo. qui caput manus et pedes filii ab
ſciſos cleopatre loco muneris miſit ſicut etiaz de
atreo qui Thieſti fratri filios edendos parauit ⁊
pꝛandio facto eoꝛuz capita afferri iuſſit hec enim
ad feritatẽ pertinẽt q̃ nihil aliud eſt q̃z in huma-
na crudelitas. Ad hunc quartum modum perti-
net etruſcoꝛum illa feritas qua viuoꝛum coꝛpoꝛa
cadaueribꝰ alligabant ita vt ſingule partes ſin
gulis eſſent accommodate et eas ſic tabeſcere pa

Multiſmodis excedit modꝰ hũanus

ſiebatur de quibus dicit Uale. ꝙ erant amari tortores vite pariter et mortis. i. viuorum et mortuorum. Quinto cum ſine neceſſitate fit excogitatio ſuppliciorum nouorum acerbiſſimorum vt inuentor Enei tauri et barbari qui homines ponebant infra pecudes maccatas ita vt tantum capita eorum apparerent ⁊ ſic nutriebant eos donec a vermibus que in cadaueribus generant̄ conſumpti eſſent. Sexto exceditur modus humanus ratione multitudinis cū eius ſanguis ſine cauſa vrgente funditur vt patꝫ in exemplis ſuprapoſitis de legionibus interemptis et alijs ſimilibus. Ex iſtis patet ꝙ nō ideo nomen feritatis a ſimilitudine ferarum accipitur quia hmōi animalia nocent hominibus vt ex eorum corporibus paſcant̄ non ex aliqua iuſticie cauſa quia tunc omnis crudelitas predonum hoſtiū et generaliter eorꝫ quibus nō eſt commiſſa auctoritas iuſticie eſſꝫ feritas quod falſum eſt cum non omnis talis ſit beſtialitas.

Secundo patet ꝙ ſeuicia vel feritas nō bene diffinitur a Thoma cum ait ꝙ eſt ſecundum quā aliquis in penis inferendis nō cōſiderat aliquā culpam eius qui punitur ſed ſolum hoc ꝙ delectat̄ in hominum cruciatu. Tum primo qꝛ qui punit alium propter offenſam et cum hoc delectatur in eius cruciatu eſt ferus. Tum ſecūdo qꝛ ille qui nō conſiderat culpam eius qui punit̄ ſed conſiderat vtilitatem ſuam puta vel manutenentiam domini vel aliquid ſimile nec tamen delectatur in hominum cruciatu eos tamē vt terreantur inauditis ſupplicijs afficit eſt ferus ſicut phalaris qui teſtatur in epiſtolis ſe in neceſſitatem tyrannidis impulſum ergo male diffinita eſt feritas. Confirmatur ex dictis eiuſdem doctoris quia ſecundum Tho. crudelitas differt a feritate ſiue ſeuitia ſicut malicia humana a beſtialitate ita ꝙ omnis effuſio ſanguinis inhūana ⁊ beſtialis ſecundū Tho. eſt feritas ſed conſtat ꝙ cum quis vel propter culpam alterius vel propter vtilitatem ſuam etiam ſine delectatione ſupplicijs incōſuetis et horrorē cuilibet cognoſcenti incutientibus afficet aliquē ſic inhumane et beſtialiter cruciat igitur.

Seūicia et feritas ſunt teri ſinonimi ſm btm̄ Thom̄.

¶ Notandum preterea ꝙ ſecundūꝫ Tho. ſeuicia et feritas ſunt termini ſinonimi vt patꝫ ex his que habet ſecunda ſcḋe. q. clix. arti. ij. vbi indiſtincte omnino de feritate et ſeuicia loquit̄. Hugutio tamen et multi alij videntur eſſe alterius opinionis dicunt enī ꝙ ſeuicia a crudelitate differt in hoc ꝙ crudelitas eſt in ſanguine ſeuicia in ira que verba ſunt ſatis cōfuſa maxime cum crudelitas ad iraꝫ pertineat. Pro declaratione tamen horū eſt aduertendū ꝙ ira vt eſt nomen vitij licet cōmune ſit ad omnem vindictam tamē appropriat̄ frequenter ad vindictam que eſt ſine ſanguine. vindictarum enim alia eſt cum ſanguine ⁊ illa proprie dicitur crudelitas. alia ſine ſanguine ⁊ ad eaꝫ ſignificandam appropriatur nomē ire vel iracundie et ꝙ ita ſit apparet ex nono li. Uale. in quo vnuꝫ capitulū ⁊ facit de crudelitate ⁊ aliḋ de ira ⁊ odio in capitulo de crudelitate tantum ea ponit exempla que ſunt formaliter vel equiualenter cum ſanguinis effuſione in ca. de ira ea tantuꝫ ponit que ſunt ſine ſanguinis effuſione, vindictarum auteꝫ que ſunt ſine ſanguine alie ſunt hūmane alie inhumane. humane ſicut ille qui repulſus a conſolatu cum veniſſent ad eum poſtero die multi conſilij habendi cauſa remiſit eos ſine conſilio ⁊ dixit eis omnes conſulere ſcitis ꝯſulem facere neſcitis. vindicta enim hec humana erat qꝛ fiebat per ſuſtractionem ſolā beneficiorum. vindicta etiam nobilium romanorum humana fuit qui cum vidiſſent Gayum flauium humillime ſortis hominem preturam adeptum ānulos aureos ex digitis et phaleras ex equis detraxerunt ⁊ abiecerunt Inhūana vt iracundia metelli qui iam pene vtrā ꝗ hyſpaniaꝫ ſubegerat qui cū cognouiſſet Quintum pon. inimicum ſuum ſucceſſoreꝫ ſibi mitti dimiſit omnes qui miliciam ſuam finiri voluerunt cōmeatus omnibus petentibus dedit horrea cuſtodibus remotis: oportuna rapine: pbuit arcus et ſagittas Crethenſium fregit et in amnē abyſſi iuſſit elephantis cibaria dari vetuit. Inhumana etiam eſſet vindicta ſi quis pre iracundia alteruꝫ fame vſqꝫ ad extremam neceſſitatem excluſiue affligeret. Dico ḡ ꝙ ſicut feritas ſe habet ad crudelitatem in ſpplicijs que ſunt cum ſanguine ita et ſeuicia ſe habet ad iracundiam in ſupplicijs que ſunt ſine ſanguine qꝛ eſt ſupplicium ſine ſanguine inhumanum aut ex natura ſupplicij aut ex aliqua circunſtantia. Aut aliter dictum illud vulgatum expone ꝙ crudelitas eſt in ſanguine vel cuꝫ alterum pena ſanguinis qua indignus eſt afficimus ſed ſeuicia eſt in ira cum ſcꝫ pre indignatione nimia magna pars ſupplicij in nos redundat aut per merorem et triſticiaꝫ quibus graues egritudines incurrimus aut priuando nos magnis bonis vt metellus priuauit ſe gloria reruꝫ magnifice geſtarum dicente vale. quibus factis vt cupiditati ſue indulſit ita magnifice geſtaruꝫ rerum gloriam corrūpit meritumqꝫ honorem triumphi hoſtium q̄ꝫ ire victor fortior amiſit aut indignatione et concitatione nimia animi vel vehementiore clamore ſicut Lucius ſilla qui animi concitatione nimia ⁊ immoderate vocis impetu conuulſo pectore ſpiritum vt dicit Uale. cruore ac minis mixtum euomuit ⁊ ita poteſt exponi nomen ſeuicie vt ſignificet iram qua pre nimia indignatione aut concitatione animi aut deſiderio nocendi ſibi vehemens et notabile nocumentum affert Ual. tamen nomine ſeuicie vtitur cum de crudelitate ⁊ feritate agit ſed hec dicta ſunt ꝓpter vulgatum illud dictum crudelitas in ſanguine ſeuicia in ira. Ex ſuppradictis apparet ꝙ crudelitas a cruore dicta accipitur aliquādo ſtricte ⁊ ſecundum hanc acceptioneꝫ deſcripta eſt in principio Secundo modo generaliſſime et tunc cōtinet ſub ſe feritatē quia comprehendit omnem irrogationem pene cuꝫ ſanguine ſiue pro cauſa irrogetur ſiue non. Tertio modo accipitur pro irrogatione pene humane et vſitate ſatis communiter apud homines ſiue irrogetur propter cauſam ſiue nō. Quarto poteſt accipi ſtrictiſſime vt eſt inflictio pene immoderate pro culpa ab eo qui huiuſmodi penam infligere poteſt. ¶ Prima concluſio. Crudelitas primo ⁊ tertio modis ſe habet ad feritatem nō vt ſpecies diſparata ad ſpēm: ſed vt

gradus viciū ad gradū patet quia vt dictū eſt cru
delitas eſt vindicta modū humanū non excedens
feritas vero eſt vindicta vel irrogatio ſupplicij
inhumana ⁊ beſtialis ſed conſtat ꝙ viciuʒ huma
num ſe habet vt gradus ad vicium inhumanum
quando pertinens ad eandem materiam ⁊ eidem
virtuti opponūtur igitur Iracundia enim diuiſio
ne graduali diuidi poteſt in humanā et non hūa
nam humana in incontinentiā ⁊ intemperantiaʒ
non humana aūt eſt beſtialitas ⁊ appellatur feri
tas dixi autem tanq̄ʒ ſpecies deſperata quia ſecun
dum veritatem gradus iſti ſpecie differunt ſed ta
mē non ſunt ſpecies deſperate propter ſubordi-
nationem gradus ad gradum que non reperitur
Scda ꝯclo in ſpeciebus omnino deſperatis ¶ Secunda con
cluſio crudelitas tercio modo accepta non oppo
nitur adequate et per clementie patet quia crude
litas talis aliq̄n exercet̄ ab eo cui nō eſt cōmiſſa
publica auctoritas aliquādo non propter culpaʒ
ſed propter vtilitateʒ igitur. Secundo ſi eſſet op
poſita clementie adequate tūc quotiēſcunqʒ quis
crudeliter agit poſſet reliquis eodem mō ſtantibꝰ
clementer agere ſed conſtat ꝙ priuatꝰ homo cru
delitatem excercens non poteſt reliquis ſtantibꝰ
clementer agere cum nō ſit in eo publica aucto-
ritas igitur. Tercio crudelitas hoc modo capta
pro aliqua parte eius opponitur mitigati pro ali
qua vero parte pietati cōdonatiue: ergo non op-
ponitur adequate clementie. Quarto ſtat aliquē
eſſe totaliter clementeʒ ⁊ crudelem hac crudelita
te igitur Antecedens pʒ quia ſtat aliquē prōpte
et faciliter remittere offenſas que ſunt contra euʒ
vt eſt publica perſona et hoc conformiter ad iu-
diciū recte rationis et tamen excedere notabiliter
in pena ſanguinis ꝓ offenſis priuatis in eum in
Tertia ꝯclo quo caſu talis erit clemens et crudelis. ¶ Tercia
concluſio crudelitas quarto modo accepta oppo
nitur adequate clementie patet quia huiuſmodi
crudelitas eſt exceſſiua ⁊ imoderata grauium pe
narum exactio pro offenſione que eſt aut timetur
ab eo qui poteſtatem habet. clementia vero eſt hu
iuſmodi penarū diminutio dixi pro offenſiōe que
eſt vt cum pena pro exacta culpa vel offenſione
infligitur dixi aūt timetur vt cum princeps pro-
babiliter timet ne populus vel milites in eum in
ſurgant poteſt etiam cum penis eorū ſe facere tu
tum et in his penis cadit clementia ſi diminua-
tur citra q̄ʒ rigor legis exigit cadit etiam crudeli
tas ſi augeātur dixi ab eo qui poteſtatē habet ⁊c̄
quod intelligo de poteſtate vera vel vſurpata ali
as nullus tirannꝰ dominiū vel principatū vſur-
Qrta ꝯclo pans eſſʒ crudelis ¶ Quarta concluſio aliqua fe
ritas opponitur clementie probatur quecunqʒ ſic
ſe habent ꝙ vnum continet alterum per equiua-
lentiam cuicūqʒ opponitur contentū eideʒ oppō
nitur continens quia q̄ʒtacunqʒ incōpoſſibilitas
eſt inter illud ⁊ contentuʒ tanta incōpoſſibilitas
eſt inter illud ⁊ continēs ſʒ aliqua eſt feritas que
continet crudelitatem per equiualentiaʒ puta cū
quis cauſaʒ habens puniēdi pena ſanguinis mo
dum humanum in puniendo excedit dato etiam
ꝙ illa cauſa ſit culpa puniēti puta ſi tirannꝰ pro
lem conuitio iuberet cōuinciantem mēbris diſcer
pi ⁊ feris ac auibus expont conſtat ꝙ eſſet feritas
in ſe crudelitateʒ per equiualentiā cōtinens ſicut
pena ſanguinis modū humanū excedens cōtinet
per equiualentiam penam ſanguinis modum hu
manum non excedentem imo continet eaʒ eo mo
do quo totum integrale continet partes ſuas Se
cundo retento eodē exemplo de cōuitio leui tiran
ni conſtat ꝙ talis poteſt eſſe clemēs indulgendo
poteſt eſſe crudelis plus exigendo pene q̄ʒ debeat
intra tamen limites humani modi poteſt etiā eſſe
ferus exigendo plus pene q̄ʒ debeatur ⁊ egrediē
do limites modi humani ſed conſtat ꝙ terciū nō
minus repugnat primo q̄ʒ ſecūdum igitur. Ter-
cio omnia vicia que ſic ſe habent ꝙ actus vnius
habitus ſunt incōpoſſibiles actibus alterius ⁊ di
minuūt ac corrumpunt habituʒ ipſuʒ ſunt oppo
ſita ſed in predicto caſu actus feritatis ſunt incō
poſſibiles actibus clementie circa eandē particu
larem materiaʒ ⁊ huiuſmodi actus diminuūt ha
bitum clementie ſi quis ſit in eo circa eandē ma-
teriaʒ ⁊ tandē corrumpunt ipſum ſi continuatio
ſufficiens fiat igitur dixi autem aliqua ⁊ non dixi
omnia qꝛ feritas illa qua quis punit beſtialiter ſi
ne cauſa non opponitur formaliter clementie cū
omnis clemens cauſam habeat puniēdi inclinat
tamen ad feritatem illam que formaliter oppo-
nitur clementie imo per conſequentiaʒ bonam vt
in pluribus eam infert quia qui beſtialiter punit
ſine cauſa cuʒ ſubeſt cauſa etiam beſtialius punit
licet tamen hec ſeparari poſſent etiaʒ per cauſaʒ
naturalē quia poſſet quis in priuatis iniurijs be-
ſtialiter punire ex habitu feritatis ⁊ tamē in pu-
blicis ex habitu clemētie clementer agere licet ra
ro contingat ¶ Quinta cōcluſio ſeuitia accepta Quīta ꝯclo
diſticte a feritate vt dictū eſt ⁊ hoc ſiue primo mō
ſiue ſcdo mō nō opponit̄ clemētie ꝓbat̄ de primo
modo quia quicunqʒ punit alterū per ſeuitiā pu
nit vt priuatus ſed omnis clemens agit vt perſo-
na publica ergo clementia ⁊ ſeuicia non opponū
tur Confirmatur omnis clemētia diminutiua pe
narū maieſtati publice debitarū ſed ſeuus non ex
cedit in huiuſmodi penis cum rōe priuate paruiſ-
penſionis puniat igitur De ſecūdo patʒ quia om
nis clementia eſt ad alterū ſed ſeuicia ſecūdo mō
nō eſt ad alteruʒ ſed ad ſe vt declaratum eſt de ex
emplo ſille igr̄ ſeuicia non opponitur clementie.
¶ Sexta concluſio ſeueritas accepta pro rigore Sexta ꝯclo
legis qui ſine culpa poteſt ceteris penſatis remit
ti et non remitti opponit̄ clementie patʒ quia nō
remittere rigorem legis qui poteſt ſine culpa re-
mitti ⁊ non remitti ⁊ remittere rigoreʒ qui poteſt
ſine culpa remitti ⁊ non remitti opponunt̄ cum
vnum ſit negatio alterius ſed per ſeueritatem im
portat̄ primum et per clementiam ſecundum er-
go ſeueritas ⁊ clementia opponuntur. Secundo
quorumcunqʒ habituum actus ſunt incompoſſi-
biles ⁊ actus vnius corrumpunt alium habitum
illi habitus ſunt oppoſiti ſed non remittere rigo
rem ⁊c̄ ⁊ remittere ſunt actus incompoſſibiles ⁊
actus non remittendi corrumpunt habitum cle-
mentie cum frequenter non remittendo incline-
mur ⁊ promptiores reddamur ad non remitten-
duʒ ⁊ remittendo inclinemur ⁊ promptiores red

damur ad remittendum ⁊ minus prompti ad nõ
Cõtra terti remittendum igit̃. ¶Contra tertiam concluſio-
ã pcloneꝫ neꝫ arguit̃ ſic crudelitas contrariat̃ iuſticie ergo
non clementie conſequentia tenꝫ quia clementia
non eſt pars iuſticie ⁊ añcedens patꝫ per Sene.
ii. ſecundo de clementia dicentẽ ꝙ illi vocantur
crudeles qui modũ excedunt in puniendo. Secũ-
do crudelitas opponitur miſericordie ꝙ non cle-
mentie ꝯña tenet quia clementia et miſericordia
ſunt diſtincte ỽtutes ⁊ añcedẽs probatur per illd
Hiere. ſexto. crudelis eſt et non miſerebit̃. Tertio
clementia eſt ĩ inflictione penaruꝫ ſed crudelitas
aliquando cõſiſtit in ſubſtractione bñficiorum ſe
cundum illud Proverbi. xi. crudelis eſt qui pro
pinquos abijcit igit̃. Quarto clementia conſiſtit
in diminutione penarum que ſecundũ rigoreꝫ le
gis infligi poſſunt ab eo in quo auctoritas legis
poſita eſt ſed crudelitas reperitur in priuatis per
ſonis et pro his rebus factis quibus nulla pena
Solutiões. debita eſt igit̃. ¶Ad primam reſpondeo ꝙ cru-
delitas ⁊ iniuria eſt et viſio vt iniuria eſt cõtraria
tur iuſticie vt vitio contrariat̃ clementie. Aliter
reſpondet Thom. ꝙ ſicut diminutio penarũ que
ſecundum rationem eſt pertinet ad epikeiam ſed
ipſa dulcedo affectus ex qua homo inclinatur ad
hoc pertinet ad clementiam: ita etiam ſuper exceſ
ſus penarum quantũ ad hoc ꝙ exterius agit̃ per
tinet ad iniuſticiam ſed auſteritas animi p quaꝫ
aliquis fit promptus ad penas agendas pertinet
Replica ad crudelitatem. ¶Contra hanc ſolutionem ſic
arguitur qꝛ per dulcedinem ⁊ auſteritatem intel-
ligit habitus ipſos clementie et crudelitatis aut
aliquas diſpoſitiones naturales ad actus ſi ſecũ
dum nichil ad propoſitum qꝛ hic agimus de ip-
ſis habitibus. Si primum tunc arguitur ſic. om
nis habitus et actus ſuus ꝓprius ad eandem vir
tutem pertinent ſed iſta habitualis dulcedo non
pertinet ad iuſticiaꝫ nec habitualis auſteritas ad
iniuſticiam ꝙ habent aliquos actus qui nec ad iu
ſticiam nec ad iniuſticiaꝫ pertinent. Ideo dico ꝙ
clementie reſpondet aliquis actus qui nõ pertinꝫ
ad iuſticiam et crudelitati correſpondet aliquis
actus qui non pertinet ad iuſticiam formaliter:
qꝛ non habet legem pro obiecto puta actus ille
quo quis offenſus vel cauſam aliam habens vult
tantum punire actus autem iniuſticie in eo eſſet
ſi vellet tantam punire eſto ꝙ ex lege nõ debeat
tantum puniri primus eſt formaliter actus crude
litatis. Secundus eſt formaliter actus iniuſticie
actum crudelitatis equiualenter cõtinens. actus
autem exterior idem eſt reſpectu vtriuſqꝫ actus in
terioris neqꝫ eſt inconueniens eundem actum ex
teriorem ad diuerſas virtutes pertinere. Ad ſe-
cundam nego antecedens. clementia enim conſi
ſtit in diminutione penarũ que poſſunt ſecunduꝫ
rõnem exigi. miſericordia aũt ꝯſiſtit ꝓprie in ſub
leuatione aliene miſerie qua eſt dignus que ali-
quando fit per collationẽ beneficiorum que ſibi
neceſſaria ſunt ad ſubleuandam miſeriam nec cõ
ſiſtit miſericordia in omni collatione beneficijſ cũ
miſericordiam diſtinguat Ariſto. a gratia ſed de
hijs poſterius ⁊ ad probationem dico ꝙ qui cru-
delis eſt non miſerebitur non quia crudelitas ſit

in miſericordia ſed qꝛ crudelitas mediante actu
ſuo elicito inclinat ad nõ miſerendum qꝛ omnis
habitus inclinans ad immoderatas penas irro
gandum inclinat ad nõ miſerendum. Ad tertiaꝫ
concedo maiorem ⁊ minorem quando ſubſtracti
ones ille beneficiorum ſunt pene legis tunc enim
plus ſubſtrahere qꝫ lex iubeat crudelitatis eſt et
maxime quando ſubſtractiones ille notabile no-
cumentum habent ad vitam vt ſubſtractio ciui-
tatis aut libertatis. et ad probationem reſponde
tur vt prius ꝙ qui crudelis eſt propinquos abij
cit per hoc ꝙ crudelitas inclinat ad immiſericor
diam vt dictum eſt qꝛ crudeles raro ſunt benefici
et ſi benefaciant ad hoc non ex pietate ſed ex ali
qua vtilitate ſua mouentur. Ad quartam reſpon
deo per diſtinctionem ſuprapoſitam. ¶Contra Cõtra
quartam cõcluſionem arguitur ſic. omnis clemẽ cõcluſio
tia eſt animi leuitas vel dulcedo per quã aliqs eſt
diminutiuꝰ penaruꝫ ſed feritas non importat au
ſteritatem animi contrariam ſed crudelitas ergo
nulla feritas opponitur clementie. Secundo om
nis clemens in puniendo reſpicit ad culpam ſed
ferus in puniendo nõ reſpicit ad culpam igitur.
nulla feritas eſt oppoſita clementie maior eſt no
ta. Tertio omnis clementia eſt virtus hũana ſed
feritas nõ eſt vicium humanum ꝙ feritas non op
ponitur clementie ꝯña iſta tenet quia virtuti hu
mane tantum opponitur vicium humanũ ⁊ viti
um inhumanum opponitur heroice virtuti.
¶Ad primam concedo maiorem ⁊ nego mino- Solutio
rem: illa enim feritas qua quis punit inhumane
ea que ſunt punienda eſt auſteritas animi predi-
cte leuitati contraria et cum dicis ꝙ crudelitas
eam importat. Dico ꝙ hmõi auſteritas contra-
ria tali leuitati eſt duplex vna qua quis inclina-
tur immoderate punire humane: tamen alia qua
inclinatur immoderate punire et inhumane pri-
ma importatur per crudelitatem ſecunda per fe-
ritatem non quãlibet tamen qꝛ aliqua eſt feritas
qua etiam nõ modo nõ punienda: ſed etiam ipſa
virtutum opera inhumane puniuntur ſecunduꝫ
illud. Quintilia. in milite mariano ⁊ licet reo im
punita ſit virtus ſua ⁊c̃. Ad ſecundaꝫ cõcedo ma
iorem et nego minorem vniuerſaliter intellectaꝫ
aliquis enĩꝫ ferus in puniendo reſpicit ad culpã
vt dictum eſt ſed limites hũani modi in punien-
do culpam excedit. ſi autem accipiatur particu-
lariter vt iacet ꝯña nõ valet. Ad tertiam dico ꝙ
in clementia ſicut in ceteris virtutibus ſunt tres
gradus. eſt eñ aliqua clementia ſecundũ graduꝫ
continentie ⁊ aliqua ſecundum gradum tempe-
rantie et aliqua ſecundũ gradum heroicum. naꝫ
aliquis circa diminutionem penarum debitaruꝫ
poteſt vno modo ſe habere qualiter raro et pauci
ſe habere poſſunt ita ꝙ talis actus parcendi exce
dit communeꝫ facultatem hominum ſicut poſſet
contingere in multis caſibus puta clementia re-
gis in eum quem innumeris beneficijs affecit qui
tamen die ⁊ nocte laborabat ad necem vel interi
tum regis nulla penitus vtilitate ꝓpoſita in par
cendo immo potius cum periculo alicuius nocu
menti. aliquando vero ſe habet in parcendo qua
liter plurimi ſe habere poſſunt et tunc vel habet
paſſiones retrahẽtes

paſſiones retrahētes notabiliter ab opere clemen
tie et ſic dicitur clementia ſecundum continentiā
que iaꝫ vincit omnes paſſiones ita ꝙ cum eſt ve=
nia danda nulle iam paſſiones notabiliter inſur=
gunt ⁊ tunc dicitur clementia ſecundū temperan
tiaꝫ gradum duo gradus poſteriores dicunt cle=
mentia humana primꝰ dicitur heroica cui in gra
dibus malicie reſpōdet feritas que eſt beſtialitas
quedam quicquid ſit tamen conſequentia non va
let Et ad probationem nego aſſumptum vicium
enim contra naturaꝫ quod ad beſtialitatem per=
tinet non ſolum repugnat caſtitati heroice ſed
etiam caſtitati humane ⁊ luxuria ſecundū intem
perantiam non ſolum opponitur caſtitati ſecun=
dum temperantiam ſed etiam ſecundū continen
tiam. īpoſſibile eſt enim aliquem eſſe intempera
tum in luxuria ⁊ caſtum ſecundum cōtinentiam
Cōtra alte= rā ptē quar tē ꝯcluſiōis gradum. Contra illud quod in eadeꝫ concluſio=
ne dictuꝫ eſt ꝙ non quelibet feritas clementie op
ponitur arguitur ſic crudelitas ⁊ feritas ſiue ſe=
uicia ideꝫ ſunt ſed omnis crudelitas clemētie op
ponitur ergo ⁊ quelibet feritas clementie oppo=
nitur maior patet quia vni virtuti tm̄ vnū viciuꝫ ex
vna parte opponitur ſed ſeuicia ⁊ crudelitas ⁊ fe
ritas opponitur clementie ergo iſta ſunt vnum ⁊
idem vicium Secundo omnis habitus excludēs
remiſſionē penarum in iudicijs eſt crudelitas ſed
ſeuicia excludit remiſſionem penarum in iudicijs
igitur minor patet quia ſecundum Iſido. ſeverꝰ
dicitur quaſi ſeuus et verus quia ſine pietate te=
net iuſticiaꝫ Tercio idem viciuꝫ ad defectum per
tinens opponitur crudelitati ⁊ feritati ergo cru=
delitas ⁊ feritas ſunt idem vicium antecedēs pa
tet quia vtriqꝫ opponitur remiſſio ſiue diſſolutio
dicit enim Grego. xxxi. morali. ſit amor ſed non
emolliens ſit rigor ſed non exaſperans ſit zelus
ſed non imoderate ſeuiens ſit pietas ſed nō pluſ=
qꝫ expedit parcens. Ad primam nego maiorē
Solutiōes. Et ad probationem dico ꝙ vni virtuti tantū op=
ponitur ex vna parte vnuꝫ vicium ſecundū genus
ſub illo tamē genere multa vicia ſpecie diſtincta
opponi poſſunt Hec enim omnia vicia crudelitas
feritas ſeuicia cōtinentur ſub hoc communi genere
iracundia. Ad ſecundaꝫ nego maiorem tunc em̄
ſeueritas eſſet crudelitas nec eſt verū ꝙ omne vi
cium excludēs ⁊cē ſit crudelitas ſed oportet adde
re mō humano punitiuū feritas aūt nō punit mō
humano ⁊ ideꝫ dico de ſeuicia accepta ꝓ feritate
ſi aūt accipiatur diſtincte a feritate tunc vel non eſt
punitiua offendentis vel mō inhūano punit ⁊ ad
ꝓbationē ex Iſido. ſūptaꝫ dico ꝙ ſeuerꝰ nō eſt ſe
uus ſimplr nec ſequitur vt dicit Tho. eſt ſeuꝰ circa
veritateꝫ ergo eſt ſeuus Aliꝫ dicūt ꝙ ſeuerus dici
tur quaſi veritatē ſequax in punitionibꝰ que ſcđꝫ
legeꝫ faciende ſunt Ad terciaꝫ reſpondet beatus
Tho. ꝙ remiſſio punitiōis directe opponitur cru
delitati et nō ſeuicie qꝛ remiſſio in puniendo non
eſt viciū niſi inqꝫtuꝫ pretermittitur ordo iuſticie Iſta
ſolutio nō ſufficit quia vel cuilibet vicio ſecunduꝫ
ſpeciē in exceſſu correſpondet aliquod viciuꝫ ſcđꝫ
ſpecieꝫ in defectu ⁊ diſtinctis diſtincta vel nō ſi ſic
tunc cū ſeuicie ſiue feritati que eſt viciū in exceſſu
non opponitur remiſſio in puniendo quero quod
eſt illud viciū in defectu quod ſibi opponitur hoc
enim potiſſime querere videtur argumentum ſi nō
tunc hoc aperte fueras dicendū ⁊ non pretermit=
tendū Ideo pro ſolutione dico ꝙ nullū eſt viciuꝫ
in defectu adeqꝫ oppoſitū feritati in feritate em̄
ſunt duo ſcꝫ plus punire ⁊ punire modo inhuma
no ratione primi cōuenit cū crudelitate ⁊ ſibi op
ponitur indebita remiſſio ſed ratione ſecundi nihil
videtur ſibi opponi cum nulla remiſſio videatur fieri
modo inhūano Et ſi dicas ꝙ illa remiſſio ad quā
ſequeretur probabiliter deſtructio policie ⁊ regni
mors totius milicie ſeruitꝰ ciuiū ⁊cē eſſet remiſſio
beſtialis oppoſita feritati ad hoc diceretur ꝙ dabi
lis eſſet vna ſpecies feritatis q̄ nullum vicium in
defectu ſibi adequate oppoſituꝫ haberet puta fe
ritas illa qua quis ſine cauſa ſed tantū ex delecta
tione quā habet in ſupplicijs hominū puniret ni
ſi diceretur ꝙ ſibi opponeretur remiſſio qua quis ſine
cauſa ſed tantū ex odio ſuppliciorū hominū veni
ā ꝯdaret delinquenti in re grauiſſima ⁊ cuius pu
nitio ad ſaluteꝫ ciuiū regni vel policie neceſſaria
videretur tunc em̄ remiſſio eſſet beſtialis Ad aucto
ritatem Grego. reſpondetur ꝙ eſt ꝓ ſolutione data
et quicquid ſit nihil facit penitus cōtra dicta Se
cunduꝫ iſta ergo dico ꝙ crudelitati ⁊ feritati alia
et alia remiſſio reſpondet crudelitati remiſſio hu
mana reſpondet feritati inhūana. Contra ſex Contra ſex taꝫ ꝯclōnē.
tam concluſionē arguitur primo auctoritate Se
ne. li. v. de clementia vbi de clemētia loquens ait
huic imperiti cōtrariam putant ſeueritatem ſed
nulla virtꝰ virtuti contraria eſt Secundo argui=
tur ratione eiuſdem Senece nulla virtus virtuti
contraria eſt ſed clemētia eſt virtus ⁊ ſimiliter ſe
ueritas ergo clementie non contrariatur ſeueri=
tas maior probatur quia ſecūduꝫ Ariſto. in ſecun
do piarm̄. maluꝫ bene contrariatur malo ſed bo
num nunqꝫ contrariatur bono ergo nec virtꝰ virtu
ti contraria eſt Tercio contraria poſita ſunt ſub
eodē genere ſed clemētia ⁊ ſeueritas nō pertinēt
ad idem genus cū clemētia ptineat ad manſuetu=
dineꝫ ⁊ ſeueritas ad iuſticiaꝫ ergo nō cōtrariātur
Solutiōes. Ad primam reſpondeo ꝙ ſeueritas accipitur
tripliciter vnomodo pro habitu punitiuo offenſe
qꝫtum ſecundum rectam rationeꝫ debet puniri et
tenetur etiā eū punire ille cui auctoritas legis ꝯmiſ
ſa eſt et huic nulla clemētia oppoſita eſt immo ſi
remittatur aliquid de punitiōe vicioſe ⁊ nō clemēter
fiet Secūdomō accipitur ꝓ habitu punitiuo offenſe
qꝫtum poteſt puniri ſcđm rectam rationē ⁊ hec ſe
ueritas quia nō habꝫ legē pro obiecto neqꝫ medi
etateꝫ dāpni et lucri non videtur pertinere ad iuſti=
ciam ſed ad māſuetudinē. Terciomō accipitur ſe
ueritas pro habitu dāpni et lucri adequatiuo ſe=
cundū rigorē legis poſtqꝫ ſcilicet qꝫtuꝫ ex legali
inſtitutiōe nec apud offendētē lucrū nec apud of
fenſum dampnū remaneat ita ꝙ offendēs tm̄ ac=
cipiat per punitiōeꝫ de dāpno qꝫtū acceperat per
offenſam de lucro et offenſus tantum accipit per
punitioneꝫ offendentis de lucro quantuꝫ accepe=
rat per offenſam de dampno. Prima ſeueritas
nullam habet clementiaꝫ oppoſitam ſicut dictuꝫ
eſt. Secunda clementia habet oppoſitā qꝛ licet
iſte offendens ſecundum rectam rationem poſ=

ſit tantum vel tantum puniri tamē etiam poteſt
ſecundū rectam rationē minus puniri. Tercia
ſeueritas habet clemētiam ſibi oppoſitam ſed il
la clemētia videtur pertinere ad iuſticiam non
tanquam actus adequatiuus dampni ⁊ lucri nec
tanq̄ʒ actus emendatiuus legis in caſu particula
ri ſicut epikeia ſed tanq̄ʒ actus condonatiuus pe
ne legis vbi recta ratio dictat vel melius eſſe vel
eq̄ue bonum condonare eam in toto vel in parte
q̄ʒ non condonare. Dico preterea ꝙ aliqua dicū
tur contraria dupliciter vnomodo contrarietate
forme quia ſcilicet ſunt forme eiuſdem generis ſe
mutuo ab eodem ſuſceptibili expellentes cui vi-
ciſſim ineſſe poſſunt aliomomodo contrarietate
moris. que ſit aūt contrarietas moris declarat
Ariſt. ij. thopi. cum ſcilicet vnum eorum eſt ſper
nendum ⁊ mali moris ⁊ alterum eligendum ⁊ bo
ni moris aut ſi vtrum quoqꝫ eſt moris ſpernen-
di vnū eſt ſpernenduʒ propter ſuperhabūdanti-
am ⁊ alterū ſpernenduʒ propter defectū. Dico ḡ
ꝙ clementia ⁊ ſeueritas non contrariant̄ contra
rietate moris ſed contrariant̄ contrarietate forē
Ad ſcdām ſimiliter reſpondeo ⁊ ad probationē
Ariſt. dico ꝙ loquit̄ de contrarietate moris ⁊ nō
de contrarietate forme. Ad terciam dico ꝙ ſeueri
tas aliqua pertinet ad manſuetudinem ⁊ ſibi op
ponitur clementia ad manſuetudinem pertinēs
illa ſcilicet qua quis vult minꝰ punire q̄ʒ fieri po
terit ſecundum rectam rationem aliqua etiam ſe
ueritas pertinet ad iuſticiam ⁊ ei opponitur cle-
mentia ad iuſticiam modo ſupradicto ptinens.

## De odio.

**C Onſequenter agen**dum de odio. Et primo queritur de di
ſtinctione odij ⁊ ire. Utrum odium ſit
ab ira diſtinctum. Arguitur ꝙ non quia odium
eſt appetitus vindicte propter puipenſionem er
go non dicitur ab ira. In oppoſitum eſt Ariſto-
teles ſecundo rethorice. Notandum eſt ꝙ ſecun-
dum Ariſ. ira eſt appetitus cum triſticia puni-
tionis apparentis propter apparentem puipen
ſionem eorum que in ipſum vel in ipſius aliqua.
Ex qua diffinitione patet ꝙ de ratione ire ſūt iſta
paruipenſio apparens in eum qui iraſcitur aut ī
aliquem ſuorum. Secundum triſticia de huiuſ-
modi paruipenſione. Tercium appetitus puniti
onis apparentis. Ex quo infert Ariſto. ꝙ ira eſt
circa aliquem particularem ita ꝙ volitio que eſt
actus ire habet pro obiecto aliquem particularē
Pʒ quia oīs qui iraſcitur. iraſcitur ↄ̄ paruipen-
dentem ⁊ eſtimat ſe paruipenſum eſſe. Secundo
infert ꝙ ad omnem iram ſequit̄ delectatio. Pa-
tet quia omnis ſperans aſſequi quod appetit de-
lectat̄ ſed omnis qui iraſcitur ſperat aſſequi vin-
dictam quam appetit quia vt dicit Ariſtoteles
nullus appetit ea que apparent ſibi ⁊ ideo pro-
pter hanc delectationem bñ dictum eſt de ira ꝙ
multo dulcior melle ſtillante in pectoribus viro-
rum creſcit. Sequit̄ tercio ꝙ omnis qui iraſcitur
paſſus eſt ſcdm veritatem vel ſecundum eſtima-
tionem in ſe vel in ſuis paſſione ſibi nota ⁊ appa
renti. Sequit̄ quarto ꝙ ira eſt ſanabilis qꝛ facta
vindicta quam appetit iratus quieſcit ira. Sequi
tur quinto ꝙ qui iraſcitur appetit ꝯtriſtare eum
contra quem iraſcit̄ ſenſibiliter. ſentiri eniʒ vt dꝫ
Ariſtoteles vult iratꝰ. Sequit̄ ſexto ꝙ iratꝰ ma
gis appetit eum ↄ̄ quem iraſcit̄ pati quā nō eſſe
ita ꝙ non optat ipm̄ non eē nihil patiendo. Pʒ
quia vt dictū eſt appetit contriſtare. In hijs au-
tem oībus differt ira ab odio. Conueniunt enim
ira ⁊ odium in hoc ꝙ vterqꝫ vult male eſſe ei cui
iraſcitur vel quē odit. ¶ Sed differunt primo qꝛ
odium aliquando fit ſine paruipenſione apparē
ti vt ſepe audimus fureʒ aut adulterum quia na
turam nobis iniuriaʒ intulit. Secundo quia om
nis ira eſt cum triſticia odium autem non ſem-
per cū triſticia vt q̄ odit furem non triſtat̄ cuʒ ni
chil ab eo ablatum eſt ⁊ hoc habet Ariſt. cum dꝫ
iratus q̄dem igit̄ triſtat̄ odiens autem non. Ter
cio qꝛ omnis ira eſt cum appetitu punitionis ap
parentis odium autem non quia qui iraſcit̄ ap-
petit ꝯtriſtare ⁊ ſentiri odiens aūt nō ſed magis
nocere neqꝫ curat ſi nocumentū quod infert ſen-
tiat̄ ſiue non. Et iſt̄ eſt ꝙ odiens nocet ſcdm ea q̄
maxime mala ſunt que ſunt minime ſenſibilia.
Quarto omnis ira eſt circa aliqueʒ particularē
puta calliā vel ſocratem odiuʒ autem aliquando
eſt circa particularē aliqñ circa gña. finem enim
odit vnuſquiſqꝫ ⁊ calumpniatorem vbi intellige
ꝙ odium non dicitur eſſe ab Ariſtotele circa ge-
nera realia. i. circa res qui nō ſunt ſigna pluribꝰ
rebus ſpecie differentibus cōmunes qꝛ nulle ſūt
tales ſed dicitur eſſe circa genera quia eſt circa
multa ſecundum aliquem conceptum genericum
vel ſpecificum eis cōem. Et ſi dicas ponat̄ caſus
ꝙ aliquis occulte paruipendit alterum puta vel
deſpiciendo vel conuiciando vel alio modo et re
feratur paruipenſo ꝙ paruipenſus eſt non notifi
cando tamen ſibi perſonam paruipēdentis tunc
iſte triſtatur de paruipenſione ⁊ iraſcitur et non
contra aliqueʒ particulareʒ quia neſcit quis fuit
paruipendens igitur ira non ſemꝑ eſt circa ſingu
laria. Secundo volo ꝙ multi paruipendant ali
